


No A

1-312



Biblioteca Universitaria  
GRANADA

Sala	5-453
Edificio	3
Tubo	
Número	3121

R. P. DOCTORIS B. 1504

AVGVSTINI  
DE HERRERA.



SANCTI STEPHANI-GORMATIENSIS  
SOCIETATIS IESV.

IN VNIVERSITATE COMPLVTENSI PRI  
marij Theologiae Professoris.

*El libro es del Col. de la Comp. de San Esteban de Granada. M. de S. J.*

TRACTATVS

DE ALTISSI  
MO TRINITATIS  
MYSTERIO.

IN PRIMAM PARTEM SANCTI THOMÆ A QVÆ;  
Nigie 27. vsque ad 43.

Anno

1674.



CVM PRIVILEGIO:

Compluti: Apud Franciscum Garcia Fernandez, Typographum  
Vniuersitatis.

18  
19  
20

Biblioteca Universitaria  
GRANADA

Sala 5-1053

Sección 7

Título

Número 3121

R. P. DOCTORIS *B. 1504*

AVGVSTINI  
DE HERRERA.



SANCTI STEPHANI-GORMATIENSIS  
SOCIETATIS IESV.

IN VNIVERSITATE COMPLVTENSI PRI  
marij Theologiae Professoris.

*Este libro es del Col. de la Comp. de San Esteban de Granada. M. D. CXXVII*

TRACTATVS

DE ALTISSIMI  
MO TRINITATIS  
MYSTERIO.

IN PRIMAM PARTEM SANCTI THOMÆ A QVÆ;  
stione 27. vsque ad 43.

Anno




1674.

CVM PRIVILEGIO:

Compluti: Apud Franciscum Garcia Fernandez, Typographum  
Vniuersitatis.





FACULTAS R.P. PROVINCIALIS!

**D**idacus de Valdes Societatis Iesu in Pro-  
uincia Toletana Præpositus Prouincia  
lis, potestate ad id mihi facta à R. admo-  
dum P. N. Ioanne Paulo Oliva Præposito Gene-  
rali, facultatem facio, vt liber inscriptus, *Tractatus*  
*de Altissimo Trinitatis Mystero*, authore P. Augu-  
stino de Herrera nostræ Societatis Theologo, &  
eiusdem Societatis grauium, Doctoremque ho-  
minum iudicio approbatus, typis mandetur. In  
quorum fidem has litteras manu nostra subscri-  
ptas, & sigillo nostro munitas dedimus. In no-  
stro Murciano Collegio die 31. Octobris, anno  
1673.

Didacus de Valdes



# LICENCIA DEL ORDINARIO.

**N**Os el Doctor D. Juan Chrisostomo Perez Dauia, Vicario General en la Audiencia, y Corte Arçobispal de esta Villa de Alcalà de Henares, y en todo el Arçobispado de Toledo, &c. Por la presente, por lo que à Nos toca damos licencia para que se pueda imprimir, è imprima vn libro intitulado *Traçtatus de Altissimo Trinitatis Mysterio*, compuesto por el muy Reuerendo P. Doctor Augustin de Herrera de la Compañia de Iesus, y Catedratico de Prima de Teologia de la Vniuersidad de esta dicha Villa. Atento, à que en virtud de nuestra comission ha sido visto, y examinado, y no ay en èl cosa contra nuestra Santa Fè, ò buenas costumbres. Dada en Alcalà en 22. dias del mes de Henero de 1674. años.

Dr. D.<sup>o</sup> Chrisostomo  
Perez Dauia.

Por su mandado.

Ignacio Vitoria.

[APRÒ]

## A P R O B A C I O N E S :

**A** Probaron este libro el Doctor D. Francisco Cãpuzano, Catedratico de Prima de Escritura de la Vniuersidad de Alcalà, y el Reuerendissimo P. Fr. Gregorio de Cisneros Monge Cisterciense, Lector Iubilado, y de la junta de Calificadores de la Suprema.



## S V M A D E L P R I V I L E G I O .

**T**iene priuilegio el P. Doctor Augustin de Herrera de la Compañia de Iesus por tiempo de diez años para imprimir vn libro intitulado *Tractatus de Altissimo Trinitatis Mystero*, como consta del testimonio,



## S V M A D E L A T A S S A .

**T**assaron los Señores del Consejo este libro intitulado *Tractatus de Altissimo Trinitatis Mystero* à seis maravedis cada pliego, como consta del testimonio.

# ERRATA SIC CORRIGE!

Pag. 11. linea 15. *intitati*, lege *entitati*. Pag. 13. linea 4. *Sanctā*  
lege *Sanctam*. Pag. linea 24 *sola qua*, lege *solaque*. Pag. 18.  
linea 35. *Confirmatur*, lege *Confirmatur*. Pag. 20. linea 18.  
*summa*, lege *summa*. Pag. 23. linea 34. *virtualis*, lege *virtualis*.  
Pag. 30. linea 32. *subiectum*, lege *subiecto*. Pag. 39. linea 2. *ali-*  
*quid*, lege *aliquod*. Pag. 45. linea 25. *distinctio*, lege *oppositio*. Pag.  
46. linea 2. *recipienda*, lege *reicienda*. Pag. 97. linea 24. *Sectio VI*  
lege *Sectio IV*. Pag. 111. linea 27. *Sectio V*. lege *Sectio VI*. Pag.  
21. *societates*, lege *societatis*.

Hic liber inscriptus *Tractatus de Altissimo Trinitatis*  
*Mysterio* demptis his mendis, seu correctis, suo exemplari respo-  
det. Datum Compluti die 14. Iunij anno 1674.

*Dr. D. Didatus de Barceña*

*Correor Vniuersitatis*

IN

# INDEX

## QUESTIONVM, ET

### SECTIONVM.

#### QVÆST. I.

*De unitate Essentie, & Distinctione Personarum, Et prius aliqua Authorum placita examinantur.*

#### SECT. I.

*Non nulli termini, quorum in tractatu de Trinitate frequens est usus, explicantur.* Pag. 2.

#### SECT. II.

*Proponitur veritas catholica.* Pag. 3.

#### SECT. III.

*Difficultas mysterij, & diuersa sententiæ in eius explanatione proponantur.* Pag. 6.

#### SECT. IV.

*Reijcitur prima sententia negans eisdem rei prædicata contradictoria in diuinis conspire.* Pag. 7.

#### SECT. V.

*Reijcitur secunda sententia, & perfectissima Essentiæ diuinæ simplicitas defenditur.* Pag. 11.

#### SECT. VI.

*Reijcitur tertia sententia, & ostenditur Essentiam nulla ratione*

# INDEX!

ne à parte rei distingui à Personalibus; ubi distinctio Scotica examinatur. Pag. 142

## QVÆST. II.

*Beneficio distinctionis virtualis conciliatur distinctio Personarum cum Essentia unitate.*

### SECT. I.

Premittitur explicatio distinctionis virtualis in genere. Pag. 222

### SECT. II.

Explicatur amplius distinctio purè virtualis, & ostenditur non plus ej, quam distinctioni reali in tertio difficultatis in eisdem. Pag. 252

### SECT. 3.

Explicatur sensus propositionis negantis prædicatum de subiecto, à quo purè virtualiter distinguitur. Pag. 302

### SECT. IV.

Colligitur ex dictis solutio præcipua difficultatis, aduersus mysterium. Pag. 342

### SECT. V.

Solvuntur alla Scotistarum argumenta. Pag. 382

### SECT. VI.

Satisfit argumentis distinctionem purè virtualem impugnantibus. Pag. 422

### SECT. VLTIMA.

De modo loquendi circa unitatem Essentia; & distinctionem Personarum.

QVÆST.

# I N D E X.

## QVÆST. III.

### *De Cognoscibilitate mysterij Trinitatis.*

#### SECT. I.

**Utrum Trinitatis mysterium lumine solo naturali sit evidenter cognoscibile? Pro cuius decisione aliqua præmittuntur.** Pag. 54.

#### SECT. II.

**Intellectus humanus solo lumine naturali, seclusa reuelatione, & miraculis, nequit cognoscere euidenter existentiam mysterij Trinitatis.** Pag. 57.

#### SECT. III.

**Adhuc post reuelationem, & miracula, mysterium Trinitatis non est evidenter cognoscibile solo lumine naturali.** Pag. 68.

#### SECT. IV.

**Utrum mysterium Trinitatis sit evidenter cognoscibile vi luminis supernaturalis distincti à lumine gloriæ.** Pag. 72.

#### SECT. V.

**Utrum mysterium Trinitatis sit contra lumen rationis?** Pag. 81.

## QVÆST. IV.

### *De Existentiâ, & natura diuinarum Processionum.*

#### SECT. I.

**Existentiâ Processionum statuitur, & non nullæ locutiones expenduntur.** Pag. 86.

SECT.

# I N D E X

## SECT. II.

Verum Filius, & Spiritus Sanctus procedant per intellectum, & voluntatem? Pag. 88.

## SECT. III.

Verum Filius, & Spiritus Sanctus procedant per intellectum, & voluntatem? Pag. 95.

## SECT. IV.

Processiones non involuunt virtualiter intellectum aut voluntatem? Pag. 97.

## SECT. V.

Verum Verbum diuinum sit cognitio passiva? Pag. 104.

## SECT. VI.

Reiecta intellectu, & voluntate notionali, ordo Processionum exponitur. Pag. 111.

## SECT. VII.

Verum Processiones actiue à passiuis realiter distinguantur? Pag. 117.

## SECT. VLTIMA.

Verum Processiones diuinae sint vitales? Pag. 123.

## QVÆST. V.

De virtute immediate producenti, seu de principio quo?

## SECT. I.

Verum detur in Deo vera ratio potentia physice producendi ad intra? Pag. 127.

SECT.

# I N D E X

## SECT. II.

In quo consistat principium quo Processionum juxta varias Añ  
thorum sententias? Pag. 130

## SECT. III.

Eligitur hæc ultima sententia; & statuitur prima eius conclusio.  
Pag. 132

## SECT. IV.

Proponitur; & propugnatur secunda conclusio nostræ sententia.  
Pag. 136

## QVÆST. VI.

*De subsistentiis, & Personalitatibus diuinis.*

## SECT. I.

Nonnulla præmittantur? Pag. 140

## SECT. II.

Realiter, & oblective loquendo Personæ nec constituuntur nec  
distinguntur per aliquid absolutum. Pag. 148

## SECT. III.

Fit satis aduersariorum argumentis? Pag. 155

## SECT. IV.

Utrum detur in Deo subsistentia absoluta communis tribus per-  
sonis? Pag. 163

## SECT. V.

Resoluitur primum dubium? Pag. 166  
SECT.



# INDEX.

## SECT. VI.

Deciditur secundum dubium, utrum, videlicet, præter subsistentias  
relativas detur subsistentia absoluta, & communis? P. 171

## SECT. VII.

Soluntur objectiones ab autoritate. Pag. 180

## SECT. VIII.

Argumenta à ratione petita dissoluntur. Pag. 186

## QVÆST. VII.

### *De Relationibus diuinis.*

#### SECT. I.

Explicatur natura diuinarum Relationum. Pag. 191

#### SECT. II.

Quot sint in Deo Relationes? Pag. 193

#### SECT. III.

Per quod Personæ inter se formaliter distinguantur? Pag. 196

#### SECT. IV.

Discutitur veritas huius propositionis: Si Spiritus Sanctus non pro  
cederet à Filio, non distingueretur ab illo. Pag. 201

#### SECT. V.

Conciliantur inter se Filium per Filiationem ab Spiritu Sancto  
distingui, & quod si Spiritus Sanctus non procederet à Filio,  
non distingueretur ab illo. Pag. 205

## QVÆST. VIII.

*An Essentia in Relationibus, & Relationes in Essentia no  
cludantur?*

#### SECT. I.

Nonnulla præmittuntur. Pag. 209

SECT.

# INDEX

## SECT. II.

Dux conclusiones nostræ sententiæ

Pag. 214

## SECT. III.

Relationes non includunt virtualiter, aut quidditative Essentiam.

Pag. 217

## SECT. IV.

Solvuntur obiectiones:

Pag. 225

## QVÆST. IX.

*Vtrum Relationes seu subsistentia diuina prout virtualiter distincta ab Essentia dicant aliquod esse, & aliam quam perfectionem?*

### SECT. I.

*Vtrum Relatio prout virtualiter distincta ab Essentia dicat aliquid esse?*

Pag. 234

### SECT. II.

*Vtrum dentur in diuinis tres existentia relatiua?*

Pag. 239

### SECT. III.

*Vtrum Relationes dicant formaliter perfectionem?*

Pag. 246

## QVÆST. X.

*De prima Persona Trinitatis, quæ est Pater.*

### SECT. I.

*Quæ reperiuntur in Patre?*

Pag. 254

SECT.

I N D E X.

SECT. IZ.

An Innaſcibilitas Patris diſtinguatur virtualiter à Paternitate?  
Pag. 256.

SECT. III.

Verum Effentia ſit virtuale principium Paternitatis? Pag. 260.

SECT. IV.

Quem ordinem habeant inter ſe Paternitas ; & Spiratio adiu-  
ua? Pag. 264.

QVÆST. XI.

De ſecunda Trinitatis Perſona prout eſt Filius.

SECT. I.

Non nullis præſuppoſitis diuerſæ ſententiæ proponuntur. P. 268.

SECT. II.

Proponitur, & reſellitur ſententia Thomiſtarum. Pag. 270.

SECT. III.

Qua ratione Scotiſtæ ab hac difficultate ſe expediunt? Pag. 275.

SECT. IV.

Reijcitur ſententia Patris Suarez. Pag. 280.

SECT. V.

Reijcitur ſententia Patris Zuingæ, & aliquorum RR. Pag. 284.

SECT. VI.

Proponitur noſtra ſententia, & præcuius explicatione exponitur  
definitio Generationis. Pag. 293.

SECT. VII.

Probatuꝛ noſtra ſententia. Pag. 297.

SECT.

INDEX.

SECT. VIII.

In quo nostra sententia à sententia P. Vazquez dissentiat? P. 303

SECT. IX.

Diluantur, quæ nostræ sententiæ obijci possunt? Pag. 306.

QVÆST. XII.

De Filio prout est Verbum: & prius examinatur ex quorum cognitione necessaria procedat Verbum?

SECT. I.

Nonnulla præmittuntur? Pag. 312.

SECT. II.

Ex cuius obijci necessarij cognitione procedat per se Verbum? Pag. 314.

SECT. III.

Soluantur obijctiones aduersus hanc conclusionem, Pag. 320.

SECT. IV.

An Verbum procedat ex cognitione creaturarum possibilium? necnon ex cognitione creaturarum sub conditione contingenti? Pag. 329.

QVÆST. XIII.

Ex quorum cognitione contingente procedat Verbum?

SECT. I.

Verum Verbum qua Verbum necessariorum est, procedat à cognitione contingentium? Pag. 335.

SECT. II.

Verbum completè sumptum procedit per se ex cognitione crea-  
tu.

# I N D E X.

*tutorum, & cuiuslibet veritatis contingentis.* Pag. 342

## SECT. III.

*Soluntur obiectiones aduersariorum.* Pag. 343

## SECT. IV.

*Perficiuntur solutio argumentorum.* Pag. 357

## SECT. V.

*Quid peculiare circa processionem Spiritus Sancti.* Pag. 366

## QVÆST. XIII.

*De tertia Trinitatis Persona, quæ est Spiritus Sanctus.*

### SECT. VNICA.

*Nonnulla expediuntur, quæ restant circa Spiritum Sanctum.* P. 368

## QVÆST. XV.

*De comparatione personarum inter se.*

### SECT. I.

*De similitudine, æqualitate, & circumiunctione personarum.*

Pag. 371

### SECT. II.

*De iunctione personarum.*

TRAC

TRACTATUS  
DE ALTISSIMO, ET INEFFA-  
BILI TRINITATIS MYSTERIO.

DE HOC MYSTERIO MVLT A INVE-  
niuntur apud concilia, & Patres veritatem ca-  
tholicam aduersus Arianos, & alios hæreticos  
propugnantes Agunt præterea de hac materia  
Doctores Scholastici. Alij cum Magistro in 1.  
à distinct. 1. vsque ad 25. Alij cum D. Thom.  
in 1 part à quæst. 27. vsque ad 43. Alij autho-  
res tractatus peculiare de hoc mysterio edide-  
runt: quorum in nostro tractationis decursu  
mentionem faciemus.

QVÆST. I.

*De vnitae essentia, & distinctione personarum. Et prius ali-  
qua Authorum placita examinantur.*

**P** RIMA veritas catholica, quam in Trinitatis Mysterio cõ-  
fitemur, est Deum esse vnum in essentia, & in personis Tri-  
num, ideo, antequã ad alias difficultates progrediamur,  
de hac essentia simplicitate, & personarum distinctione  
sermo erit. In hac prima quæstione aliorum placita refelle-  
mus. In secunda nostram subijciemus explicationem.

## SECT. I.

Nonnulli termini, quorum in tractatu de Trinitate frequens est usus, explicantur.

**P**lures termini sunt in tractatu de Trinitate; quibus in hac peculiari materia Theologi vtuntur, quin alibi vix repetiuntur: ideo ne obscure procedamus, illos leuiter nunc explicabimus, vt plenior eorum disputatio facilius postea percipiat. *Essentia* dicitur in diuinis illa ratio, quę cum communis sit tribus personis, est prima ratio intelligendi Deum: qua propter, *Deitas, Essentia, & Natura Diuina*, omnino idem sunt, licet aliquantulum diuerso modo explicentur. *Personalitas, & Subsistentia* (quę in diuinis idem, licet diuersis nominibus, significant) accipiuntur, communiter pro illis rationibus, quę cum essentia continent Patrem Filium, & Spiritum Sanctum. Vnde tres dicuntur *Personalitates, & Subsistentia*, nempe *Paternitas Filiatio, & Spiratio: Paternitas, & essentia* constituunt *Patrem. Filiatio, & essentia Filium. Spiratio* (intellige passiuam) & *Essentia Spiritum Sanctum*.

**2** Relatio significat ordinem, seu respectum, quo persona producat, & personę producens respiciunt personam productam: & etiam respectum, quo persona producta respicit personam, vel personas producens. Vnde in Trinitate quatuor relationes enumerantur. Relatio Patris, qua Pater refertur ad Filium. Relatio Filij qua Filius producat a Patre. Relatio Spiratoris, qua Pater, & Filius, vt vnus indiuisum principium referuntur ad Spiritum Sanctum. & denique Relatio Spirati, qua Spiritus Sanctus ad Patrem, & Filium, refertur. Vt vero, seu qua ratione predictę relationes distinguantur inter se & a personalitatibus? infra examinabimus.

**3** Pręterea origo idem est, ac productio. Cũque Pater producat Filium: consequenterque Filius producat a Patre. Deinde cũ Pater, & Filius producant Spiritum Sanctum: subindeque Spiritus Sanctus producat a Patre, & Filio: ideo dicitur esse duę productiones, seu origines actiue, nempe, qua Pater producat, & generat Filium, & hæc vocatur *Generatio actiua*: & qua Pater, & Filius spirant Spiritum Sanctum, & dicitur *spiratio actiua*. Et etiam dicitur esse duę origines, seu productiones passiuę (sive distinctę, sive indistinctę ab actiuis) vna, qua Filius producat procedit, & generatur a Patre: & hæc dicitur *generatio passiuā*. Alia, qua Spiritus Sanctus producat, procedit, & spiratur a Patre, & Filio: & hæc dicitur *spiratio passiuā*. Hinc deducitur dari in Patre potentiam generatiuam & in Patre, & Filio potentiam spiratiuam, siue hæc potentie sint phy-

æq; siue logicè dumtaxat. Productiones, seu originis passiuæ etiam vocantur *processiones*. Quam ob rē in Trinitate duæ sunt processiones: alia, qua Filius procedit à Patre: quæ est *generatio passiuæ*: alia, qua Spiritus Sãctus à Patre, & Filio procedit, quæ est *spiratio passiuæ*. Nonnulli auctores quãlibet productionē processionē etiam appellant: & consequenter quatuor etiã Processiones enumerãtes duas actiuas, duasque passiuas, processiones ab originibus, & productionibus solo nomine discriminantes. Sed in acceptione propria *Processio* solum passiuam productionem significat.

4 Ratione harum productionũ dantur in Trinitate prioritates originis: cū enim Pater vere sit principium Filij; & Pater, & Filius vere sint principium Spiritus Sancti: ideo Pater dicitur præcedere ad Filium: non prioritate causæ: nec simpliciter prioritate naturæ; sed prioritate originis. Idem dicendum est de Patre, & Filio respectu Spiritus Sancti. Hæ prioritates aliquando absque ad dito explicito vocantur *prioritates*, seu *signa naturæ*, sub intelligẽdum tamen est *in ratione originis*.

5 Prædicata diuina distinguuntur in *communia* & *notionalia*, siue *personalia*. Prædicata communia ea sunt, quæ conueniunt Deo, vt vno: siue que eadẽ omnino reperiuntur in tribus personis, siue pertineant, siue non pertineant ad essentiã metaphysicã Dei. v. g. *Deitas omnipotentia Sapientia*. Prædicata *Notionalia*, seu *personalia* dicuntur prædicata, quæ nõ sunt cõmunia tribus personis. v. g. *relationes*, & *processiones* v. g. *Spiratio actiuæ* est *notio* seu prædicatũ *notionale*, seu *personale*; quia licet *Spirare* cõmune sit Patri, & Filio; non tamen Spiritui Sancto. Deinde hoc prædicatũ *Relatio* etiã est *notionale*; quia licet per intellectũ possit præscindi vna ratio relationis diuinæ; realiter tamen, & a parte rei distincta est *relatio*, quæ reperitur in Patre, a relatione, quæ reperitur in Filio nec non Spiritu Sancto. Rursus prædicata cõmunia alia sunt contingenta (intellige quoad denominationem) vt *Scientia*, & *decretum* cõtingentium: alia necessaria, vt *Omnipotentia*, *Bonitas*, *Aternitas*, & alia huiusmodi, quæ etiã appellantur *essentialia*, quamvis essentiam metaphysicam Dei non constituent.

6 Hoc nomen *hypostasis* olim pro eodẽ accipiebatur, ac nomen *substantia*, quæ acceptio in causa fuit, vt Patres recusarent cõcedere in Deo tres *Hypostases* sine tres substantias hac ratione in Deo admittere viderentur. Nunc vero nomen *Hypostasis* idem sonat ac *suppositum*, licet etiam multoties nõ pro supposito in cõdcreto, sed pro subsistentia in abstracto accipiat: quã ob rē tres *Hypostases* in Deo admittuntur siquidem sunt tres subsistentiæ, & tria supposita realiter distincta.



7 Præterea aliqua sunt in aliqua persona *per identitatem*: alia veroper *circuminsessionem*. Ea dicuntur in esse alicui persone per identitatem, quæ à parte rei identificantur cum illa persona. Hoc pacto in Patre inveniuntur *Essentia, Paternitas, & Spiratio activa* omnia enim hæc cum Patre realiter identificantur. Illud dicitur in esse alicui persone *per circuminsessionem* quod, cum realiter distinguatur ab ea persona; identificatur tamen cum aliquo identificato cum ea persona. Sic tota Trinitas, & quodlibet prædicatum proprium unius persone inuenitur *per circuminsessionem* in alia persona: quia identificatur cum essentia: quæ essentia identificatur cum illa alia persona.

8 Denique hoc nomen *usia* idem sonat græce ac latine *substantia, essentia, & natura*. Vnde tres persone *Homonison* vocatur: id est unius essentia. Hæretici vero non dicebāt *Homonison*, sed *Hominison*: id est similis essentia: ut ita Filium verum Deum negarent.

## SECT. II.

### Proponitur veritas catholica.

9 **E**A est Deus esse vnem in essentia, & Trinū in personis: hoc est Patrem Filium, & Spiritum Sanctum esse tres personas verè à parte rei, & realiter distinctas inter se; identificatas tamen cum vna, eademque essentia: ita vt Pater sit Deus, Filius sit Deus, & Spiritus Sanctus sit Deus: & tamen vnicus; non multiplex Deus sint. In Trinitate Pater producit Filium per generationem: Pater, & Filius produciunt Spiritum Sanctum per spirationem: ita vt Filius non solum sit productus, & procedens à Patre sed verè, & proprie sit genitus à Patre. Coeterū Spiritus Sanctus nō sit genitus, sed productus, procedens, & spiratus à Patre, & Filio.

10 Hæc veritas, quæ nostræ christianæ, & catholice religionis solidissima basis est, continetur in symbolo Nicæno: vbi dicitur *Filius Dei Deus de Deo, lumen de lumine: & Spiritus Sanctus qui ex Patre, Filioque procedit*. Desinita est eadem veritas in Concilio Lateranensi cap. *firmiter desumma Trinitate* vbi dicitur quod *vnus solus est verus Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, tres quidē persona sūt, vna essetia substantia seu natura simplex omnino, & multiplicata*. Quā ob rē omnes catholici cōfitemur cū Athanasio in symbolo quod *Deus est Pater, Deus est Filius, Deus Spiritus Sanctus, & tamen non tres Dij, sed vnus est Deus: non in vnus singularitate persona, sed in vnus Trinitate substantia: vt in confessione*

*vera fidei, sempiternaque Deitatis, & in personis proprietas, & in essentia unitas adoretur.*

11 Prædicta veritas constat ex novo testamento: quia in primis Pater est Deus, de quo nullus unquam christianus dubitavit. Deinde Filius, qui persona distincta debet esse ab eo, cuius est Filius, etiam est Deus: ut constat ex Ioann. 1. epist. cap. 5. ubi dicitur, *ut simus in vero Filio eius: hic est verus Deus, & vera vita æterna.* Deinde Spiritus Sanctus distinguitur à Patre, & Filio, cum ab utroque procedat, ut constat ex Ioann. 15. *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis qui à Patre procedit.* Deinde est verus Deus, ut constat ex 1<sup>a</sup> ad Corint. *An nescitis quoniam membra vestra templa sunt Spiritus Sancti.* Et addit *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro:* quod ita explicat August. epist. 66. *Quem Deum, nisi Spiritum Sanctum: cuius corpora nostra dixerat esse templum?* Item constat ex illo Act. 3. *Anania cur tentavit Satanus cor tuum mentiri te Spiritui Sancto? Non est mentitus hominibus, sed Deo.*

12 Hanc veritatem probare ex veteri testamento longum esset. Videantur expositores ad illa verba Gen. 19. *Igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorram sulphur à Domino ex cælo* Psalm. 2. *Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te* Psalm. 109. *Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis.* Et infra: *ex utero ante Luciferum genui te* Baruch. 3. *Filius est Deus noster, & non existimabitur alius ad eum.* Hic adinuenit omnem viam disciplina, & tradidit eam Iacob dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Ex his, & pluribus alijs locis veteris testamenti Mysterium Trinitatis comprobant Ecclesiæ Patres adversus obstinatam Iudeorum duritiam.

13 Aduersus Gentiles non aliter efficaciter probari potest hæc veritas, quam ex argumentis credibilitatis nostræ fidei: cum enim credibilitatis argumenta, videlicet miracula, morum integritas, martyrum constantia, &c. euidenter ostendant credibilitatem nostræ religionis, cuius primum, & præcipuum mysterium est Trinitas: hinc fit ex his argumentis Trinitatem reddi prudentissime credibilissimè euidenter moraliter innegabilem. Omitto Sybillina carmina: plura enim illorum dubia sunt authoritatis apud probatos auctores.

14 Errores, & Hæreticorum deliria aduersus hoc mysterium congelescam. Verum breuitati consulens, placuit illis super sedere, ut utilioribus, & magis ad hunc tractatum cognitu necessarijs curam impendamus: vide, si placet Hæreticorum errores

apud Vazquez hic disp. 108. cap. 1. P. Iacobum Ruiz de Montoya tom. de Trinit. disp. 1. section 1. & disp. 9. sect. 1. & disp. 54. se& 1. & disp. 66. sect. 1. & 2. vide etiam eruditum P. Christophorum de Ortega de Trinitat. quaestione 1. certamine 1. & quaest. 2. certam. 1. & quaest. 4. certam. & disp. 8. quaest. 1. certam. 1.

### SECT. III.

*Difficultas mysterij, & diuersa sententia in eius explicatione proponuntur.*

15 **D**ifficultas huius mysterij satis se ostendit: non enim apparet quare ratione essentia realiter identificata cum Patre distincto realiter à Filio, non sit etiam distincta à Filio: cum enim essentia Patris sit Pater, & Pater sit distinctus à Filio: videtur manifestè inferri essentiam Patris esse distinctam à Filio: nam, *quae repugnant tui tertio repugnant inter se.* Sed Pater nullo modo est Filius, & essentia Patris est Pater. Ergo essentia Patris nullo modo est Filius. Praeterea Deitas est adaequate realiter Pater. Sed Filius est adaequate Deitas. Ergo Filius est Pater: alioquin non *quae sunt eadem uni tertio erunt realiter idem inter se.* Denique essentia communicatur Filio. Peternitas non communicatur Filio. Etiam essentia est Filiatio, Paternitas non est Filiatio. Sed Paternitas, & essentia sunt vna, & eadem entitas realiter. Ergo de eadem realiter entitate verificantur duo contradictoria: nempe *communicari, & non communicari: esse Filiationem, & non esse Filiationem.* Quae omnia videntur lumini rationis manifeste aduersari:

16 Hoc aduersus Trinitatem argumentum, siue haec mysterij difficultas, diuersimode ab authoribus respondetur. Alij argumenti vim non satis estimantes, putant huiusmodi contradictoria à parte reidei entitati non conuenire; sed totum se tenere ex parte nostri modi concipiendi: qua propter enixe conantur has propositionis *essentia est Filiatio: Paternitas non est Filiatio,* ita exponere, vt non loquantur de essentia, & Paternitate vt sunt à parte rei; sed vt sunt in mente nostra. Quare totam contradictionem in nostrum modum concipiendi; non in ipsa praedicata diuina, refundunt. Ita Fasolus Granad. Ruiz de Montoya, & Vazquez apud P. Antonium Perez in 1. p. tract. de Trinitat. disput. 1. cap. 2. n. 13.

17 Alij ex aduerso nimium argumento deferentes vnita ei essentia aliquid de trahunt, vt distinctioni personarum magis con-

consulant. Ita Gregorius Ariminensis dist. 26. quæst. 1. Quam fere sententiam sub alijs terminis proponit, & refellit Arriaga loco infra citando.

18 Alij eiusdem argumenti difficultati cedentes nimis de primæ identitatem essentia cum personalitatibus. Ita Gilbertus damnatus in concilio Rhemensi distinctionem simpliciter realem inter essentiam, & personalitates comminiscens. Ita etiam Scotus cum suis, qui licet distinctionem simpliciter realem catholicè neget; distinctionem tamen a parte rei, seu ex natura rei ante omnem operationem intellectus, quam formalem vocat, propugnat.

19 Denique alij ad explicandum Trinitatis mysterium distinctione virtuali utuntur, quam sententiam infra per otium, & explicabimus, & defendemus.

SECT. IV.

*Reijcitur prima sententia negans ei dem rei prædicata contradictoria in divinis convenire.*

20 **D**upliciter potest intelligi hæc sententia. Primo: si asserat semper in propositionibus, ex quibus una affirmat, alia quod prædicatum de essentia, & altera negat de personarum, vel è contra semper, inquam, in prædictis propositionibus reduplicari ex parte obiecti nostrum modum concipiendi; consequenter que ea prædicata contradictoria non convenire essentiæ & Paternitati pro ut sunt a parte rei; sed reduplicative prout sunt in mente nostra, e a ratione, qua dicimus. *Risibile* distingui formaliter a *rationali*; quia aliquod prædicatum convenit entitati *Risibile* prout subiacet huic conceptui *Risibile* quod non convenit ei; dem entitati prout subiacet huic conceptui *Rationali*.

12 Alio modo potest explicari, nempe, ita ut non dicatur reduplicari ex parte obiecti modus concipiendus; sed quod diversus concipiendi modus in causa sit, et idem prædicatum negetur de Paternitate, quod affirmatur de essentia; diversa tamen ratione; ob qua non sint propositiones contradictoriae: sicut affirmatio conditionata, & negatio absoluta non opponuntur contradictorie.

22 Uterque modus liberandi à duplici prædicato contradictorio Essentiam, & Relationes, mihi displicet: quia, ut reæt P. Antonius Perez, vel aliquid in mente horum authorum latet nobis

penitus in cognitum, vel hæc sententia cum Trinitas mysterio non congruit. Et quidem prior modus explicandi hanc sententiam, nempe prædicata contradictoria non verificari de essentia, & Relationibus secundum se, sed de ipsis prout involuentibus secundas intentiones, vel nostrum modum concipiendi facile, & efficaciter impugnatur.

23 Primo. A parte rei, & antecedenter ad omnem nostram cogitationem Pater Æternus non est Filius, nec cum Filio realiter identificatur, essentia vero à parte rei est Filius, & cum Filio verè, & realiter identificatur. Ergo *esse Filium, & non esse Filium*, à parte rei, & antecedenter ad omnem nostram cogitationem, verificantur de essentia, & Patre Æterno. Probat hęc consequentia. Ea verificantur à parte rei, & antecedenter ad omnem nostram cogitationem, quæ vere dicuntur per propositiones significantes terminos secundum se, & nõ ve substantiæ actibus, & distinctionibus, seu identitatibus intellectus. Sed *esse Filium, & non esse Filium*, dicitur vere de essentia, & Patre, per propositiones significantes terminos secundum se, & non prout substantiæ actibus intellectus. Ergo *esse Filium, & non esse Filium*, convenit essentiæ divini, & Patri Æterno à parte rei; & non prout involuentibus nostrum modum concipiendi.

24 Secundo. Pater Æternus non est homo, & Filius verè est homo. Tunc sic. Vel essentia divina est homo, vel non est homo. Si essentia divina realiter est homo. Ergo Pater Æternus non est homo, & simul essentia divina, quæ realiter identificatur cum Patre Æterno, est homo. Ergo essentia divina, & Patri Æterno à parte rei conveniunt *esse hominem, & non esse hominem*. Si vero dicatur essentiam divinam non esse hominem, redit ex alio capite idem argumentum eadem vi: quia à parte rei Filius est homo, & essentia identificata cum Filio non est homo: quæ propter Filio, & essentia inter se identificatis conveniunt prædicata eadem contradictoria: videlicet *esse hominem, & non esse hominem*.

25 Confirmatur. Negari nequit in sensu reali quod Deitas sit Filiatio: & affirmari non potest in sensu reali quod Paternitas sit Filiatio. Ergo aliquid est prædicatum, quod in sensu reali falso negatur de essentia, & falso affirmatur de Paternitate. Cumque quod falso negatur, vere affirmetur, & quod affirmatur falso, verè negetur: clare deducitur aliquid esse in Deo, quod vere in sensu reali affirmetur de essentia, vereque in sensu reali negetur de Paternitate. Sed hoc est formalissimè *esse, & non esse illud prædicatum* convenire à parte rei essentiæ, & Paternitati. Ergo conveniunt illis

prædicata contradictoria. Non ita ut respectu Dei contradictio-  
nem, seu veram oppositionem dicant; sed ita ut vere idem prædica-  
tum negetur de Paternitate identificata cum essentia, quod affirma-  
tur de essentia identificata cum Paternitate: quamvis hoc in Deo  
oppositionem obiectiuam non dicat.

26 Tertio denique: quia: si a parte rei quidquid cōuenit essen-  
tia, conuenit relationibus; & solum affirmatio, & negatio verificā-  
tur de essentia, & relationibus prout inuoluentibus actus intellec-  
tus, cessat totum Trinitatis mysterium. Quandoquidem a parte rei  
non erunt tres personæ in vna essentia; nec magis Trinitas de per-  
sonis, quam de essentia dicitur; nec potiori iure triplicitas de essen-  
tia, quam de personis prædicabitur. Hæc sunt adeo clara, ut iterū  
fatear aliquid forsan in hac sententia arcanum esse, quod mihi pe-  
nitus ignotum sit.

27 Secundus modus excludendi a Deo prædicata contradic-  
toria posset ita explicari. & claritatis gratia loquamur de his propo-  
sitionibus *Essentia communicatur: Paternitas non communicatur*: in  
quibus videntur prædicata contradictoria verificari de essentia, &  
Paternitate. Posset igitur dici has duas propositiones veras esse  
in sensu reali, & tamen non verificari prædicata contradictoria de  
essentia, & Paternitate ex vi veritatis hærum propositionum.

28 Pro huius rei intelligentia non omnino incongruè posset  
dici hos terminos *Essentia: Paternitas* quamvis idem omnino reali-  
ter significantes acceptos secundum se, & seorsim; attamen ut con-  
iunctos cum alijs terminis diuersum quid realiter significare: scili-  
cet *essentia diuina communicata* significare veram essentiam diuinā  
modo existentem, quæ verè, & realiter communicatur. At vero hic  
terminus complexus: *Paternitas communicata* posset dici significa-  
re quandam Paternitatem Chimericam, & repugnantem: modo  
quo *binarium equorum est similitudo equorum*, & est etiam *perfectio  
equorum*. Et similiter *binarium Angelorum est perfectio Angelorum*,  
& *similitudo Angelorum*: & tamen, quamvis perfectio Angelorum  
sit maior, similitudo Angelorum non est maior, & è conuerso: quā-  
uis similitudo equorum sit æqualis, perfectio tamen equorū æqua-  
lis non est perfectioni Angelorum. Ergo, quamvis hi termini. *Simili-  
tudo equina*, & *perfectio equina* idem significant; attamen ut coniūc-  
ti cum his terminis maior, minor, æqualis diuersum quid significāt:  
imo *similitudo equina æqualis similitudini Angelorum* significat ali-  
quid verum. At vero *perfectio equina æqualis perfectioni Angelicæ*  
aliquid chimericum, & repugnans significat.

29 Hac ratione posset dici essentiam, & Paternitatem, idē pe-  
ni-

nicus, & omnino esse: quia prædicti termini idē prorsus significant.  
 At vero *essentiam communicari*, & *Paternitatem communicari* dis-  
 tingui realiter: non quia essentia habeat aliquam identitatem, siue  
 virtuales, siue reduplicatiuam cum *communicari*, quæ careat Pa-  
 ternitas; sed quia hic terminus *essentiam communicari* indiuisibiliter  
 sumptus non significat præcise essentiam identificatam cum *ob-*  
*communicari*, sed significat existentiam cuiusdam obiecti, quod est *essen-*  
*tiam communicari*: & hic terminus *Paternitatem communicari*, etiā  
 indiuisibiliter acceptus non significat Paternitatem, quæ identifi-  
 catur cum *communicari*, sed significat tertiam aliam entitatem, quæ  
 est *Paternitatem communicari*: qui conceptus est chimericus. Qua-  
 propter non idem *communicari*, quod affirmatur per hanc proposi-  
 tionem (iuxta hunc philosophandi modum) *essentia communicatur*,  
 negatur per hanc *Paternitas non communicatur*: quia per illā af-  
 firmatur *communicari* non in abstracto, sed in concreto: hoc est, vt  
 afficiens hunc terminum *essentia*: consequenterque affirmatur de  
 essentia hoc, quod est *essentiam communicari*. At vero per illam pro-  
 positionem *Paternitas non communicatur*, neque negatur *commu-*  
*nicari* secundum se, seu in abstracto: neque negatur vt afficiens esse  
 tiam, sed negatur prout afficiens hunc terminum *Paternitas*: proin-  
 deoq. solum negatur de Paternitate hoc quod est *communicari* *Pater-*  
*nitatem*, qui conceptus chimericus est, & distinctus realiter ab alio  
 conceptu, nemp: *essentiam communicari*: quæ propter non negatur  
 de Paternitate, quod affirmatur de essentia: consequenterque non  
 sunt prædicata contradictoria.

30 Hæc sententia posset forsam sustineri in prædicationi-  
 bus affirmantibus prædicatum in concreto, & vt tribuens denomi-  
 nationem subiecto: quia in his non solum affirmatur identitas rea-  
 lis inter subiectum & prædicatum; verum etiā denominatio: quod  
 duntaxat ad summum improbant exempla superius adducta. Ceterū  
 in alijs propositionibus affirmantibus in diuini prædicatum in abs-  
 tracto, & præcise quoad ideitatem realem propugnari non va-  
 let. Probatur. Negari non potest quod essentia sit filiatio, sumpta  
 filiatione in abstracto: hoc est negari non potest, quod essentia idē  
 tificetur realiter cum filiatione. Præterea affirmari non potest ve-  
 re quod Paternitas sit filiatio. Ergo esse filiationem, quod affirma-  
 tur de essentia, negatur de Paternitate.

31 Declaratur exemplo pro parte opposita allato. Quā-  
 vis Paternitas non communicetur, attamen Paternitas habet iden-  
 titatem realem cum hoc prædicato secundum se *communicari*, quia  
*Paternitatem communicari* aliquid aliud est ultra *Paternitatem*: &

*communicari* indeque provenit quod, quamvis deficiat hæc, quod est *Paternitas communicari*, non tamen deficiat identitas inter *Paternitatem* & *communicari*. At vero *filiatio* nullo modo, adhuc secundum se, identificatur cum Paternitate: quantumvis accipiat secundum se; quæ propter neque in concreto, neque in abstracto, neque vilo sensu reali Paternitas est filiatio, cum tamen verè, & realiter essentia cum filiatione identificetur. Nequit ergo mysterium Trinitatis intelligi absque eo quod asseratur eisdem realiter entitati prædicata contradictoria convenire.

32 Confirmatur iterum, Difficultas mysterij Trinitatis in eo stat, quod cum *Deitas*, & *essentia* sit simplicissimè una; personæ tamen identificate cum essentia sint absolute, & simpliciter tres. At, si hoc in modum specialem significandi solùm referretur absque violatione illorum axiomatum. *Quæ sūt eadē uni tertio sunt eadē inter se. Eisdē realiter intitati non possunt convenire prædicata contradictoria:* nõ esset difficultas in re; sed solùm in acceptione terminorum. Ergo cessat iuxta hanc sententiam difficultas mysterij Trinitatis, in utiliterque, & parum dignè à concilijs, Patribus, & Doctoribus cõmẽdabitur, & ut ineffabile arcanum extolletur.

## SECT. V.

*Reijcitur secunda sententia, & perfectissima essentia diuinæ simplicitas defenditur.*

33 Gregorius Ariminensis dist. 26. quæst. 1. non concedit in Patre Aeterno (& idem est in alijs personis) aliquid, quod sit omnino realiter identificatum cum filio, & Spiritu Sãcto, & aliquid, quod ab Spiritu Sãcto, & filio distingatur; sed asserit essentiam, & Paternitatem idem omnino esse realiter virtualiter, & obiectivè; unoque modo distingui à filio, altero vero modo nõ distingui. Distingui asserit personaliter, non vero distingui essentialiter: nihil enim est in Patre (iuxta Ariminensem) quod nõ distingatur a filio, & Spiritu S. personaliter; & similiter nihil est, quod distingatur essentialiter: modo quo anima Petri eadē omnino est inditina & specificè, & distincta numericè ab anima Pauli. Sic similiter asserit Patrem rã per essentiam, quã per Paternitatem identificari eum filio essentialiter, & distingui personaliter. Itaq; distinguit duplex genº distinctionis: nempe, & distinctionem essentialẽ, & distinctionem personalem. Distinctione essentiali negat aliquid esse in Patre, quod distingua-

tur



tur a filio, distinctione vero personali affirmat omne, quod est in Patre, distingui a filio.

34 Valde affinis est huic sententię, ea, quam refert, & refellit Arriaga in 1. p. tract. de Trinitate disp. 4. sect. 2. quasi insinuatam à P. Ruiz de Montoya; videlicet quod a parte rei, & ante omnes nostros conceptus, in diuinis sint tres res, quę necessario physicè idem sapiant, possint, & velint. Ex quibus prima secundam: prima vero, & secunda, tertiam producāt: ita vt, Deus ad æquatè sit illa tres res copulativè accepta, & singulæ ex tribus, siue quælibet distributivè accepta, sit Deus inadæquatè. Illud vero idem necessario sapere, posse, & velle vocetur natura diuina (quã in creatis sapere, posse, & velle à natura procedit) & cōcipiatur natura per modum rei cōmunis, & communicatæ tribus suppositis, sicut concipimus naturã humanam communicatam Petro, & Paulo.

35 Vtraque cogitatio, quæ in idem recidit, falsissima est. Et in primis arbitror hunc esse errorem cuiusdam clerici Galli, qui dicebat *Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum non esse vnã tantum rem sed tres res esse tres personas, sicut tres Angeli, aut tres animæ, ita tamen vt potentia, & voluntatè sint idem*. Ita refert Anselmus lib. de Incarnatione Verbi, præsertim cap. 1. & 3. Hęc etiam videtur fuisse mens Iorchimi Abbatis ab Ecclesia quoad hanc partem damnati. Licet enim concederet quod *Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sint vnã essentia, vnã substantia, vnãque natura: verè vnitatem huiusmodi nõ veram, & propriam sed quasi collectitiã, & similitudinariam esse fatebatur. Quem admodum dicuntur multi homines vnus populus, & multi fideles vnã ecclesia*. Ita refertur in cap. damnamus de summa Trinitate. Fateor Ioachimũ, & clericũ Francum citatè ad doctrinã ecclesię desecuisse, dum asseruerent vnitatem essentię impropriam esse, at vero Anselmensem, & sententiã ab Arriaga propositam decentius loqui, dum absolutè pronunciant proprie esse vnã essentiam. Ceterum cum vnitatem essentialem cum verã, & reali multiplicitate ipsius essentię componant, vt videbimus infra, clare deducitur solum verbo tenus ab erroribus supra dictis dissidere. Hoc sit aduersus hanc sententiã primum argumentum.

36 Deinde argumentor secundo. Ex sententijs relatis inferitur essentiam Patris distingui personaliter ab essentia Filij non minus quam Paternitatem. Ergo adeo duplex est essentia in Patre, & Filio, ac est duplex personalitas. Sequela probatur. Iuxta hanc sententiã nullo modo distinguitur personalitas, quo non distinguatur essentia. Sed essentia, & personalitas eodẽ prorsus modo distinguuntur

car ergo est triplex essentia in aliquo vero, & proprio sensu, sicut est triplex personalitas. Consequens est autem cōtra doctrinam catholicam, ut constat ex concilio Lateranensi cap. *firmiter*, & cap. *damianus de summa Trinitate*, quo expresse definitur Sancta Trinitatem secundum omnem essentiam esse indiuisam, & secundum personales proprietates esse discretam: unitatem esse in essentia, & discretionem esse in personis: Essentiam neque generare, neque procreare; sed esse vnā rem, quæ sit Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Videantur etiam testimonia Patrum Græcorum apud Euthimium in Panoplia titul. 2. August. apud Hieronimum Torrent. in confessione Augustiniana lib. 2. cap. 2. Hieronymi apud Cornelium Scultingum. Tertulliani, atque Cypriani apud Teodorum Petram, & Ambrosij apud Nopelium in confessionibus horum Patrum lib. 1. cap. 2.

37 Nec valet dicere essentiam esse eandem in Trinitate; quia esse vnā essentiam, solum est idem sapere velle, & posse. Hoc inquam non valet; quia veritas huiusmodi non est vnitas vera, & intrinseca; sed extrinseca ex parte operationum: cum qua remanet tota distinctio numerica, quæ requiritur ut saluetur vera multiplicitas. Si enim Petrus, Paulus, & Franciscus necessario idem saperent, vellent & possent, non ideo Petrus a parte rei indistinctus esset a Paulo, & Francisco. Ergo pariter dicendum esset in Trinitate.

38 Argumentor tertio: quia, si hoc ita esset, Pater Filius, & Spiritus Sanctus in nullo essent omnino idem: nihil enim (iuxta hanc sententiam) est in Patre, quod non sit in filio diuisum, & distinctum personaliter. Hoc autem aduersatur tum scripturæ: si quidem 1. Ioann. 5. dicitur *tres sunt qui testimonium dant in cælo Pater Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnus sunt*: tum concilio Lateranensi cap. *damianus* asserenti. Id, quod, est Pater, est filius, & Spiritus Sanctus idem omnino.

39 Denique quarto; quia, si nihil esset in Patre, quod esset adæquatè diuinitas, quæ est in filio; sed diuinitas, quæ est in Patre, distingueretur personaliter, vel alia ratione à diuinitate, quæ est in filio: iam non vnīuersa plenitudo, & integritas diuinitatis esset in filio, ut filio; quando quidem non esset diuinitas Patris. Hoc autem aduersatur Athanasio, qui oratione cōtra gregales Sabelij hæc habet *vnīuersa plenitudo, & integritas deitatis est filius ut filius: quando quidem amborum vnā forma intelligitur, quæ integrè se in vnoquoque communicat*. Vide, si placet, alias impugnationes huius cogitationis apud Arriagam r. p. disp. 4. 2. sect. 3. per quatuor sub sectiones. Mihi vero non videtur amplius immorandum in impug-

pugnatione sententia illius, quæ nulli catholico iam placitura vis  
decur.

## SECT. VI.

*Reiicitur tertia sententia, & ostenditur essentiam nulla ratione  
à parte rei distingui à personalitatibus, ubi  
distinctio Scotica examina-  
natur.*

40 **G**ilbertus oneri difficultatis succumbens, negavit essen-  
ciam cum relationibus identificari: iudicavitque verè  
realiter, & simpliciter distingui inter se: ideoque docebat Deum  
non esse suam essentiam simpliciter, & absolutè (quasi inadaquate  
realiter ab essentia distingueretur) sed constitui per essentiam, seu  
essentia in esse rei: a ratione, qua nequit dici absolutè, & simplici-  
ter *persona humana seu homo est humanitas*: licet affirmari possit  
*persona constituitur humanitate, & aliquo alio, in esse persona*. Ita  
similiter de Deo loquebatur Gilbertus. A quo errore parum dilat  
Durandus in 1. dist. 33. q. 1.

41 Adversus hunc Gilberti errorem adeo validis ex scrip-  
tura, & Patribus argumentis pugnavit S. Bernard. in Concilio  
Rhemenfi, ut Gilbertum ad respiciendū coegerit. Igitur veritas  
huius errori opposita definita est in prædicto concilio statvente in  
divinis personam esse divinam Essentiam, & personalitatem, &  
relationem etiam esse deitatem. Similiter impugnatur prædictus  
error ex Concilio Florentino (sess. 25. asserente essentiam divinam  
sola ratione distingui à personalitate. Quod nequit esse verum, si  
realiter distinguatur. Impugnatur similiter prædictus error ex Cō-  
cilio Lateranensi definiente in Deo non esse quaternitatem. Si au-  
tem essentia distingueretur à personalitatibus, cum ipsis necessario  
quaternarium numerum constitueret.

42 Deinde convincitur falsitatis prædictus error argu-  
mento S. Bernardi, nempe: aut Paternitas v.g. est superior Dei-  
tate, & hoc ex terminis repugnat: aut inferior, & ita erit creatura:  
aut æqualis, & esset alia divinitas: etenim aut esset realiter a se: &  
sic Deitas esset, cuius est proprium esse a se, aut esset ab alio non  
realiter identificato cum ipsa, & sic esset creatura, Denique Deus

nō esset simplex, sed compositus contra Concilium Lateranense diuinam simplicitatem definiens: pluraque alia absurda sequerentur: quæ libens omisso, quia nostri instituti non tam est veritatem catholicam aduersus hæreticos propugnare, quam iam statutam, Scholastico more discutere, & declarare.

43 Subtilissimus Scotus mediam distinctionem mediatam est: quam dixit inter essentiam diuinam, & personalitates interuenire: vt hac ratione omnem distinctionem simpliciter realem catholicè negaret, & argumentis aduersus Trinitatem caute, & subtiliter occurreret. Docuit ergo Subtilissimus Doctor in 1. dist. 8. q. 4. & etiam dist. 2. q. 2. relationes distingui ab essentia ex se, & ex natura rei, seu ex parte obiecti independentem ab intellectu, ita vt vera sit hæc propositio *essentia ex parte obiecti non est relatio*: & similiter hæc *essentia ante omnem operationem intellectus nō est de conceptu obiectiuo*, & *quid sit atiuo Paternitatis*, cum quo composit essentiam, & Paternitatem realiter inter se identificari, prout identitas realis opponitur distinctioni reali simpliciter; quæ est inter res; non vero distinctioni, quæ est inter formalitates: quæ solum est distinctio media, seu formalis ex natura rei. Argumenta quibus mouetur Scotus & quibus alij authores in fauorē Scoticæ sententiæ vtuntur, infra discutiā.

44 Caterum ne in incertum huius sententiæ impugnatio dirigatur: explicandum magis est quid sub nomine *Distinctionis ex natura rei* Scotistæ intelligant. Cumque apud ipsos distinctio realis sit, quæ intercedit inter realitates; distinctio vero ex natura rei, quæ inter formalitates reperitur: explicandum prius erit quid sub nomine *realitatis*, quid sub nomine *formalitatatis* apud Scotistas veniat intelligendum.

45 Omnis ergo aliorum explicationibus. Ioann. Pontius, qui hanc difficultatem penitus introspectit in suo cursu philosophico in Metaph. disp. 31. quæst. 1. & 2. prius explicat distinctionem realem simpliciter talem, & ait esse, *quæ reperitur inter ea, quæ sunt separabilia, seu quorum vnū potest esse sine altero: vel inter ea, quorum vnū est principium, seu causa alterius: vel denique inter ea, quæ subiectantur immediatè in rebus separabilibus, & non quatenus faciunt vnū per se*. Separabilia sunt distincta realiter inter se vt Petrus, & Paulus, etiam vnio, & extrema: quia licet vnio non possit esse sine extremis, extrema vero existere possunt sine vnione. Ea vero, quæ licet mutuo inseparabilia sint, nihilominus vnū est principium alterius, distinguuntur etiā realiter, vt in diuinis personis Trinitatis. Addit etiā *vel denique inter ea, quæ*

*subie&antur immediatè in rebus separabilibus, & non quatenus faciunt unum per se: quia ex suppositione quod dantur relationes superadditæ, relatio similitudinis parietis A. ad parietem B. est inseparabilis à relatione similitudinis parietis B. ad parietem A. Deinde que vna similitudo non est principium alterius: & tamè: quia naturaliter subie&antur in duobus parietibus inunitis: ideo distinguuntur inter se: & ea extrema, quæ hac ratione se habent, sunt realitates: & res simpliciter dicuntur.*

46 *Distinctio vero non realis simpliciter sed formalis ex natura rei est: quæ versatur inter ea, quæ cum illis prædicata cõtradi&oria conueniant: tamen ne quæ separabilia sunt, neque vni est principium alterius, neque in rebus separabilibus subie&antur. Ea vero, quæ ita se habent non realitates, sed formalitates nuncupantur. Quæ obrem distinctio inter ea, quæ ita se habent, non realis ( si quidem non diuersificat realitates) sed formalis est: quando quidem solum formalitates inter se distinguit. Itaque distinctio formalis est, quæ reperitur inter forma litates eiusdem rei: formalitates vero sunt, quas modo explicuimus. Ex quibus inferunt Scõristæ essentiam diuinam, & Paternitatem v.g. distingui ante operationem intellectus distinctione formalis ex natura rei: quia sunt formalitates, quibus prædicata cõtradi&oria cõueniunt: ex eoque sunt formalitates, quod neque separari possunt, neque vna est principium alterius, neque subie&antur rebus discontinuatis.*

47 *Hæc sententia dupliciter intelligi potest. Primo vt sit quæstio de nomine: nimirum non assignando prius conceptum distinctionis à parte rei, pro vt præscindit à distinctione reali, & formalis, illumque tribuendo formalitatibus, sed potius asserendo sub nomine distinctionis formalis, seu ex natura rei nihil aliud intelligi, quam conuenientiam duplicis prædicati cõtradi&orij reperi tam in entibus inseparabilibus quorum vnum non sit principium alterius, &c. Et in hoc sensu quæstio deuoluitur ad hoc nomen distinctio. Verum conuenire formalitatibus prædicata cõtradi&oria rectè appelletur distinctio formalis, & ex natura rei nihil aliud intelligendo sub nomine talis distinctionis, quam prædicatam conuenientiam duplicis prædicati oppositi.*

48 *Secundo modo potest esse quæstio de re. Videlicet, si prius statuatur distinctionis à parte rei conceptus aliquis apud aucthores receptus, prout ab omni distinctione à parte rei, tam formali, quam reali, præscindit: posteaque asseratur hunc conceptum verificari de entitatibus, quibus conueniunt prædicata cõtradi&oria: quæ entitates inseparabiles sint, quin vna sit principium alterius;*

etiam, &c. V. g. Supposito prius distinctionem à parte rei est: *quod unum à parte rei non est aliud*, ita ut inter ea, quae à parte rei diuisi-  
 guuntur, possit absolute dici *unum non est aliud à parte rei*: proinde  
 deque falsum sit *unum à parte rei est aliud*: qua ratione Scotus in 1.  
 dist. 2. apud Arriag. tom. 1. in 1. p. tract. de Trinit. disp. 41. §. 1. & 2.  
 num. 1. dixit distinctionem ex natura rei sufficere ut extrema, ita  
 distinctio nequeant in abstractione à parte rei supposita, potest esse  
 inquam explicatione distinctionis à parte rei, potest esse  
 quaestio: verum inter formalitates diuinas distinctio à parte rei de-  
 tur? Tunc autem non erit quaestio. Verum oppositio praedicatorum  
 recte appelletur distinctio? Sed verum ea, quibus conueniunt praed-  
 dicata contradictoria, ita se habeant, ut unum à parte rei non sit  
 aliud? Si enim respondeas distinctionem ex natura rei sufficere, non  
 ut absolute dicatur *Paternitas non est à parte rei essentia*; sed solum  
 cum limitatione, nempe: *Paternitas non est formaliter seu ex natura  
 rei essentia*, quia non est seu distingui ex natura rei solum est quod con-  
 ueniat praedicata contradictoria entibus praedicto modo insepara-  
 bilibus. ecce iam quaestio de nomine, nempe: an praedicta conuenientia dis-  
 tinctis praedictis oppositi recte appelletur *Distinctio ex natura rei*.

49 Hoc notare placuit, quia saepe vide controversiam in-  
 ter Scotistas, & alios: acriter inceptam paulatim languescere, & tan-  
 dem in quaestione de nomine desinere: ob idque plurima aduersus eos  
 tela magno verborum strepitu contorta, quae videbantur Scotistas  
 penitus perimere, nec leuiter tangere: sola quae inclinatione distin-  
 ctionis in hanc acceptionem absque difficultate euitari.

50 Sic igitur nostra conclusio. Nulla vera actu. lis distin-  
 ctio datur inter essentiam, & personalitates, quae sit distinctio à par-  
 te rei, & ante operationem intellectus. Probatur haec conclusio, &  
 simul impugnatur distinctio ex natura rei in diuinis. Vel haec distin-  
 ctio, quae appelletur *ex natura rei* ab Scotistis, sufficiens est ad veri-  
 ficandam hanc propositionem. *Essentia à parte rei non est Pater-  
 nitas*, vel non sufficit. Si non sufficiat, nisi cum aliqua limitatione:  
 V. g. *essentia non est ex natura rei Paternitas*, siue *formaliter non est  
 Paternitas*. Ergo *distinctio ex natura rei* non est quae proprie pos-  
 sit appellari distinctio, sed tantum secundum quid, & improprie  
 quod est idem, ac non dari distinctionem; sed aliquid aliud, quod  
 vicem distinctionis gerat: quod & nos fatebimur, dum distinctio-  
 nem virtualem admittamus. Consequentia prima probatur. Vbi da-  
 tur propria distinctio, proprie & absque addito diminuate datur  
 id ipsum, quod est formalissimè distinctio. Sed distinctio formalis-  
 simè est *quod unum non est aliud*. Ergo, si datur proprie, & absque

additō diminvente, & non solum secundum quid, distiñctio à parte rei inter Essentiam, & Paternitatē: absolute absque improprietate, & absque additō diminvente *Essentia non est Paternitas*. Ergo ab oppositōsi, data distiñctioe ex natura rei, nequit absque improprietate, & additō diminvente, verificari hęc propositio *Essentia non est Paternitas à parte rei*, distiñctio ex natura rei nō est distiñctio, quę proprie, & absolute possit appellari distiñctio, sed tãgum secundum quid, & improprie.

51 Si vero distiñctio ex natura rei sufficiens sit ad verificandam absque restrictioe, & additō diminvente, hanc propositionem *Essentia non est Paternitas à parte rei*, sic argumentor. Primo ex concilio Rhemensi apud Vazq. disp. 1 ro. cap. 1. vbi hęc habentur. *In nullo sensu catholicō negari potest, quin diuinitas sit relatio, & relatio diuinitas*. Si vero absolute, & absque improprietate dici posset *Diuinitas non est relatio à parte rei*, iam in verissimo sensu, & proprio negari posset quod iuxta concilium Rhemēse in nullo catholico sensu negari potest.

52 Confirmatur quia, si hęc distiñctio sufficit vt vna formalitas absque additō negetur de alia, v.g. *Essentia à parte rei non est Paternitas*, sufficit similiter vt falso affirmetur (prelertim cū iuxta Scotum apud Arriagam supra citatam hęc distiñctio sufficiat vt nequeat vna formalitas in abstracto vere affirmari de alia) seu vt non possit verē affirmari. Ergo distiñctio formalis inter Paternitatem, & Essentiam sufficit vt propositio hęc *Essentia est Paternitas à parte rei*, sit falsa. At hoc est contra concilium Rhemense, & Florentinum, vt constat ex num. 41. Ergo.

53 Argumentor secundo ex eo quod hęc videatur esse sententia Gilberti Porrretani: Gilbertus enim non docuit Sapientiam v.g. distiñgui à Paternitate, vt rem à re; sed ita distiñgui, vt Paternitas in abstracto sumpta non sit sapientia sumpta in abstracto, & in nominandi casu; sed solum sit sapiens sapientia in auferendi casu. Ergo, dum dicitur sapientiam, & relationem ita distiñgui, vt absque improprietate vna de altera negetur in nominandi casu, in Gilberti sententiam abitur.

54 Confirmatur ex concilio Lateranensi cap. *dānamus de summa Trinitate*. Vbi dicitur *in Deo solum modo est Trinitas, non vero quaternitas*. Si vero essentia absque improprietate à relationibus distiñgueretur, numerum quaternarium constitueret cum illis. Deinde ex concilio Florentino asserente sess. 15. *quod relatio est eadem re cum natura; solum vero secundum modum intellectus nostris differit*. Ergo nulla datur distiñctio actualis, nisi secundum mo-

Aut intellectus nostris. Denique fere omnis, quae contra Gilbertum ex D. Bernardo, & alijs adducuntur, possunt non in congruè aduersus distinctionem ex natura rei hoc modo explicatam adaptari: deoque ex hac distinctione, quae ab iure, & simpliciter sit distinctio, videtur inferri compositio in Deo, multiplicitas, & alia absurda, quae communiter Gilberto ab authoribus opponuntur.

55 Denique argumentor tertio ex ipso nomine distinctionis a parte rei. Quilibet distinctio, quae actu independentem ab omni operatione intellectus, est abique vlla impropriete distinctio, est simpliciter distinctio realis. Sed inter essentiam, & relationes nequit dari distinctio simpliciter realis. Ergo inter essentiam, & relationes nulla datur distinctio actualis independentem ab operatione intellectus. Minor est certa de Fide: quia distinctio simpliciter realis opponitur cuilibet identitati reali. Cumque de Fide sit Essentiam, & relationes realiter identificatae, entium perinde erit inter Essentiam, & relationes non intercedere distinctio simpliciter realis.

56 Maior igitur, in qua est tota difficultas, nempe quilibet distinctionem actualem independentem ab operatione intellectus esse distinctionem simpliciter realem: sic probatur. Distinctio simpliciter realis nihil aliud est quam distinctio, quae in primis in esse distinctionis non solum in potentia, aut in aequivalentia; sed actu, & de facto datur. Deinde non datur per fictionem, aut per operationem intellectus, sed ante omnem intellectus considerationem. Ergo quilibet distinctio actualis independentem ab operatione intellectus est simpliciter distinctio realis. Antecedens probatur. Id quod requiritur in ente in ratione entis, ut sit reale, requiritur in distinctione in ratione distinctionis, ut sit distinctio realis. Sed, ut ens sit realiter ens reale, sufficit, quod detur de facto, & actualiter, & ante omnem operationem intellectus. Ergo, ut detur distinctio realis in esse talis, sufficit, quod distinctio in esse distinctionis detur actu, & de facto ante omnem operationem intellectus. Minor est certa, ut constat ex consideratione cuiuslibet entis in esse entis realis. Maior probatur. Distingui unum ab alio est differentia realis entis in esse entis. Sed ad quamlibet differentiam entis realis in esse entis sufficit, quod detur in esse talis differentia id, quod requiritur in ente, ut sit ens reale. Ergo & in distinctione. Minor constat ab inductione omnium differentiarum, quod eorum sufficit, ut ens sit reale, sufficit, si inveniatur in *rationali*, ut detur realiter *rationali*: & id est de *Innibili*, & qualibet alia differentia, ut expendenti consistebit.



opponitur mentali; sed prout reale dicit realitates, & non præcise formalitates: eumque distinctio, quæ versatur inter Essentiam, & Relationes non versetur inter realitates, sed inter formalitates: ideo est distinctio non realis, sed formalis.

58 Sed contra. In primis propter eandem rationem debet negari identitas realis inter Essentiam, & Paternitatem: quia sicut distinctio in esse realis connotat extrema realia, & non formalia, nulla est ratio, quare identitas realis non connotet similiter extrema realia, & non formalia. Sicut ergo absque præiudicio formalitatum identitas quæ inter ipsas invenitur, non præcise formalis; sed absolute realis est: ita similiter distinctio non præcise formalis, sed realiter sit simpliciter.

59 Confirmatur. Distinctio ex natura rei (dato quod absque vlla impropriate distinctio à parte rei sit) nequit non esse summa. Ergo non est distinctio inferior summe, & reali. Antecedens probatur. Illa distinctio ex eo non esset realis, & summa, quod non intercederet inter rem, & rem. Sed hæc ratio est nulla. Ergo nulla datur ratio, ob quam illa distinctio non sit summa. Minor probatur ex P. Lince. Si talis ratio sufficeret, ut prædicta distinctio non esset summa, etiam non intercederet summa distinctio inter animalitatem Petri, & animalitatem Leonis, vel inter rationalitatem Petri, & rugibilitatem Leonis, quod est absurdum. Ergo non sufficit prædicta ratio. Sequela probatur. Rationalitas Petri, & Rugibilitas Leonis sunt formalitates, & non realitates iuxta Scotistas. Ergo, si solum est distinctio summa quæ intercedit inter realitates, non erit summa distinctio, quæ intercedit inter rationalitatem Petri, & rugibilitatem Leonis.

60 Confirmatur. Distinctio non reperia inter rem, & rem summa esse potest. Ergo quod distinctio ex natura rei non sit inter rem, & rem, sed inter formalitates mutuo in se parabiles, non oberit quominus summa sit. Consequentia est bona. Antecedens probatur. Inter rem, & carentiam rei, admissis entibus negativis, summa distinctio reperitur quæ enim maior distinctio, aut distantia, quam, quæ versatur inter esse, & non esse. Sed carentia rei neutriquam est res iuxta præfatam sententiam de entibus negativis. Ergo potest dari distinctio summa, quæ non sit inter rem, & rem.

61 Respondebunt idem posse esse formalitatem respectu unius, & realitatem respectu alterius quia cum esse formalitatem sit esse entitatem inseparabilem modo supra explicato, & rugibilitas Leonis simul sit inseparabilis ab animalitate Leonis, & separabilis à rationalitate Petri, simul erit formalitas respectu

que animalitatis, & realitas respectu rationalitatis Petri. Quo fiet ut distinguatur realiter à rationalitate Petri; secus à sua animalitate, respectu cuius formalitas est. Eadem ratione dicent carentiam rei esse aliquam rem, prout res opponitur formalitati inseparabili modo explicato: quod sufficit ad distinctionem realem; non vero prout res est aliquid positivum. Ex quo solum deducitur non distinguui carentiam à termino distinctione positiva; secus distinctionem realem.

62 Hæc solutio in sufficiens est: quia, si semel adstruatur prædictæ formalitates, ut ab Scotistis considerantur, hoc nomen *Formalitas* non est præcise nomen minus extrinseci illi obiectivo conceptui, qui *formalitas* dicitur sed est quid intrinsecū, & formalissimè identificatum ipsi formalitati, seu conceptui obiectivo, qui *formalitas* dicitur. Ergo quidquid convenit illi cōceptui obiectivo, convenit eū illo addito diminvente *ex natura rei* eo enim modo debet illi conveniri, quo illi convenit suū esse. Sed suū esse nō est reale, sed esse *ex natura rei* seu formale; hoc est esse formalitatē. Ergo quidquid convenit illi non convenit realiter, sed *formaliter*, & *ex natura rei*. Patet ex doctrina Scotistarum; quia apud ipsos qualitas distinctionis debet sumi ex qualitate extremorum, & non præcise ex eo, quod unum non sit aliud: quamvis enim una formalitas distinguatur ab alia, seu alia non sit; quia tamen hæc distinctio versatur inter extrema, quæ formalitates sunt: ideo non *realis*; sed *formalis* distinctio est apud Scotistas. Ergo distinctio commensuratur qualitati seu conditioni extremorum. Cum igitur etiam Paternitas, & Filiatio formalitates sint: ideo distinctio, quæ inter hos obiectivos conceptus versatur, non *realis*; sed *formalis* erit.

63 Argumentor quarto. Distinctio ex natura rei est distinctio ante omnem operationem intellectus, & est distinctio inter extrema ante omnem operationem intellectus identificata. Sed hoc repugnat. Ergo, & distinctio ex natura rei. Maior est Scotistarum doctrina. Minor probatur. Nomine veræ distinctionis inter A, & B, intelligimus quod A, verè nō sit B. Nomine identitatis verè inter A, & B, intelligimus, quod A, verè sit B. Sed nequit independenter ab operatione intellectus A, verè esse B, & verè non esse B. Ergo nequit dari distinctio vera inter ea extrema, quæ verè identificantur. Consequentia est legitima, & minor certa. Maior probatur per partes. Prima autem pars maioris, nempe identitatem unius cum alio esse quod unum sit aliud, ex ipsis terminis constat: quia *identificari, & esse* propterea omnino idem sunt: imò quando inquiri-

mus quid sit identitas aliquorum extremorum, non aliud querimus, quam quid sit vnum extremum esse aliud. Ergo esse, & identificari pro eodem à philosophis vsurpantur. Quoad secundam partem etiam probatur: nimirum hoc, quod est vnum distinguab alio proprie, & absque addito diminuente, importare, quod vnum proprie, & absque addito diminuente non sit aliud. Probatur inquam hoc hac breui ratione. Sicut identitas per *esse* ita distinctio per *Non esse* explicatur. Ergo *Distingui*, & *Non esse*, idem omnia sunt.

¶ Si respondeas non posse cum sola distinctione formalis, seu ex natura rei, absolute negari vnā formalitatem de alia; sed tantum cum addito diminuente, nempe *formaliter*. Ergo non est distinctio, quæ proprie sit distinctio; sed tantum secundum quid, nempe, quæ æquiualeat distinctioni simpliciter in ordine ad verificanda prædicata contradictoria, quæ distinctio solum est virtualis vt supra monui: vel explica quis sit conceptus distinctionis à parte rei prout proprie distinctio est à parte rei, & præscindit a distinctione reali, & purè formali?

## QVÆST. II.

*Beneficio distinctionis virtualis conciliatur distinctio Personarum cum essentia vnitatis.*

**R**iectis aliorum explanationibus, nostra iam qualis qualis proponenda est, & ab obiectionibus vindicanda.

### SECT. I.

*Premittitur explicatio distinctionis virtualis in genere.*

¶ **Q**uamvis videantur argumenta contra Trinitatis Mystrium prius solui debere, quam ad vltiorem eius explanationem fiat progressus, nihilominus, cum distinctio virtualis (qua nobis semper vtendum est) adeo affinis sit distinctioni reali, & vt eius beneficio argumenta contra hoc mysterium clarioribus terminis soluantur: placuit distinctionem virtuales prius proponere, & dilucide explicare, vt postea melius, & clarius solutio

Essentia adhibeatur his, quæ aduersus Trinitatem personarum in unitate  
essentia obijciuntur.

2 Distinctio virtualis nihil aliud est quam æquivalentiæ  
distinctio realis actualis, siue res vnica æquivalens pluribus. Hęc  
virtualis distinctio duplex est, alia extrinseca, intrinseca alia. Dis-  
tinctio virtualis extrinseca est, qua vnica entitas æquualet pluri-  
bus secundum rationes non involuenges contradictionem prædi-  
catorum v. g. Sol: quia illuminat sicut lux, & calefacit sicut calor;  
dicitur esse virtualiter extrinsece distinctus à se ipso, siue æquualet  
re entitatibus distinctis: non quatenus oppositis, sed secundum ali-  
quam rationem, secundum quam non opponuntur: est enim sol vir-  
tualiter lux, & calor, quatenus æquualet huic in virtute illumina-  
tina, & calori in virtute calefactiva: ratione quarum virtutum ca-  
lor, & lux non opponuntur inter se. Distinctio virtualis intrinseca  
est æquivalentia ad duplicem entitatem, quatenus duplex entitas  
involuit oppositionem prædicatorum. Hoc pacto entitas suscipiēs  
duo prædicata cōtradictoria dicitur habere distinctiōem virtua-  
lem intrinsecam, quia æquualet duabus entitatibus, quatenus op-  
positis inter se.

3 Aliter etiam potest explicari: nimirum. Distinctio vir-  
tualis extrinseca est, qua aliquid realiter indiuisum distinctis con-  
ceptibus explicamus in ordine ad diversos terminos. Distinctio  
autem virtualis intrinseca ea est, quæ independenter ab omni cog-  
nitione reperitur ex parte rerum: ac tunc locum habet, cum eadem  
res habet aptitudinem ad prædicata cōtradictoria. Ita dicitur  
communiter distingui Essentia diuina à Paternitate (licet modo  
de hoc ipso sit quæstio) quia realiter, & ante omnem operationem  
intellectus verificantur de ipsis prædicata cōtradictoria: essentia  
enim communicatur Filio; Paternitas vero non communicatur. Es-  
sentia est Filiatio; Paternitas autem non est Filiatio.

4 Distinctio virtualis intrinseca iterum consideratur du-  
plex. Alia pure omnino virtualis, excludens distinctiōem realem  
etiam in tertio: alia non pure virtualis: ea videlicet, quæ dicit reale  
distinctiōem in tertio. Hęc distinctiōe non pure virtualis, sed di-  
cente distinctiōem in tertio, distinguuntur (casu quo virtualiter  
distinguuntur) essentia diuina, & Paternitas: quia essentia identifi-  
catur cum Filiatione; Paternitas vero realiter, & vere a Filiatione  
distinguitur. Ex quo fit Essentiam, & Paternitatem, licet in se non  
realiter distinguantur, at tamen identificari conceptibus realiter,  
& vere distinctis: consequenterque in illis conceptibus distingui,  
quod nihil aliud est, quam distingui realiter conceptus identifica-  
tose cum Essentia, & Paternitate.

5 Distinctione virtuali pure intrinseca, & excludente distinctionem realem etiam in tercio, distinguuntur in plurium sententia *voluntas diuina, & intellectus diuinus*: quia ita de illis (in hac sententia) verificantur predicata contradictoria, nempe *voluntas amat intellectus non amat intellectus intelligit, voluntas non intelligit*, vt voluntas non identificetur cum aliquo, à quo realiter distinguatur intellectus, nec diuinus intellectus cum aliquo identificatur, quod sic realiter distinctum à voluntate diuina: licet enim voluntas non intelligat, voluntas tamen est realiter intellectus seu *intelligere diuinum*: falsumque esset dicere *voluntas diuina non est diuinum intelligere*, vel *distinguitur realiter à diuino intelligere*: eademque ratione, & si intellectus diuinus non amet, veraque absolutè sit hæc propositio: *Intellectus diuinus realiter non amat*. Nihilominus intellectus diuinus identificatur realiter cum *velle diuino*, ita vt falsa sit propositio, quæ dicat *intellectus diuinus non est realiter velle diuinum* aut *distinguitur realiter a velle diuino*: quia propter voluntas, & intellectus diuinus non distinguuntur realiter in tercio: id est, nihil est realiter identificatum cum intellectu diuino, quod non sit etiam identificatum cum voluntate diuina, nec è conuerso: quam ob rem nihil est tertium est, cui vnum identificetur, & à quo alterum distinguatur.

6 Hæc etiam virtuali distinctione distingui necesse est Deum à suo decreto contingentem denominante ipsum: in nosstra, & plurium sententia asserente Deum constitui contingentem decernentem, & cognoscentem existentiam huius mundi v.g. ad aquarè ab intrinseco. Si enim decretum vt denominans Deum, seu superum quod denominationem, adquate realiter identificatur Deo: & ex alia parte existente Deo potuit hoc decretum non denominare Deum decernentem: planè sit hoc decretum in ordine ad predicatum denominandi Deum decernentem: perinde se habere, ac si realiter distingueretur à Deo: imò ac si realiter deficeret: & ita inter hoc predicatum *decernens*, & Deum, datur sufficiens adiunctio, vt potuerit vnum de altero negari: siquidem potuit antecedenter esse verum *Deus non est decernens*, seu *Deus non decernit existentiam mundi*. Præterea cum nullum decretum diuinum distinguatur realiter, & verè ab alio decreto diuino, nec ab aliquo diuino predicato, siue communi, siue personali: hinc fit hæc distinctio in virtuali esse abque distinctione reali in tercio, consequenterque esse distinctionem virtuales in:

trifecam pure vjg.

trifecam

## SECT. II.

*Explicatur amplius distinctio purè virtualis, & ostenditur non plus ei, quam distinctio reali in tertio difficultatis in esse.*

7 **R**ecentiores non nulli distinctionem purè virtualem non admittunt. Primo: quia predicata cōtradictoria, si omnino conveniunt eidem entitati, quin detur distinctio realis, constituentur chimeram. Ergo aliqua distinctio realis excogitanda est ex parte subiectorum, quibus conveniunt predicata illa contradictoria. At talis distinctio realis nequit assignari in divinis inter ipsas formalitates, quas virtualiter differre diximus. Ergo assignanda est in tertio aliquo, cui vna illarum formalitatum identificetur, & à quo alia distingatur.

8 Secundo, quia difficile admodum capto videtur, quare ratione intellectus neget predicatum de subiecto in sensu reali, quin distinctionem realē enuntiet: qua propter hæc sententia de distinctione purè virtuali excludente quamlibet distinctionem realē, etiā in tertio, non solum ad sensum, verum, & intelligentiæ maximopere difficilem videtur his authoribus se præbere.

9 Ratio autem difficultatis in assignando harum propositionum sensu provenit ex eo, quod asseratur ex vna parte *ly intelligit* afficiens intellectum in hac propositione. *Intellectus intelligit*, & *ly non intelligit* afficiens voluntatē in hac propositione *voluntas non intelligit* esse predicata cōtradictoria. Ex quo fit idem intelligere, quod affirmatur de intellectu, id ipsum de voluntate negari. Ex alia vero parte videtur propositio negativa negare identitatē realem predicati cum subiecto: sicut enim identitas realis est *quæ unum est aliud* ita distinctio realis est *quæ unū non est aliud*: si enim non negatur identitas realis, quid obsecro negatur *per non est realiter*? Atqui per prædictam propositionē *voluntas nō intelligit* minime negatur identitas voluntatis cū illo predicato *intelligit* cū ab authoribus eam propositionem ut veram enuntiantibus, similiter defendatur illud ipsū *intelligit* identificari realiter cū voluntate divina: quādo quidē apud ipsos, & apud omnes catholicos, quidquid identificatur cū intellectu, iuxta identificatur cū voluntate. Nō ergo videtur apparere cōgruus sensus illius propositionis negativæ

10. Vergetur difficultas ab opposito. Per hanc propositionē *voluntas non intelligit* negatur de voluntate illud *intelligere*, quod affirmatur tallo per hanc propositionē *voluntas intelligit*. At iux

ta auctores afferentes voluntatem diuinā non intelligere, qui affirmat voluntatē diuinā intelligere, affirmat quoddā *intelligere* chimericum, & repugnans Deo. Ergo per hanc propositionem *voluntas Diuina non intelligit*, negatur intelligere chimericū. Ergo non negatur idem *intelligere*, quod affirmabatur per propositionē aliā nempe *intellectus intelligit*. Ergo hęc propositiones *intellectus intelligit*, *voluntas non intelligit*, non enuntiant prædicata cōtradictoria de intellectu, & voluntate diuina. Minor, in qua cōsistit difficultas. Probat. Per hęc propositionem *voluntas intelligit* affirmatur quoddā *intelligere*, cuius natura, & essentia sit reddere, *voluntatem intelligentem*. At *intelligere* huiusmodi est chimericū. Ergo per hanc propositionem *voluntas intelligit* nō *intelligere* verū, sed chimericū affirmatur. Sed id ipsū *intelligere* negatur per propositionem negatiuam. Ergo per propositionem negatiuam, per quā negatur de voluntate quod intelligat, nō negatur *intelligere*, quod affirmatur per propositionem illam *intellectus intelligit*, consequenterque non enuntiant prædicata cōtradictoria.

11 Ceterum hanc eandem difficultatem militare contra distinctionē virtualē adiucentem distinctionem realē in certis, sic ostenditur. Hęc est vera propositio *Paternitas non comunicatur Filio*. & tamen Paternitas identificatur cum eo, quod comunicatur nempe Essentia. Ergo *comunicari*, reuera identificatū cum Paternitate negatur in sensu reali de Paternitate, cum qua identificatur. Idem argumentū fit hac ratione. Essentia non refert Patrem ad Filium: & tamē essentia est realiter ipsa relatio, seu ipsam *referre*. Ergo per propositionē verā negatur de Essentia id ipsum, quod eū ipsa identificatur. Præterea *comunicari*, quod cōuenit essentia, nō cōuenit Paternitati, adhuc cōsideratis secundū se Essentia, & Paternitate. Ergo essentia, & Paternitati secundū se, & prout nō involuētib' aliud tertium, in quo distinguantur, cōueniūt prædicata cōtradictoria.

12 Huc argumento respondet P. Antonius Perez, & P. Quiros, qui distinctionē pure virtualē toto ex animo auerlantur. Igitur P. Antonius Perez asserit quod quando affirmatur vnū prædicatū de alio in abstracto, affirmatur identitas illorum in ordine ad se: quando vero affirmatur, aut negatur in concreto respiciente aliud tertium, tū affirmatur, aut negatur identitas in ordine ad aliud tertium: hoc est habere eandē habitudinē respectu illius tertij. Hinc prouenit hęc esse verā propositionē. *Essentia est Paternitas*: quia reuera identificantur in ordine ad se, & id solū affirmatur. Hęc vero esse falsā. *Essentia refert Patrem ad Filium*: quia per hęc propositionem non solū affirmatur identitas inter essentiam, & *referre*: verū etiā, identitas in ordine ad tertium: hoc est eque se habere respectu

in illius tertij: cumque respectu illius tertij, nempe Filij, nõ equaliter se habeant: si quidẽ essẽtia, identificatur cū Filio: Paternitas vero distinguitur: hinc fit hanc propositionẽ verã non esse, quãvis sola distinctio realis in tertio inter subiectũ, & prædicatũ reperitur. Ecce quo modo non solũ affirmatur relatio de essẽtia, verum etiã affirmatur implicite essẽtiã distingui à Filio: cõsequenterq; est falsa illa propositio ratione illius, quod implicite dicitur: in hac enim propositione *Essẽtia refert Patrẽ ad Filium* implicite affirmatur distinctio Essẽtiæ a Filio. Clarius id cernitur in alia propositione *Paternitas cõmunicatur Filio*: quæ quidẽ propositio falsa est. Quia per eam non solũ affirmatur identitas *Paternitatis*, & huius cõceptus *cõmunicari*; sed ulterius affirmatur essẽtiã, & Paternitatẽ identificari in tertio, nẽpe in Filio: cõmunicari enim Filio est identificari cū illo: hoc autẽ falsũ est: Paternitas enim nõ identificatur Filio.

13 Pater Quirous 1. p. tract. 2. disp. 15. sect. 21. tract. 22. paulo aliter tradit eandẽ solutionem. Afferit enim per propositiones de prædicato in abstracto solũ affirmari identitatẽ prædicati cū subiecto; non vero quod subiectũ accipiat aliquã denominationẽ, neque capax sit illã suscipiendi. At vero per propositiones de prædicato accepto in concreto, ultra identitatẽ subiecti cū habente formã, seu quasi formã illam, ulterius affirmatur capacitas subiecti ad habendã illã denominationẽ. V. g. *Petrus intelligens* non solũ dicit Petrũ identificari cū habente intellectiõnẽ, & intellectiõnẽ existere in Petro. Verũ etiã enuntiat Petrũ capacẽ esse suscipiendi denominationẽ intelligentis. Hoc patet in hac propositione. *Lapis intelligit*, quæ propositio falsa est, adhuc existẽte intellectiõne unita lapidi, nõ ob aliã rationẽ, nisi quia, licet detur intellectiõ lapidi unita, & lapis identificetur subiecto habente intellectiõnẽ, non tamẽ datur id, quod ultra hoc affirmatur per eã propositionẽ: quod quidem ex cõmuni Philosophorũ sensu non est aliud, quã subiecti capacitas, ut habeat prædictã denominationẽ: quæ capacitas in prædicato *rationalis*, seu *intellectivi* consistit: cumque lapidi rationalitas desit, de est similiter capacitas affirmata; consequenterque veritas illius propositionis *lapis intelligit*.

14 Hac ipsa ratione docet prædictus author in hac propositione *essẽtia cõmunicatur* non solum affirmari identitatẽ reatẽ essẽtiæ cū cõmunicato; sed ulterius capacitatẽ essẽtiæ ut cõmunicetur, seu suscipiat denominationẽ communicatã. Porro capax ut essẽtia huiusmodi denominationẽ suscipiat, dicitur quod essẽtia identificetur, non solum cum Paternitate, verũ etiã cum Filiatione, & Spiracione. Hinc fit quod, quavis quilibet sit realiter id, quod cõmunicatur, cum



ea men nulla sit idéntificata cum tribus relationibus, nulla persona, aut personalitas est capax suscipiendi effectum commune, quod est idem ac dicere capacitatem suscipiendi hanc denominationem dicere carentiam distinctionis à reliquis personalitatibus.

15 Ecce quomodo iuxta hunc auctorem. *Essentiam communis*, & *Paternitatem non communicari* potest non provenire ex eo præcise quod negetur Paternitati aliqua idéntitas purè virtualis præsciendens à distinctione in tertio, sed quia realiter, & verè essentia idéntificatur cum tribus personalitatibus, quibus non est eadè personalitas aliqua. Pari ratione *Paternitas* refertur Patrem ad filium; *essentia* vero minime, quamvis essentia idéntificetur cum Paternitate referente, & sit id, quod refertur quia denominatio referendè involuit capacitatem eius denominationis ex parte referentis: quæ capacitas importat distinctionem à Filio. Ex quibus omnibus colligitur quod quædo distinctio virtualis fundatur in reali distinctio in tertio, semper propositio negatiua potest dici vera ex defectu alicuius idéntitatis realis implicite saltem affirmatæ.

16 Prædicti discursus, licet speciosi, & subtiles appareant, non omnino solidi mihi vidètur. Sic igitur iustauro argumentum, & primo contra P. Antonium Perez. Per hanc propositionem *Essentia non refertur Patri ad Filium* ita negatur de essentia referre Patrem ad Filium, ut nihil aliud negetur de essentia. Præterea negatur de essentia verum, & reale referre, & non chimericū. Ergo negatur de essentia illud referre, quod affirmatur de Paternitate. Cumque totum, quod affirmatur de Paternitate, idéntificetur cum essentia: inde deducitur per prædictam propositionem negari de essentia id ipsum, quod cum ea idéntificatur. Quæ autem ratione possit negari de subiecto prædicatum cum eo idéntificatum, postea explicabimus.

17 Maior propositio, in qua est difficultas, sic probatur. Per hanc propositionem *essentia non refertur Patri ad Filium*, iuxta P. Ant. Perez, negatur essentia eque se habere respectu Filij ac se habet Paternitas. At quædo enuntiatur de Paternitate se habere respectu Filij referendo Patrem ad Filium, non negatur Filius de Paternitate; sed positivè affirmatur de Paternitate minus referendè: ergo quædo negatur de essentia referre, non affirmatur de essentia Filij; sed negatur minus referendè, quod affirmatur de Paternitate.

18 Declaratur ulterius utatenus negando referre affirmaremus Filium de aliquo, quatenus affirmando referre negaremus Filium de ipso aliquo. Sed quædo de Paternitate affirmamus referre non negamus Filium de Paternitate (licet negatio inferatur) sed affirmamus formalissime minus referendè realiter, & virtualiter idéntificatum

cum Paternitate. Ergo quando de essentia negamus *referre* nõ per negationẽ negationis affirmamus Filiũ de Essentia, sed per puram negationẽ negamus de Essentia munus referendi, quod affirmabamus de Paternitate.

19 Idem dico in hac propositione *Paternitas nõ cõmunicatur Filio*, licet enim ex ea inferatur hæc *Paternitas non est Filius*, ea tamen prima propositio nõ est propositio negans hoc prædicatũ *Filius* de hoc subiecto *Paternitas*; sed negatur de Paternitate prædicatũ *cõmunicandi se Filio*, sicuti in hac propositione *Essentia cõmunicatur Filio*, non affirmatur (nisi illacine Filius de Essentia, sed affirmatur de Essentia cõmunicatio ad Filiũ identificata realiter, & virtualiter cum Essentia. Itaque Essentia, vt realiter, & virtualiter talis, est identitas realis, licet non virtualis, sui cum Filio. Hæc igitur identitas, & cõmunicatio affirmatur per hanc propositionẽ *Essentia cõmunicatur Filio*. Eadem ergo, & nõ alia negatur per hæc propositionem *Paternitas non cõmunicatur Filio*.

20 Displicet etiã explicatio Patris Quiros: cõcedo enim per propositionẽ, in qua prædicatũ affirmatur in cõceto de subiecto, affirmari capacitã subiecti, vt accipiat denominationẽ: ideoque per hanc propositionẽ, *Essentia refert Patrẽ ad Filiũ*, affirmari capacitã Essentiẽ accipiendi denominationẽ referendi; nihilominus urget difficultas: nam de Paternitate affirmatur verẽ esse capacitã referendi Patrẽ ad Filium. Loquor igitur de hac propositione, *Paternitas est capax referendi Patrẽ ad Filiũ*: & sic arguẽtor. In hac propositione non negatur Filius de Paternitate, sed affirmatur de Paternitate capacitã, quæ realiter, & virtualiter identificatur cũ Paternitate. Ergo in hac propositione *Essentia nõ est capax referendi Patrẽ ad Filium* nego de Essentia eam capacitã, quam affirmavi de Paternitate. Ergo nego Paternitatem de Essentia.

21 Nec video qua ratione difficultas Distinctionis virtualis per distinctionẽ realẽ in tertio, aut emolietur, aut temperetur. *Tota* difficultas est: qua ratione *Esse*, & *Non esse* aliquid, possit cõuenire eidẽ reali entitati. V.g. qua ratione Essentiẽ, & Paternitati, quæ non duplex, sed vnica entitas est, possit cõuenire *esse Filiũ*, & *non esse Filiũ*. Cur autũ non erit equẽ, imo, & magis difficile, quod eidẽ entitati reali cõueniant prædicata ita opposita, vt realẽ distinctionem ex possant, quã quod intellectui diuino, & diuinæ voluntati cõueniant prædicata, quæ, licet opposita, reali tamen distinctione nõ indigeant, vt sunt *amare*, & *non amare*, quatenus voluntas amat, & intellectus non amat, quin *amare voluntatẽ*, & *non amare intellectũ* realiter distinguantur? Vnũ in hac re certũ est nullũ esse authorẽ (quem

(quem ego legerim) qui in creatis admittat distinctionē virtuales cum distinctione simpliciter reali in tertio: cum non desint, etiā ex Recentioribus, qui distinctionē purē virtuales etiam in omnibus creaturis admittant: quod non leve signum est identitatem realem cum distinctione reali in tertio maiorem, quam distinctionem purē virtuales implicationis speciem præferre.

22 Præterea duo contradictoria, si chimerā inferrent, non ex eo foret, quod nullam, vel in tertio distinctionē realem sortirentur; sed quod eadem realiter subiecto conuenirent, siue distincta, siue in distincta inter se. Quod enim *Esse*, & *Nō esse* eidē subiecto reali conueniat, videtur opponi illi principio. *Quodlibet est vel nō est*: quod eum est, & non est: videtur neque esse (si quidē nō est) neque nō esse quando quidē est. Igitur chimerica repugnantia, quæ quoad speciem apparet in distinctione virtuali intrinseca, consistit dūtaxat in eo, quod de eadem realiter entitate verificantur duo contradictoria; siue hæc distincta, siue indistincta sint realiter inter se. Qua vero ratione hoc, & alia argumenta similia soluantur, videbimus infra.

23 Præterea, licet ad præsens institutū de Trinitatis mysterio possemus, distinctione purē virtuali reiecta, distinctione reali in tertio omnino vel verū cum distinctione purē virtuali abique distinctione reali in tertio ad alias difficultates Theologicas expediendas necessariā iudicemus: quia aliter non explicatur recte constitutio decreti liberi: explicare utique debemus sensum propositionis negatiuæ inter subiectū, & prædicatū adeo realiter identificata, ut neque in tertio distinguantur. Ideo igitur asserimus hanc propositionem *intellectus non amat*, & hanc *voluntas non intelligit* posse esse veras absque vlla distinctione reali adhuc in tertio inter subiectū, & prædicatū, seu inter intellectū, & voluntatē, attenda præcise contradictione prædicatorū, licet nos negem, tract. de Voluntate danti cam oppositionē prædicatorū inter intellectū, & voluntatē Dei.

### SECT. III.

*Explicatur sensus propositionis negantis prædicatū de subiectum, a quo purē virtualiter distinguitur.*

24 **V**T igitur apprehendamus quid sub nomine distinctionis purē virtualis, lateat: aliter, & aliter illam explico. Primo supponēdo hanc propositionē *intellectus diuinus intelligit vere, & realiter* (admitto modo ad explicandam hanc difficultatē de distinctione virtuali parte intrinseca distinguivirtualiter inter se intellectum diuinū, & diuinā voluntatē) & similes alias, quātumuis

*ly vere, & realiter* ex parte prædicati apponatur, semper affirmare sensum virtuale. Quod sic explico. Hoc prædicatū intelligit, seu intelligens sumptū in concreto, & quoad denominationē, duo dicitur: unum reale, & aliud virtuale: dicit enim in se esse, & ubi dicitur, & in super addit identitatē virtuales, cum ipso intellectu diuino: quæ propter diuinum intellectum intelligere quasi deotitatos dicit huius (ubi dicitur) intellectus cum hoc prædicato intelligens, nōpe, & identitatē realem, quæ vere, & realiter identificatur cum prædicato intelligens, & identitatē virtuales cum illo, seu certā diuinitatis virtualis ab eo: hoc est: non per inde se habere, ac si distingueretur ab eo: quæ propter quando dicitur intellectus verè, & realiter, & non solū virtualiter intelligere *ly realiter, & vere* cadit supra constitutiuā intelligendi eo modo, quo constitutiuā intelligendi sunt. Cuiusque intelligere quoad denominationē constituitur per identitatē realem, & virtuales cum intellectu diuino: hinc fit quod *realiter intelligere* sit quod diuinus intellectus identificetur realiter, & virtualiter cum intelligere *ly enim realiter*, cum dicitur intellectus *realiter intelligere*, modificatur iuxta capacitatem, & naturam, terminorum, supra quos cadit.

25 Hoc explicatur ex cōmuni modo loquendi, quo affirmamus ens præteritū verè physice, & realiter esse præteritū quamuis non omnia constitutiuā entis præteriti in esse præteriti verè, & realiter sint. Cum potius ipsum ens præteritū nō sit modo, sed fuerit: hoc, in quā, nō obstat, quomā ea propositio vera sit: quia *ly verè & realiter* solū affirmat esse rem, quæ ratione significatur, attentā prædicati limitatione. Cum igitur ex vi illius prædicati præteritū non significetur res esse de facto, & de presenti existens, sed fuisse: ideo qui affirmat rem verè, & realiter præteritā esse, solū affirmat rem verè, & realiter, & absque vlla improprietas extitisse.

26 Ita igitur in nostro casu, qui affirmat intellectum diuinū verè, & realiter intelligere, solū affirmat verè, & realiter intellectū diuinū identificari cum intelligere realiter, & virtualiter: quia *ly realiter* affirmat prædicatū iuxta propriā naturā, & capacitātē.

27 Hinc inferitur propositionē negatiuā, quæ dicitur *voluntas non intelligit* posse, & de facto esse verā, quia deficit aliqua identitas realis inter voluntatē, & intelligere, ex eo solū quod deficit identitas virtualis. Probatur. Vt deficit aliquid, sufficit quod deficit aliquod eius constitutiuā ea ratione, quæ constitutiuā est. Sed, ut voluntas intelligeret, opus erat non solū identitate reali cum intelligere, sed etiā identitate virtuali. Ego, quāuis nō deficit identitas realis, sed solū virtualis inter voluntatē, & intelligere, deficit quod

voluntas intelligat. Ex quo etiam inferitur eum, qui negat voluntatem tatem intelligere, non negare existentiam realem alicuius realis; sed solum virtualitatem quandam, nempe identitatem virtuale: quod est idem ac dicere per propositionem negantem voluntatem intelligere, non negari intelligere de voluntate in sensu reali; sed solum in virtualitate per consequens esse idem ac dicere. Voluntas, licet realiter identificatur cum intelligere: per inde se habet in ordine ad hanc denominationem, ac si non identificaretur.

28. Ex hac doctrina deducitur per hanc propositionem. *Voluntas non intelligit* non negari formaliter de voluntate intelligere chimericum, sed negari de voluntate intelligere reale, & verum: non negatione identitatis realis inter intelligere, & voluntatem, sed negatione identitatis virtualis: qua propter, si recte inspicatur sensus huius propositionis *voluntas non intelligit* apparebit non esse hunc *voluntas dissimilata non identificatur realiter cum hoc predicato intelligit chimerico*; sed potius esse hunc *voluntas non identificatur virtualiter cum hoc predicato intelligit vero & reale*, ea ratione, qua in hac propositione *Petrus non est lapis* non negatur de Petro lapis chimericus qui esset, si Petrus identificaretur cum lapide, sed negatur lapis realis, qui non identificatur cum Petro. Ita in nostro casu non negatur de Voluntate realiter intelligere chimericum, quod esset, si voluntas identificaretur virtualiter cum intelligere, sed negatur esse virtualiter intelligere reale, cum quo de facto non identificatur virtualiter.

29. Hæc doctrina paulo aliter explicatur: asserendo duplicem esse identitatem: scilicet absolutam, aliam etiam reduplicativam: consequenterque duplicem esse distinctionem; aliam negativam identitatis absolutam, & hæc vocatur negatio simpliciter, sufficitque ad distinctionem realem; aliam negationem identitatis reduplicativam, & hæc vocatur negatio non absoluta, & simpliciter talis, sed solum negatio præcisiua, insufficientisque ad distinctionem realem.

30. Hac ratione hæc propositio *intellectus intelligit* est vera: non præcise quia intellectus est id, quod intelligit; sed quia intellectus, quatenus intellectus est, id, quod intelligit, quæ reduplicatio, saltem sub intelligitur quando predicatum ponitur in concreto. Hæc autem propositio *voluntas intelligit* ex eo non est vera, quia licet voluntas sit id, quod intelligit; non tamen ut voluntas: quæ reduplicatio etiam intelligitur, quia ponitur predicatum in concreto. Ceterum huiusmodi reduplicatio semper se debet tenere ex parte verbi est, non autem ex parte subiecti, aut predicati; quia cum deus notet modum identitatis, & identitas significetur verbo est predicatum verbum afficere debet, ut modus identitatis significetur. Quæ

his ergo hæc identitas reduplicatiua intelligatur, quando ponitur prædicatum in concreto, non ideo est, quia se teneat ex parte prædicati, sed, quia eo modo ponendi prædicatum significatur diuersitas verbi: uti in hac propositione: *AntiChristus existit conditionate, sed, si ly conditionate*, quantumvis quo ad verba afficiat prædicatum; quoad sensum vero ex parte copulæ, seu verbi se tenet.

31 Hinc fit propositionem veram negativam in his propositionibus, quæ vel expressam, vel tacitam reduplicationem continent, posse componi cum identitate reali inter subiectum, & prædicatum: quia, cum prædicata negatio, non sit absoluta, sed præcisiua, non opponitur identitati reali absolutæ; sed tantum identitati reduplicatiuæ. Ea igitur prædicata, inter quæ virtualis distinctio intercedit, solum realem, non reduplicatiuam habent identitatem: consequenterque habent præcisiuam negationem (non autem absolutam) identitatis minime ad distinctionem realem sufficientem. At vero prædicata virtualiter eadem, & realem, & reduplicatiuam identitatem important: quare neque negationem præcisiuam habent identitatis.

32 Fit secundo; ex dictis contradictoria cõuenientia prædicatis distinctis virtualiter, & realiter identificatis, non esse contradictoria realiter absolute; sed solum realiter virtualiter, vel realiter reduplicatiuè: quia eo modo sunt contradictoria, quo negatur de vno, v.g. de voluntate, quod affirmatur de altero, scilicet de intellectu. Sed tantum negatur de Voluntate Diuina per negationem identitatis virtualis, seu reduplicatiuæ, quod affirmatur de intellectu diuino. Ergo solum sunt contradictoria realia virtualia.

33 Confirmatur, *Intelligere* solum quoad identitatẽ virtualem, seu reduplicatiuam, repugnat voluntati diuine, cum etiam quoad hanc virtualem, seu reduplicatiuam identitatem conueniat diuino intellectui. Ergo tota contradictio inter prædicata virtualiter solum distincta, est virtualis, seu reduplicatiua, non veto absolute, & simpliciter realis. Hoc non ita intelligendum est, vt cõtradictioni in ratione contradictionis mentalis aliquid deficiat: quia cõtradictio vt talis, seu affirmatio, & negatio sub eadem ratione, solum exposcit *Esse, & Non esse* in eadem ratione. Quare *esse virtualiter, & non esse virtualiter* adeo strictè cõtradictoriè mentaliter opponuntur, ac *esse realiter, & non esse realiter*. Solum ergo intendimus contradictionem esse virtualem, seu reduplicatiuam ex parte extremorum, quæ gerunt oppositionem; non vero, quod proprie, non negetur de vno, quod affirmetur de altero

sub eadem ratione.

C

SECT.

## SECT. IV.

*Colligitur ex dictis solutio præcipua difficultatis adversus  
mysterium.]*

34 **E**X hæc doctrina adhibetur solutio præcipua obiectioni: nõ  
quæ mysterij superet difficultatem; sed quæ, & decente  
loquendi modum doceat, & saltem ostendat hæc mysterium non ef-  
se contra rationem; sed supra rationis lumen attolli.

35 Ad primum ergo argumentum de eo, quod non possi-  
sint eidem rei convenire prædicata contradictoria. Respondeo hoc  
verum esse loquendo de eadem re, non solum realiter, sed etiam vir-  
tualiter eadem. Cumque Essentia ita realiter identificetur cum re-  
lationibus, ut virtualiter ab eis distinguatur: hinc deducitur posse  
de Essentia, & relationibus prædicata cõtradictoria verificari. Ex  
quo etiam colligitur illud principium: *Non possunt duo contradicto-  
ria de eadem realiter entitate verificari*: non esse uniuersaliter verum;  
sed intelligendum esse iuxta id, quod tota hæc sectione documus.  
Infra forsam magis hoc principium examinabimus.

36 Ad secundum argumentum deductum ex alio princi-  
pio: *Quæ sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se*: respondetur eõ-  
dem modo: hoc verum esse, si extrema sint eadem uni tertio identi-  
tate reali, & virtuali; non tamen necessario verum esse hoc princi-  
pium, si tantum sint eadem identitate reali; cumque relationes, liget  
identificentur realiter cum Essentia; non tamen identificentur  
virtualiter, & reduplicatiuè; sed potius ab Essentia virtualiter dis-  
tinguantur: hinc fit ab identitate extremorum cum vno tertio,  
nõ sumi efficax argumentum ad identitatem extremorum inter se.

37 Sed dices, Ergo violatur in mysterio Trinitatis for-  
ma syllogistica: quæ quidem nititur illi principio: *Quæ sunt eadem  
uni tertio, sunt eadem inter se*. Probat. In Trinitate non est hic bo-  
nus syllogismus. *Essentia est Filiatio. Paternitas est Essentia. Ergo  
Paternitas est Filiatio*. Sed hæc ponitur medium singulare, nempe  
*Essentia* identificata cum duplici extremitate: videlicet *Paterni-  
tate, & Filiatione*. Ergo in hoc syllogismo servatur forma syllogis-  
tica: & tamen non recte cõcludit. Ergo in Trinitatis mysterio for-  
ma syllogistica violatur.

38 Respondeo formam syllogisticam semper habere vim;  
recte explicetur. Ut autem melius percipiatur, animadvertendum  
est,

est, quod medium, si distributionis sit capax, debet omnino distribu-  
 bui: alioqui forma syllogistica non servabitur: quia medium mane-  
 bit indistributum. Ex quo fit, quod, ut rectus sit hic syllogismus:  
*Essentia est Filiatio. Paternitas est Essentia, &c.* debeat intelligi hoc  
 modo: *Omne, quod est Essentia, est Filiatio. Sed Paternitas est Essen-  
 tia. Ergo Paternitas est Filiatio.* Hic syllogismus recte concludit.  
 Maior autem est falsa: quando quidem non omne, quod est Essen-  
 tia, est Filiatio, ut patet in Paternitate, & Spiritatione.

39 Præterea potest responderi modo alio, quem supra  
 ostendimus: videlicet, quod, ut medium sit aptum ad concludendū,  
 debet esse idem cum extremitatibus: non quacūque identitate; sed  
 perfectissima identitate: hoc est identitate virtuali, & reduplicati-  
 va. Si autem solum identitate reali cum extremitatibus identifice-  
 tur, aptum non erit ad extremitatum convincendam identitatem:  
 quia cum identitate extremitatum in tertio componitur distinctio  
 mediij, & extremitatis cuiuslibet in alio tertio, nempe in alia extre-  
 mitate.

40 Longe difficilior instatur primum argumentum: quia vi-  
 detur susceptionem duplicis prædicati contradictorij requirere rea-  
 lem distinctionem, vel totum rationis lumen nos fallere. Sic igitur  
 pro sententia Scoti ponente distinctionem a parte rei inter ea, que  
 suscipiunt prædicata contradictoria, potest instrui argumentum.  
 Eadem claritate, qua constat, *quolibet esse, vel non esse* constat simi-  
 liter non posse idem realiter suscipere prædicata contradictoria.  
 Sed ita constat illud primum principium, ut nulla possit esse distinc-  
 tio virtualis, nec virtualitas aliqua, quo minus de quolibet ente ve-  
 rificetur illud principium, *quolibet est, vel non est.* Ergo nulla distinc-  
 tio virtualis obesse potest, quo minus verum sit etiam illud secun-  
 dum, videlicet *nulum ens reale suscipere, potest duo prædicata contra-  
 dictoria.* Minor est certa, & consequentia legitima. Maior vero, in  
 qua est difficultas probatur.

41 Duo prædicata contradictoria simul, est simul esse &  
 non esse idem. Sed eadem claritate, qua constat *quolibet esse, vel non esse,*  
 constat similiter, *nihil simul esse, & non esse.* Ergo eadem claritate, qua  
 constat, *quolibet esse, vel non esse* constat similiter, *nihil posse suscipere*  
*re duo prædicata contradictoria.* Maior est certa. Minor probatur.  
 Idem est formalissime, *non dari esse, vel non esse, ac dari esse, & non esse.*  
 Ergo eadem certitudine, qua repugnat realiter eidem entitati pri-  
 mum, repugnat secundū. Antecedens probatur. *Esse* est formaliter  
 defectus, *non essendi.* *Non esse* est formalissimus defectus *essendi.* Er-  
 go idem est formalissime, *deficere utrumque simul, ac simul*



utrumque existere. Ergo idem etiam erit formalissimè non deficere utrumque; ac non existere utrumque. Ergo idem erit *esse, vel non esse* (quod est non deficere utrumque) ac *non simul esse, & non esse* (quod est non existere utrumque) ac per consequens non verificatè duo contradictoria.

42 Hoc argumentum omnium mihi difficillimum est. Fæteor difficultatem; sed sua difficultate mihi suspectum est, quatenus non tam distinctionem Scoticam convincens, quam Trinitatis mysterium impugnans. Fatemur Catholici captiuantes intellectum in obsequium fidei componere Trinitatem personarum cum Dei unitate prorsus humanum captum superare: oriturque difficultas ex eo, quod idem realiter duo contradictoria suscipiat, v.g. Deus, in quo identificantur Essentia, & Paternitas, ita ut Essentia sit Filiatio, & Paternitas (quæ est eadem res cum Essentia) non sit Filiatio: unde falsa est hæc disiunctiua propositio: *Vel Paternitas est Filiatio, vel Essentia non est Filiatio*: quia propter eadem res neque est, neque non est Filiatio: quia Paternitas non est Filiatio: neque Essentia non est Filiatio: quæ est eadem res cum Paternitate.

43 Cæterum Scotus minimè potest hanc difficultatem subterfugere: quia, cum negare non possit Essentiam, & Paternitatem realiter identificari inter se, quamvis non identificentur formaliter, siue ex natura rebusimiliter negare non potest de eodem realiter (licet non formaliter) verificari prædicata contradictoria: consequenterque non quodlibet realiter tale, esse vel non esse aliquid. Ergo iam hoc principium. *Quodlibet est, vel non est*, etiam apud Scotum, non est omni vniuersalitate verum.

44 Igitur genuina huius argumenti solutio est negare verum esse vniuersaliter, non posse eandem rem beneficio distinctionis virtualis suscipere prædicata contradictoria. Ad probationem desumptam ex eo principio. *Quodlibet est, vel non est*. Respondeo: id verum esse de eadem entitate non solum realiter eadem, verum etiam, & virtualiter eadem. Si vero disiunctio fiat inter extrema, quæ virtualiter distinguantur, non est verum esse, vel non esse aliquid: quare falsa est hæc propositio. *Vel Paternitas est Filiatio, vel Essentia non est Filiatio*.

45 Aliter etiam respondeo prædicto argumento, explicando illud principium. *Quodlibet est, vel non est*. Dico hoc principium semper verum esse: ita tamen, ut termini in prædicta propositione debito modo accipiãtur. Debent ergo termini accipi modo contradictorio: modus autè contradictorius est, ut terminus in vna parte acci-

accipiatur disiunctiue, & in altera distributiue, & alicuius distribu-  
tionis, & disiunctionis capax sit: unde hæc propositio. *Vel Pater,  
nitas est Filiatio, vel essentia non est Filiatio*, vt vera sit secundum illud  
principium. *Quodlibet est, vel non est*, debet intelligi hoc modo. *Vel omne, quod est Paternitas, est Filiatio, vel aliquid, quod est Es-  
sentia, non est Filiatio*, vel mutata quantitate hac ratione: *Vel ali-  
quid, quod est Paternitas, est Filiatio, vel nihil identificatum cū Es-  
sentia est Filiatio*: quia termini capaces sunt huius distributionis. Si  
autem termini accipiantur hac ratione, semper vna ex propositioni-  
bus prædictæ disiunctionis erit vera, & consequenter propositio  
disiunctiua. Si vero non ita accipiantur termini, non erit ve-  
ra illa disiunctiua. Cæterum hoc non erit contra illud principium.  
*Quodlibet est, vel non est*: quia prædictum principium debet intelli-  
gi sumptis *Esse, & Non esse* contradictorio modo.

46 Aliter respondetur eidem principio: nempe vt illud  
sit verum, debere *Esse, & Non esse* applicari eidem, non solum reali-  
ter; sed obiectiue: hoc est de quolibet prædicato, seu de quolibet  
obiecto verificari, vel esse A. v.g. vel ipsum obiectum non solum rea-  
liter; sed obiectiue ipsum, non esse A. hoc enim solum est, quod lu-  
mine naturæ constat: nempe ex duplici propositione contradicto-  
ria, aliquam necessario esse veram: cum autem non sint propositio-  
nes contradictoriæ, nisi affirment, & negent de subiecto realiter, &  
obiectiue ipso: ideo illud principium: *quodlibet est, vel non est* solu-  
m est verum si *esse, & non esse* applicentur eidem realiter, & obiectiue.

47 Hoc ipsum constat ex modo loquendi: ita enim inferi-  
mus ex falsitate affirmationis veritatem negationis, vt seruentur  
omnino eidem termini v.g. *Negas Petrum esse Paulum. Ergo Pe-  
trus non est Paulus*. Si autem negata hac propositione *Petrus est  
Paulus*, inferas. *Ergo hic homo non est Paulus*, recurrendū tibi erit  
ad identitatem Petri cum hoc homine, & supposito, quod Petrus  
non sit Paulus, teneris vti illo principio. *Quidquid affirmatur, vel  
negatur de aliquo, debet affirmari, vel negari de eo, quod eum illo alio  
identificatur*. Quod principium non est vniuersaliter verum. Ecce  
quomodo principium illud. *Quodlibet est, vel non est* eatenus lumi-  
ne naturæ evidens est, quatenus quodlibet vel est aliquid, vel ipsum,  
accepto subiecto eodem prioris modo, non est illud aliquid.

48 Tertio, potest responderi illud principium eatenus  
verum esse, quatenus loquitur de existentia à parte rei; non vero  
vniuersaliter de quolibet prædicato. Ita, vt quælibet entitas realis  
vel existat à parte rei, vel ipsa entitas realis non existat à parte rei.  
In quo sensu semper verissimum est: & hac ratione frequenter acci-

pitur, quod idem est ac dicere. *Quolibet existit, vel non existit, ex quo principio nihil inferitur contra susceptionem duplicis predicati contradietorii non existentis.*

## SECT. VI

*Soluantur alia Scotistarum argumenta.]*

**O**bjiciant primo Scotista plures PP. asserentes dari in Deo plures perfectiones: attributaque diuina, ita se habere, vt vnum præstet aliquid alteri, & aliquid nouū addat. Hæc autem omnia in congruè explicarentur per nostrum modum accipiendi: siquidem PP. disputantes cum hæreticis parū curabant de nostro accipiendi modo: cum adeo exigui momēti sit rem hoc vel illo modo accipi, dum modo quid in re habeat affirmetur. Hæc pluralitas perfectionum traditur à Patribus, tum sub proprio nomine pluralitatis, tum, quia sæpe vtuntur particula: *Et* v.g. *Deus est sapiens, & potens*, quæ particula distinctionem, & pluralitatem significat.

50 Confirmatur ex D. Aug. lib. contra Maximinum cap. 10. in fine vbi ait, non obstare pluralitatem personarum simplicitati Dei, sicut non obstat attributorum pluralitas. Nec non ex eodem [Aug. 7. de Trinitate cap. 5. asserente, *non eo Pater, quo, Deus, nec eo Deus, quo Pater.* Ergo à parte rei aliqua est distinctio inter Deitatem, & Paternitatem.

51 Secundo confirmatur, ex Damasceno lib. de Fide cap. 4. vbi dicit. *Si dixeris Bonum, Iustum, &c. non naturæ Dei, sed quæ iuxta naturam sunt, dixeris.* Ergo Bonitas, & Iustitia Diuina, & idem est de reliquis attributis, secundum Damascenum distinguuntur ab Essentia Diuina. Ergo præter distinctionem personarum datur alia distinctio actualis a parte rei in diuinis. Plura alia congeriuntur ab Scotistis testimonia, quæ eundem sensum habent: ideo illa omitto, quia eadem ratione possunt explicari.

52 Respondeo advertendo prius particulam *Et* sæpius hinc non significare distinctionem extremorum, quæ cōiunguntur mentaliter media illa; sed solum, quod re vera datur id, quod illis duobus terminis significatur. Cum enim dicimus indiuiduum A, v.g. esse indiuiduum, & tale indiuiduum, non significamus distinctionem aliquam inter indiuiduum, & tale indiuiduum; sed solum, etiam apud Scotistas, denotare intendimus indiuiduum A v. g.

esse individuum determinatum: modo quo, quando enunciamus solum aliquid predicatum convenire alicui entitati, non precise negamus habere illud predicatum realiter distinctum, sed etiam significare intendimus, ita duntaxat habere illud predicatum, ut realiter non habeat, quod significatur alijs terminis: siue illud sit distinctum, siue indistinctum. V. g. propositis his terminis. *Misericordia, Iustitia*: qui diceret Deum solum habere Iustitiam, non negaret precise Deum habere Misericordiam realiter distinctam à Iustitia; sed negaret absolute Deum habere Misericordiam. Ita ab opposito, qui dicit Deum non solum habere Iustitiam; sed etiam Misericordiam, non ideo dicit habere Misericordiam distinctam à Iustitia; sed absolute affirmat Deum habere Misericordiam. Idem igitur, quod significatur particula *Et* cum dicitur Deus habere Iustitiam, & Misericordiam, significatur cum dicitur habere plura attributa.

53 Hinc ad argumentum in forma distinguo primum antecedens PP. asserunt dari plures perfectiones in Deo: sumpta pluralitate in strictissima significatione, nego: sumpta in minus stricta; nempe pro perfectionibus significatis pluribus nominibus: concedo: hoc enim duntaxat intendunt PP. nempe asserere, & stabilire verè dici de Deo, quod sit Iustus, quod sit Misericors, &c. Vltteriusque Misericordiam non satis explicari dum dicitur Iustitia: ita ut solum sit verum, quod Deus sit Iustus. Quod autem Misericordia sit, vsq; non sit distincta à Iustitia, non est necessarium ad Patrum intentum. Hæc doctrina confirmatur ex ipso modo loquendi: nam vera est hæc propositio *Deus est realiter Iustus; & realiter est Misericors*: & tamen inter Iustitiam, & Misericordiam, non datur apud Scotistas realis distinctio; sed solum ex natura rei.

54 Ad primam confirmationem respondeo cum P. Quiros tom. 1. in 1. p. tractat. 2. disp. 14. sect. 6. Maximum, quem refellebat Augustinus, adstruere in Deo multipliciter, & distinctionem realem perfectionum: quo componebat Deum esse simplicem, minimèque ex partibus compositum. Optimè ergo arguebat Augustinus ex concessis in hunc modum. Postest iuxta tuam sententiam vera, & realis multiplicitas, & pluralitas attributorum salvari absque simplicitatis præiudicio. Ergo, & personarum Trinitas cum Dei simplicitate componi. Hanc fuisse mentem Augustini satis clarè colligitur ex ipsius verbis: nam tom. 6. libr. 3. contra Maximinum capit. 10. circa finem hæc habet: *Si dixeris partes sunt* (loquitur cum Maximino admittente

plures perfectiones in Patre) *vnus ergo Deum compositum dicitur. Non dico (inquis). Non sunt ergo partes. & tamen quatuor sunt (nō pe. Bonitas, Sapientia, Clementia, & Potentia, quas prēmiserat) & virtus vna est, eademque simplex est. Si ergo in vna Patris persona, & plura inuenis quanto magis Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & propter indiuiduam Trinitatem vnus Deus, & propter vnius cuiusque proprietatem tres persone sunt.*

55 Ex quibus constat Augustini argumentum solum esse à paritate deducta ex sententia ipsius Maximini. Nec alia ratio; ne congruum argumentum esset: cum enim ita distinguantur persone, vt vna absolutē non sit alia; non tamen ita distinguantur Bonitas, & Sapientia, vt absolutē, & simpliciter vna non sit alia, sed potius verē, & realiter identificentur: inepte argueret Augustinus à multiplicitate attributorum componibili cum simplicitate Dei ad multiplicitem personarum: esset enim argumentum à minore ad maius, quod non decet eximiam Augustini mentem.

56 Ad secundam confirmationem respondeo: hunc modū loquendi: *ex eo aliquid est A. quod est B. aliter, & aliter accipi. In nostro autem casu accipitur strictē, & rigorosē, quatenus significat rationem formalem ad aequatam: ita vt sensus sit. Eo ipso quod sit A. erit B. & eo ipso quod sit B. erit A.* cum autem non eo ipso, quod sit Deus, sit Pater, cum Filius sit Deus, & non sit Pater: neque verū sit non posse aliquam personam esse Deum, quin sit Pater propter eandem rationem: hinc sit verissimē dici ab August. *non eo Pater, quo Deus, nec eo Deus, quo Pater:* ad hoc enim non requiritur distinctio realis, sed sufficit virtualis: quia id sufficit, quod requiritur vt aliqua persona sit Deus, & non sit Pater, cum tamen Deus cum omnibus personis identificetur. Itaque in hac propositione. *Eo Deus, quo Pater,* nō solum affirmatur identitas inter Deum, & Patrem; sed etiam identitas excludens distinctionem in tertio: hoc est identitas talis naturæ, vt identificet realiter cum Patre quidquid identificat cum Deo: quæ identitas nō datur: ideoque est falsa prædicta propositio, & vera eius contradictoria.

57 Ad tertiam confirmationem ex Damasceno: respondeo: eum non loqui in sensu reali; sed nostro modo concipiendi, ea ratione, qua attributa diuina dicuntur proprietates Diuinæ Essentia, cum certum sit proprietates in rigore non esse, nec vere consequi Essentiam.

58 Respondeo secundo: admissis præcisionibus obiectiuis, verissimē absque distinctione aliquis à parte rei posse dici. *Si dixeris Iustum, non dicitur Essentiam; sed attributum: quia cum hæc præ-*  
di-

Dicatur quantumvis realiter identificata, valeant obiectivè præscindendi, dictio, seu affirmatio unius, nõ est dictio seu affirmatio alterius: non quis, quando dicitur *Iustitia*, Essentia non sit realiter id, quod dicitur; sed, quia non dicitur: modo quo, apud præscindētes obiectivè inter *animal*, & *rationalē*, rationale non cognoscitur; & tamen est id, quod cognoscitur.

59 Obijciunt secundo Sapiencia re ipsa, & obiectivè loquendo, non est formaliter Bonitas. Ergo ubi ob infinitatem hæc duæ rationes realiter identificentur, servabunt distinctionem formalem, quam ex se ipsis, & ex proprio conceptu habent. Ergo longe potiori iure Essentia, & Paternitas formaliter distinguētur ab illa que realis identitatis præiudicio. Consequentiam probat Scotus: quia, si Sapiencia in se, & formaliter non est Bonitas, quantumvis infinitetur, manebit distincta à Bonitate: quemadmodum, quia *Producentis* est distinctum in suo conceptu à *Producto* ubicumque dantur *Producentis*, & *Productum* realiter distinguuntur. Antecedens autem probatur: tum ex diversa definitione eorum, quia, si Bonitas non distingueretur formaliter à Sapiencia, formaliter identificarentur, quod falsum est: quia, si formaliter identificarentur, ubicumque reperiretur Sapiencia inveniretur Bonitas, & e contra. Sed potest in aliquo subiecto inveniri Bonitas, quin Sapiencia inveniat, & e contra. Ergo non identificantur formaliter. Ergo una formalitas nõ est alia. Ergo formaliter distinguuntur.

60 Respondeo Sapienciam, & Bonitatē realiter, & à parte rei acceptas, non esse Sapienciam, & Bonitatē secundum se prout secundum se præscindit ab hac, & illa Sapiencia, ab hac, & illa Bonitate, sed esse secundum se, id est secundum id, quod à parte rei habet; hanc, & illam Sapienciam, hanc, & illam Bonitatem. Ceterum à parte rei aliqua bonitas identificatur cum Sapiencia, alia vero distinguitur à Sapiencia realiter: ideo realiter, & ex parte rerum loquendo, non est Bonitas à parte rei secundum se præscindēs, sed sunt plures bonitates, quarum una distincta; alia vero in distincta est à Sapiencia. Quam obrem, vel ibi loquimur de omni Sapiencia distributivè accepta: & hæc ratione nec omnis distinguitur à Bonitate, nec omnis cum Bonitate identificatur. Vel loquimur de Sapiencia aliqua vagè sumpta: & in hoc sensu aliqua est distincta à Bonitate, aliqua cum Bonitate identificata; ex quo nulla inferitur distinctio formalis à parte rei.

61 Aliter potest accipi Sapiencia secundum se: id est in mente, & prout subiacet huic expressioni *Sapiencia* prout autem sic accepta, nec est positivè intencionaliter distincta à Bonitate, nec po-

sicue cum illa identificata; sed præscindit à distinctione, & identitate: qua propter non dicit formaliter distinctionem aliquam. Id, quod dicitur de diuersis definitionibus, parum roboris habet: definitiones enim formales possunt esse; & sepius sunt diuersæ ex eo solam, quod obiectum possit diuersimode apparere intellectui: quia, cum definitio sit explicatio rei, prout subiacerit alicui conceptui seu termino, & diuersis terminis possit res subiacerere: inde fit posse aliter, & aliter defini. Paritas desumpta ex his conceptibus *Prodúcere*, & *Producere*, non urget: quia de conceptu *producentis* est ponere terminum distinctum à se, cum nihil se ipsum producere valeat. At vero *Bonitas* non dicit in suo conceptu formali distingui à *Sapientia*.

62 Obijciunt tertio. Deus cognoscit res, ut sunt in se. Sed Deus cognoscit distinctionem, pluralitatem, & multitudinem in formalitatibus realiter identificatis, videlicet in attributis Diuinis. Ergo datur distinctio à parte rei, & ex natura rei inter extrema realiter identificata. Maior est certa, & consequentia legitima. Minor probatur. Deus cognoscit de se non habere unicam, sed plures perfectiones: cognoscit item convenire in aliquo cum creatura, & in aliquo non convenire. Ergo cognoscit in se unum, & aliud.

63 Respondeo ex supra dictis Deum cognoscere se habere plures perfectiones pluralitate consistente in existentia perfectionum, quæ significantur pluribus nominibus; non vero pluralitate, quæ sit distinctio perfectionum in se. Habet quidem Deus plura attributa, prout pluralitas excludit negationem cuiuslibet attributi: non vero prout pluralitas dicit veram multitudinem, ut diximus in precedentibus. Ad id, quod additur de convenientia Dei cum creatura in *Infitia*, v.g. & non in *Infitate*: respondeo non esse duplicem conceptum, unum, in quo conveniat, & alterum, in quo non conveniat, sed convenire in utroque conceptu, non convenientia omnimoda, sed convenientia minus perfecta in ratione convenientiæ: quatenus possit Deus confundi cum creatura sub expressione *Infiti*, & non sub expressione *Infitati*.

## SECT. VI.

*Satisfit argumentis distinctionem purè virtuales impugnantibus.*

64 **D**istinctio virtualis fundata in reali distinctione in tertio est tantum pariter argumenta, quæ contendunt probare aliamquam

quam distinctionem à parte rei inter Essentiam; & Paternitatem; necnon inter attributa intercedere: cumque argumenta huius generis ab Scottis, & ab alijs ex cogitata, solverimus, restant solvenda argumenta, quæ contra distinctionem purè virtuales obijciuntur: sicut enim Trinitatis mysterium absque hac distinctione purè virtuali defendi possit; cum tamen eam nos ad constitutionem decreti liberi, & ad alias difficultates Theologicas explanandas, necessarium ducamus, placet hic argumenta adversus eam dissolvere: quod etiam obtinebimus, ut nihil ad distinctionem virtuales spectans desideretur.

65 Obijcies 1. Vbi nulla distinctio realis, neque in se, neque in tertio est, nequit dari similtas duplicis prædicati cõtradiçtorij: Ergo *intelligere*, & *non intelligere*, v.g. nullam distinctionem realem in tertio adhuc habentia, non poterunt simul in eadem entitate reperiri. Consequentia est bona. Antecedens probatur. Neque ut prædicata cõtradiçtoria inter se realiter identificari. Ergo vbi nulla datur distinctio realis neque in se, neq; in tertio, nequit dari similtas duplicis prædicati cõtradiçtorij. Ergo *realiter intelligere*, & *realiter non intelligere* absque distinctione reali in tertio nequeunt reperiri: consequenterque, neque poterunt esse simul veræ hæ duæ propositiones. *Intellectus intelligit: voluntas, non intelligit* quædo quidem inter intellectum, & voluntatem nulla datur, adhuc in tertio, distinctio à parte rei.

66 Respondeo (admissa cõtradiçtione prædicatorum inter intellectum, & voluntatè *D-i*) *intelligere*, quod affirmatur de intellectu, & *non intelligere*, quod enuntiat de voluntate in sensu reali virtuali, identificari realiter inter se absque vilo prorsus incõmodo: quia, licet sint prædicata cõtradiçtoria; sunt tamè in sensu virtuali; non tamen in sensu reali: implicatio autem non est, ea, quæ virtualiter distinguuntur, & opponuntur: realiter non opponi, & identificari. Nec nos terrere debet, quod absolute cõtradiçtoria sint: quia nõ sunt veritates cõtradiçtoriae (si enim ita essent, nõ solùm identificari; verùm neque existentes dari valerent) sed prædicata cõtradiçtoria, quæ solùm dicunt incõpossibilitatè ea ratione, qua applicatur eidè subiecto. Cũ igitur, licet affirmatio sit in sensu reali, & virtuali, negatio vero nõ neget utrũque sensum distributivè; sed solùm unum, vel alterum, & ad hoc sufficiat nõ convenire virtualiter: ideo virtualiter, & reduplicativè nõ possunt identificari; secus præcisè realiter.

67 Obijcies 2. Vbi datur aliquid existere in rerum natura, & tamen non cõvenire illi aliquod prædicatum, datur distinctio realis inter illud, quod existit, & prædicatũ, quod illi non cõvenit.



Sed hoc prædicatum *intelligere realiter* non convenit voluntati re vera existenti. Ergo distinguuntur *realiter*. Maior, in qua est difficultas, probatur. Existere aliquid *realiter*, & non identificari *realiter* cum alio, est *realiter* distingui ab illo alio. Ergo ubi datur hoc, datur distinctio realis.

68 Respondeo: quod, si aliquid existat v.g. A, & non identificetur cum alio; nempe B, distinguitur ea ipsa ratione à B; nego tamen voluntatem divinam non identificari *realiter* cum *intelligere* re quia, licet de voluntate negetur *intelligere*, non negatur per negationem oppositam identitati *reali*; sed identitati *virtuali*, seu reduplicativæ: negatur enim non identitas *realis*, quæ sufficit ut voluntas divina sit id, quod intelligit; sed reduplicativa, seu *virtualis*, quæ requiritur, ut voluntas intelligat, seu quatenus voluntas, sit id, quod intelligit.

69 Obijcies. Omnis contradictio prædicatorum arguit distinctionem realem. Ergo contradictio prædicatorum nequit cum sola distinctione *virtuali* componi. Antecedens probatur. Aliqua contradictio prædicatorum arguit distinctionem realem. Ergo omnis.

70 Respondeo negando omnem contradictionem prædicatorum arguere distinctionem realem, ut patet inter Essentiam, & Paternitatem; quibus convenire prædicata contradictoria videtur non posse ea *holicè* negari. Deinde certum est aliquam contradictionem arguere distinctionem v.g. *absolutè existere: absolutè non existere: produci, & non produci*: impossibile enim est aliquid esse existere simpliciter, & non simpliciter existere; & impossibile similiter aliquid producere se ipsum. Distinctio igitur inter hæc prædicata non provenit præcisè ex contradictione, sed ex natura prædicatorum, inter quæ versatur contradictio. Quæ autem regula sit observanda, ut hæc prædicata contradictorie opposita arguant distinctionem; secus illa, colligenda est, tum ex communi Philosophorum consensu, tum ex distinctionibus conciliorum, & ex modo arguendi, quo Ecclesiæ Patres utuntur ad probandam distinctionem realem personarum. Vnum autem certum esse debet: scilicet, non omnem contradictionem arguere distinctionem subiectorum, quibus conveniunt ut patet in *Essentia, & Paternitate*, quibus conveniunt prædicata contradictoria, & nihilominus inter se identificantur. Nec mihi videtur in congruè P. Lince designare tria genera prædicatorum sibi contradictorium, quæ distinctionem realem inenitabiliter inferant. Videlicet *Produci, & Non produci. Existere, & Non existere. Esse intrinsecum, & Non esse intrinsecum*. Ex quibus

tertium genus, ita intelligendum est, ut id, quod nullo modo, est intrinsecum alicui, v. g. entitati A. realiter distinguatur ab entitate A, cum entitas A. sibi intrinseca sit.

71 Obijcies 4. Distinctio purè virtualis nullo modo, nisi solis vocibus differt à distinctione ex natura rei Scotica. Sed distinctionem ex natura rei, ut ex conceptu suo impossibilem rejecimus. Ergo neque virtuales admittere debemus.

72 Respondeo distinctionem utramque admittere prædicata cōtradictoria. Si autem nihil aliud addat distinctio Scotica, dicam repugnantem non esse. Si vero ultra hanc susceptionem duplicis prædicati contradictorij, ulterius asserant Scotistæ distinctionem ex natura rei esse veram distinctionem à parte rei absque vlla limitatione, sufficientē que, ut sine restrictione possit negari unū de altero in abstracto: tunc asseram prædictam distinctionē repugnantem: cum igitur Scotistæ aliquid aliud velint præter nostram distinctionem virtuales, ideo distinctionem ex natura rei, prout ab ipsis explicatam rejicio, secus vero prout cum distinctione virtuali intrinseca convertitur. Videantur superius dicta.

73 Obijcies 5. Datur talis distinctio independēter ab omni operatione intellectus. Ergo est distinctio realis. Ergo non solū virtualis. Respondeo eam dari à parte rei improprie: ac proinde esse realem distinctionem impropria, modo, quo homo pictus à parte rei est improprius homo.

74 Obijcies 6. Oppositio cōtradictoria est maxima omnium oppositionum. Sed, si aliqua distinctio arguit distinctionē realem, præcipue quæ est omnium maxima. Ergo, si aliqua oppositio arguit distinctionem, maximè oppositio contradictoria.

75 Verum in primis sunt, qui oppositionem contradictoriam maximam esse negent, & contrariam maiorem esse existimant. Deinde transeat oppositioem contradictoriam omnium maximam esse. Cæterum id genericè intelligēdum est: quia videlicet inter genera oppositionum, præcipuū, & magis rigorosum est illud, quod contradictionem importat; non tamen est omnis oppositio contradictoria specificè summam inter genera oppositionis contradictoriæ datur latitudo, vnaque contradictio est maior altera: sicut; tameti genus substantiæ, v. g. sit supremum, in eo tamen reperitur inæqualitas, & ut aiunt, magis, & minus, vnaque substantia maior altera.

76 Obijcies 7. Vnum de se ipso negari nequit, si utrūque non solum realiter, verum virtualiter, & ratione nostra, sit idem. At concessa distinctione virtuali idem de se ipso non realiter tantum, sed

sed, & virtualiter ipso, verè negari poterit. Ergo talis distinctio est recipienda. Minor probatur. In sententia distinctionem virtua- lem admittente *intelligens non intelligit*. Ergo concessa distinctio- ne virtuali, idem de se ipso, non realiter tantum, sed etiam virtua- liter ipso, verè negari poterit. Antecedens probatur. Voluntas, quæ realiter est id, quod intelligit, realiter non intelligit. Ergo *in- telligens non intelligit*.

77 Respondeo: in his, & similibus propositionibus, aliter sumi subiectum, & predicatum: nam subiectum sumitur in abstra- cto, & quoad entitatem; predicatum vero in concreto, & quoad de- nominationem; & inter subiectum, & predicatū diverso modo ac- ceptum, licet sub eadem voce, intercedere distinctionem virtua- lem: nam ex parte subiecti ponitur *intelligens*: id est id, quod tantū rea- liter identificatur cum entitate intelligente (non vero, quod virtua- liter, & reduplicatiuè identificatur) quæ ratio ita identificata est voluntas: ac proinde ibi *intelligens*, non sumitur in concreto, sed in abstracto: nō quoad denominationem, sed quoad entitatem. Ac vero cum negatur illi *intelligere*, negatur illi *intelligens* acceptum in concreto, & quoad denominationem: quod est idem, ac dicere, aliquid identificari realiter cum *intelligente*, quod non identifica- tur cum eo virtualiter, & reduplicatiuè. Deinde respondeo: falsam esse illam propositionem. *Intelligens non intelligit*, quia, licet pos- sit, & debeat dici voluntatem esse id, quod intelligit, seu quod est in- telligens, non tamen potest dici absolutè *intelligens*: quia *intelligens* ex modo significandi, significat in concreto, & nō in abstracto. Unde inferitur non esse rectum hunc syllogismum: *Intellectus est intel- ligens. Voluntas est intellectus. Ergo voluntas est intelligens*: solum namque inferitur voluntatem esse id, quod intelligit; & esse id, quod est intelligens: quia hac ratione solum significatur identitas realis; illo vero virtualis.

78 Obijciens 8. & vitimo. Omnes distinctio, quæ sufficit, ut vnum negetur absolutè de alio, est maior distinctio virtuali. Sed distinctio, quæ à nobis ponitur, sufficit, ut absolutè negetur de voluntate hoc predicatum *intelligit*. Ergo distinctio, quæ interce- dit inter voluntatem, & predicatum *intelligit*, est maior distinctio- ne virtuali. Consequentia est bona, & minor certam absolutè di- cimus, *voluntas non intelligit*: imò eo tendit distinctio virtualis, ut eius beneficio huius propositionis veritas absque identitatis rea- lis præiudicio stare valeat. Maior, in qua est difficultas, probatur. Ex eo non possumus verè dicere, *Essentia Diuina non est Paternitas*: quia non intercedit distinctio maior distinctio- ne virtuali in-

ter Essentiam, & Paternitatem. Ergo distinctio sufficiens ad verificandam propositionem absolute negatiuam, debet esse maior distinctione virtuali.

79 Respondeo propositionem negantem prædicatum de subiecto, acceptis subiecto, & prædicato in abstracto, negare identitatem realem; quia hæc sola significatur per verbum *Est* quando extrema in abstracto accipiuntur. At vero quando in concreto, sufficit negari identitatem virtualem, & reduplicatiuam; quia hæc in super significatur per verbū *est* in prædictis propositionibus. Hinc oritur illam propositionem. *Essentia non est Paternitas* falsam esse; quia subiectum, & prædicatū in abstracto accipiuntur, tuncque negatio destruit identitatem realem. At vero hæc propositio *voluntas non intelligit* vera est, sola distinctione virtuali intercedente; quia sufficit hanc solam destrui per negationem prædicati accepti in concreto.

80 Hinc ad argumentum in forma: distinguo maiorem claritatis gratia. Quælibet distinctio, quæ sufficit, vt vnum sumptum in abstracto negetur de alio, est maior distinctione virtuali, concedo: vt vnum sumptum in concreto negetur de alio: nego maiorem: cum enim affirmatio in concreto, non solum affirmet identitatem realem; verum, & virtualem, & reduplicatiuam: hinc fit negationem prædicati in concreto de subiecto, non negare identitatem realem determinatè, sed præcisè, quod prædicatum identificetur cum subiecto realiter, & virtualiter simul; ad quod sufficit virtualiter non identificari. Deinde similiter distinguo minorem. Distinctio, quæ à nobis ponitur, sufficit ad verificandum absolute vnum non esse aliud, in concreto, concedo; in abstracto, nego, & nego consequentiam.

## SECTIO VLTIMA.

*De modo loquendi circa vnitatem Essentia, & distinctionem Personarum.*

81 **P**RO decisione plurium dubiorum, quæ in hac materia esse possunt, nonnullæ regulæ observandæ sunt.

82 Prima regula, quæ in hac materia potissima est, præscribit in his concretis substantialibus, *Deus, Suppositum, Persona, & similibus*, licet vtrumque extremum, videlicet, *Essentia,*

& *Personalitas* significantur in recto; quamlibet tamen significātionem, aut determinationem cadere supra extremum expresse significatum. Ideo *triplex Deus*, significat triplicem Deitatem; seu *habens* triplicem Deitatem. *Triplex vero suppositum*, seu *triplex persona* significat, *triplicem subsistentiam*, seu triplicem personalitatem, siue *habens tres personalitates*, & hæc est ratio cur in diuinis sint tres personæ: non vero tres *Dij*, sed vnus tantum *Deus*. Similiter: *Hic Deus* designat hanc Deitatem, quam obrem hæc proposito vera est. *Hic Deus, est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus*, quia Pater Filius, & Spiritus Sanctus habent hanc Deitatem. Cæterum hoc ipsum vltterius magis explicabitur, dum de *Subsistentia* cōmuni instituat quæstio.

83 Secunda regula est: hæc pro nomina *Idem*, & *Alius* ex communi Patrum acceptione masculinè acceptæ, personas significare, neutraliter vero, Essentiam, prout à Personalitatibus distinctā. Cæterum, quando hoc pronomen *idem* absolurè profertur, quin ei particula aliqua adiungatur, vti cuius determinetur an neutraliter, vel masculinè, accipiatur erit loquutio ambigua. Ex hac regula inferitur.

84 Prius quod Pater sit *alius* à Filio, non vero *aliud*, quia esse *alium* est esse suppositum distinctum, seu Personā distinctam: esse vero *aliud* denotat habere distinctam Essentiam. Cum ergo Pater sit distincta Persona à Filio, non vero habeat distinctam Essentiam: ideo Pater est *Alius*, non vero *aliud* à Filio.

85 Secundo inferitur posse absolurè dici, quod *Pater, & Filius sunt idem* ipsum: quia ly *Idem* accipitur neutraliter vti alterius particule *Ipsum*, & in hac acceptione significatur Essentia vnitas; non Personarum identitas. In hac ratione loquutus fuit Guidmundus in quadam confessione Trinitatis, quæ extat in 6. tom. Biblioth. per hæc eadem verba. *Pater, & Filius sunt idem ipsum*, & ob eandem rationem admittenda est hæc propositio: *Pater est idem, quod Filius*, vt eam admittunt Ambrosius vbi supra, & Augustinus 11. de Civitat. cap. 10. Nam ibi *idem* ratione illius particule, *quod* accipitur neutraliter in qua acceptione solum significat identitatem Essentiz. At vero hæc loquutio *Pater, & Filius sunt idem*, vitanda est iuxta Athanas. Dialag. 3. de Trinitat. & Iulianum in expositione Fidei, vel quia est ambigua, vel quia *idem* immediatè adiunctum Personis videtur masculinè significare.

86 Hinc etiam inferitur, non solum esse veram hanc loquutionem: *Pater, & Filius sunt idem Deus*; verum etiam hanc, *Pater*  
est

est idem Deus, qui Filius, quamvis de illa nonnulli dubitent, ut videre est in commentarijs Boetij de Trinit. qui nomine Bedæ habentur in 8. tom. operum eiusdem Bedæ. Est inquam vera ea loquutio: quia particula qui refertur manifestè ad Deum: & idco ea loquutio reddit hunc sensum, *Pater est idem Deus, qui Deus est Filius, vel cum quo Deo identificatur Filius.*

87 Cæterum hæc loquutio *Pater est idem qui Filius* rejicienda est cum Achanas. in dialog. 1. contra Anomæos: & Ambros. 1. de Fide cap. 2. Cuius ratio est, quia illud relatiuum qui refertur in ea propositione Personam Patris, qua talis est: & ideo ea propositio sonat personam Patris esse Personam Filij. Et ob eandem rationem similiter rejicienda est hæc propositio *Deus Pater est Deus Filius*: quia non solum sonat Patrem, & Filium esse eundem Deum, verum etiam enunciat totum subiectum, nempe Deum Patrem identificari cum toto predicato, nempe cum *Deo Filio*, qua propter prædicta propositio enunciat personam Patris esse Personam Filij. Denique hæc loquutio *Pater est Deus, & idem Deus est Filius*, videtur aliquibus ambigua: quia videtur Filius prædicari, non solum de Deo, sed de Deo Patre indiuisim accepto. Sed immerito: quia particula *idem* afficiens terminum *Deus* clare denotat ibi solum affirmari Filium de Deo, qui Deus est Pater: minime vero affirmari de Patre. Quam ob rem ea loquutio absolute, & sine restrictione videtur mihi admittenda.

88 Tercia regula est aliqui sunt termini, qui in communi acceptione excludunt multipliciter personarum, alij vero, qui solum excludunt multipliciter Deorum, licet iuxta regulas purè grammaticales videantur inter se æquivalentes, ideo admittendi sunt hi, illi vero vitandi. Ita se habeat hi termini, *unicus, singularis, & solitarius*. Ex quibus *unicus Deus, & singularis Deus* significant idem quod *vnus Deus*. At vero *Deus solitarius*, videtur significare exclusionem personarum. Idcirco quod Trinitas sit vnicus, & singularis Deus, & hac ratione potissimum loqui docet Suarez 4. de Trinit. cap. 13. numer. 4. licet fateatur non plene admittere hanc loquutionem, cum Diu Thomam 1. p. quaest. 37. artic. 4. tom. Diuum Bonaventuræ in 1. disp. 21. artic. 2. quaest. 1. Quibus videtur fauere Hilarius 7. de Trinit. in fine. Rationem vero, cui nititur Suarez ad admittendas illas loquutiones desumpsit ex Durando in 1. dist. 9. cap. 1. videlicet, quia non plus significat *unicus*, quam *vnus tantum*: nam hoc sensu dicitur *unicus Pater, vnica Deitas*. Vnde quando dicitur *unicus Deus, ly vnicus cadit in Deum formaliter quatenus est Deus*

& ideo solam excludit consortium Deorum, non Personarum.

89 Similiter dum Deus dicitur *Deus singularis*, solum excludit ut vniuersalitas in ratione Dei: quia *singulare*, iuxta communem acceptionem *vniversali* opponitur, & idem significat quod *unum numero*. Iuxta quam acceptionem Anselmus de Incarnatione Verbitap. 3. Trinitatem vocat *unum numero Deum*, & Lactantius lib. 4. cap. 29. circa finem vocat *singularem Deum*, & Sophronius in sua epistola ad, 11. 6. Synodi vocat Deitatis vnitatem *singularem*.

90 Ad auctoritates Patrem, qui videntur negare predictas loquutiones, inter quos Leo Papa serm. 2. Pentecost. dum ait. *In Deitate neque singularitas est, neque diuersitas*: respondendum est cum Suarez loco citato PP. accepisse singularitatem, & vnitatem pro incommunicabilitate tamen vera & iuxta proprietatem sermonis *singulare*, & *unicum* solum significare vnum numero ea ratione, in qua *unicum* dicitur, & *singulare*.

91 Aliter sent edum est de hac voce *Solitarius*: quæ quidem ex magis vilitate acceptione societate in personarum excludere videtur. Quam ob rem illam de Deo dici posse negant Hylarius supra, & lib. 4. de Trinitate August. 6. de Trinitate. capit. 6. & 7. Tum denique expressius Concilium Toletanum 6. in confesse Fidei. Etenim hæc vox *Solitarius* videtur illam solitudinem explicare, quæ omnino excludat mutuum amorem alloquutionem omnemque personarum societatem.

92 Magis dubia, & anceps videtur esse hæc vox *unitum* & *coniunctum*: quæ propter dubium est: an tres personæ Trinitatis possint dici *unitæ Deitati*, vel *in Deitate*, vel *coniunctæ*. Dicendum ergo est tres personas non dicendas esse Deitati vnitæ, sed vnitæ in Deitate: nec absolutè dicendum esse Deum *unitum*; sed *unum*; quia vnio versatur inter distincta: cumque personæ non distinguantur ab essentia, id circo non dicendæ sunt vnitæ Deitati, sed vnitæ inter se Deitate: quia Deitas, quæ identificatur cum personis, est earum vinculum, non per alligationem, sed per identitatem in tertio, nempe in ipsa essentia: cumque Deitas, secundum quam forma liter tota Trinitas dicitur Deus, à nullâ persona distinguatur; ideo non dicitur Trinitas *Deus vnus*, sed tres persona *unitæ in Deitate*.

93 Quarta regula est. Aliqui sunt termini, qui solum distinctionem personarum significant; alij vero qui solent significare non solum distinctionem, verum etiam talem distinctionis modum

& in his posterioribus considerandus est prædictus distinctionis modus: an in Trinitate reperiat, vel non reperiat, & semper æquiuocatio quælibet præuenda erit. Prioris generis voces significantes solum distinctionem, quin vlla suspitio sub esse possit, sunt *distingui vnã personam ab alia*, & etiam *vnã personam non esse realiter aliam*. Vnde fit absolute dicendum esse personas distinctas realiter, vnãque personam non esse realiter aliam. Posterioris generis voces, in quibus solet esse dubium, sunt. *Differentia Diuersitas, & Diuisio* de quibus breuiter nostrum iudicium feremus.

44 Dubitatur ergo primò an vna persona *Differat* ab alia? Hanc loquutionem non plene admittit, sed suspectã reputat D. Thom. 1. p. quæst. 31. art. 2. sequutus Hylarium 4. de Trinitate. cuius ratio est: quia ead cunctur *differre*, quæ distinctionem habent formam. Cum ergo personæ nullam aliam habeant formam præter essentiam, & hæc non distinguatur in personis: ideo videtur non posse absolute dici vnã personam ab altera *differre*.

95 Nihilominus prædicta loquutio in pluribus Patribus inuenitur: nam reperitur in Gregor. Nazianz. oration. 35. Iustino in expositione fidei, Ansthatio Synaita in lib. 1. de fidei dogmatibus circa principium, Damasceno lib. 1. de fide cap. 10. & sequentibus, Ricardo de Sancto Victore lib. 4. de Trinitate cap. 20. & lib. 5. cap. 1. Eamque loquutionem admittit Magister in 1. dist. 24. quem sequitur Aletis 1. p. quæst. 44.

Censeo igitur cum Suarez lib. 1. de Trinitate cap. 13. in trislogio loquendo veram esse eam loquutionem: quia *differre* in vltimissimo modo loquendi accipitur pro distinguere: nihilominus consultius erit hac loquutione absolute non vti, sed cum addito, nimirum asserendo personas diuinas inter se *differre personaliter*: quod tolletur omnis æquiuocatio.

96 Circa vocem *diuersitatis* maior difficultas est: quia communius accipitur pro distinctione formarum. Idcirco negat vnã personam dici *diuersam* ab alia D. Thom. loco iam citato Hylarius vbi supra. Augustinus 7 de Trinitate cap. vltimo. Fulgentius lib. 3. ad Trasimundum cap. 6. Lactantius lib. 4. diuina institutionum cap. 29. tamet si multoties *diuersitas* idem sonat, ac *distinctio*, iuxta quam acceptionem has duas voces *distinctio*, & *diuersitas* synonymas reputamus.

97 Vox *diuisio* vitanda, est quia videtur sonare partitionem totius. Similiterque cauenda est vox *separationis*: quia non tantum *id est alii*, verum etiã *coniunctioni* opponitur. Non idem iudico de his vocibus *seccerni*, & *discerni* quia iuxta comunem vsu solũ distinctionem



significant. Sic Conciliū Lateranense in cap. *Firmiter* de summa Trinitate personas vocat *discretas*: necnon Concilium Toletanum 1. & in confessionibus fidei, & Ricardus de Sancto Victore supra cap. 15. & Lactantius, vbi supra, dicit vnam personam *secerni* ab alia.

98 Restat vltimum dubium circa, has voces: *Trinus*, *Trinitas*, *triplex*, & *triplicitas*. Et in primis certissimum est Deum appellari *Trinitatem*, & etiam *Trinum*, non solum addendo *in personis*, sed absolute, & sine adlito. Nam *Deus est Trinus*, & *vnus* receptissima loquutio est in Ecclesia Catholica. Similiter certum est non posse dici quod *Deus est triplex*, aut *multiplex*.

99 Ita docet copiose Augustin. lib. 6. de Trinit. cap. 6. 7. & 8. & lib. 15. de Trinitat. cap. 3. ante medium, & sermon. 38. de tempore in medio Augustinum imitatur Concilium Toletanum vndecimum in professione fidei colum. 2. & multo prius idem docuerat Clemens Romanus constitutionum Apostolorum lib. 6. cap. 11. sub initio. Idem docent Ambros. Nazianz. Bernardus apud Ruiz de Montoya de Trinit. disp. 38. sect. 4. Ex Scholasticis Diuus Thomas, Magister, Diuus Bonaventura, & plures alij apud eundem authorem. At verò an possit dici quod Deus sit *triplicitas*, sicut dicitur *Trinitas*, paulo infra videbimus. Examinandum ergo modo est, quare Deus possit dici Trinus, non autem multiplex, aut triplex?

100 Placet mihi discrimen, quod assignat Diuus Bonaventura in 1. distinct. 24. articul. 3. quæst. inter nomen *Trinus*, & quodlibet aliud nomen numerale: quoniam nomen *Trinus*, vel *Trinitas* specialiter ad hoc inventum est, vt significet pluralitatem suppositorum simul cum vnitatem formæ, siue naturæ. Ceterum hoc nomen *triplex*, siue *triplicitas*, & *multiplex*, siue *multiplicitas* non est ad hoc inventum, & impositum Theologorum autoritate. Quin potius latinorum vsu significat distinctionem simpliciter, ac pluralitatem in termino, cui additur, vel quantum ad formam, vel quantum ad partium multiplicationem. Ideo si diceretur *Deus triplex*, significaretur esse tres Deo aut tres Diuinitates, vel significaretur Deum esse compositum tribus partibus, aut tribus rebus quomodo cumque componentibus. Hoc ipsum videtur sentire D. Thom. quæst. 31. iam citata artic. 1. in solutionibus argumentorum.

101 Aduersus hoc obijcit Pater Suarez Achaussum dicere oportere credere vnitatem in *Trinitate*. Ergo vox *Tri-*

*Trinitas* non significat ipsam unitatem. Nego consequentiam: quia id ipsum, quod significat vox *Trinitas*, credi debet quem ad modum vox *Christus Dominus* imposita est ad significandum duas naturas in eodem supposito, & verissime prudentissimèque dicitur in *Christo Domino* credi debere duas naturas in unitate suppositi.

102 Eadem ratione respondetur ad secundum argumentum eiusdem authoris: videlicet Ecclesia dicit in præfatione *Trinitatis*. *Qui cum Filio & Spiritu Sancti unus est Deus unus est Dominus, nõ in unius singularitate persona, sed in unius Trinitate substantia.* Nomen ergo *Trinitas* prædictè sumptum non significat de formali unitatem, sed potius numerum, & distinctionem personarum. Nego consequentiam: quia id ipsum, quod ex Theologorum usu significat *Trinitas* exprimitur clarius per hoc nomen *Trinitas unius substantia*, idque præstat Ecclesia prædictis verbis. Ex quo colligitur Deum esse, & appellari *Trinum*, non vero multiplicem aut triplicem.

103 Cum hoc tamen rectè fiat, quod vox *triplex* possit adaptari Deo appellando expresse supra personas. V. g. in Deo datur *triplex persona*. Nam cum vox *triplex* solum denotet numerum ternarium in eo quod afficit, & re vera fit numerus ternarius personarum: hinc deducitur esse in Deo triplicem personam: quia hoc nihil aliud sonat, quam in Deo tres personas reperiri.

104 Denique vox *triplicitas* non est absolutè dicenda de Deo nisi addendo particulam aliquam per quam declarem esse se triplicitatem personarum v. g. *Deus est triplicitas personarum*. Nam vox *triplicitas* absolutè sumpta significat multitudinem in ratione essentiali modo quo *triplex* neutraliter sumptum: ideoque in Deo neque reperitur *triplex*, neque *triplicitas*, secus *Trinitas*: quia vox *Trinitas* ex usu Theologorum significat tres personas in unitate essentiali: *triplicitas* vero reliquaque nomina numeralia sine restrictione prolata significant

multitudinem rerum,

& essentia,

cum.

## QVÆST. III.

De cognoscibilitate *Mysterij Trinitatis.*

**A** Necquam ulterius ad huius tractatus disputationes discutien-  
das procedamus, placuit hanc quæstionem præmittere, quæ  
etiam incarnationis, & alijs nostre Fidei abditis Sacramen-  
tis communis est. Verum, cum de cognoscibilitate Trinitatis per  
lumen gloriæ nefas sit dubitare, alia, quæ apud catholicos debita  
sunt, discutiamus. Primum. Vtrum sit evidenter, vel saltem proba-  
biliter cognoscibile Trinitatis mysterium per naturale lumen? Se-  
cundum. An possit evidenter cognosci per supernaturale lumen dis-  
tinctum à lumine gloriæ? Tertium. An hoc mysterium lumini ratio-  
nis sit oppositum?

## SECT. I.

*Vtrum Mysterium Trinitatis lumine solo naturali sit eviden-  
ter cognoscibile? Pro cuius decisione aliqua præ-  
mittuntur.*

**T** Riplicem evidentiam distinguunt Philosophi. Alia est in-  
tuitiva: alia quidditativa; & alia abstractiva. Cognitio  
evidens intuitiva ea est, qua res videtur in se ipsa sicuti  
est, vel per speciem propriam: non ut cumque: sed ut existens. Hac  
ratione habemus evidentiam coloris ob oculos propositi, quia eum  
videmus sicuti est, & ut existentem. Cognitio evidens quidditativa  
dicitur ea, qua cognoscit rem sicuti est, quidditativè, & essentiali-  
ter, vel inmediate in se, vel in causa eam plenè, & adæquatè conti-  
nentè, quin opus sit ex concepta evidentie quidditativæ rem ut  
existentem cognoscere. Quam ob rem si alicui infunderetur à Deo  
species propria albedinis non existentis, cognosceret evidenter  
quidditativè albedinem; non tamen intuitivè, quia non cognosce-  
ret eam, ut existentem. Ceterum, quando obiectum quidditativè  
cognitum habet ex suis predicatis necessario existere, idè erit cog-  
noscere evidenter quidditativè, ac evidenter intuitivè, quia de sua  
quidditate est necessario existere.

2 *Evidentia abstractiva dicitur ea, qua cognoscitur res*

ad modum alterius. Quod quidem dupliciter euenire potest. Primo cognoscendo re ad modum alterius obiecti, propter se ipsam motiue intentionaliter: quatenus nimirum, intellectus ut assentiat, tur illi, non innitatur alteri adæquate distincto ab illa; sed innitatur, vel ipsi, vel alicui principio includenti ipsam. Hac ratione per hanc expressiõem *Deus existit, vel non existit* cognoscitur Deus ad modum creaturæ, & nihilominus cognoscitur propter se ipsum motiue terminatiue: quia predictus assensus innititur solum huic ipsi veritati obiectiue: *Deus existit, vel non existit*, vel principio generali includente hanc ipsam veritatem, nempe *quodlibet est, vel non est*. Secundo potest cognosci vnum ad modum alterius in alio, & propter aliud motiue intentionaliter: ex eo videlicet quod cognoscitur euidenter ut est in se illud aliud, quod connectitur essentialiter cum termino, vel refertur ad talem terminum, qui dicitur cognosci euidenter abstractiue. Hac ratione, qui cognosceret euidenter in se visionem Dei, cognosceret abstractiue Deum, & sic in alijs casibus.

3 Præterea possumus hanc quæstionem examinare præscindendo à predicatione Christi, & quolibet miraculo, vel ab eis non præscindendo. De omnibus his nostrum iudicium feremus.

4 Circa hanc quæstionem varię sunt authorum sententię. Prima est, quę tribuitur Raymundo Lullio: & ab Illustrissimo Godoy de Trinit. disp. 83. §. 1. tribuitur etiam Ricardo de Sãto Victore. Henrico, Gersoni, & Maloti: nimirum intellectum creatũ solo naturali lumine illustratum posse mysterij Trinitatis euidentiam comparare.

5 Secunda sententia, e regione opposita tenet. Mysteriũ Trinitatis non solum esse supra lumen naturale rationis, verũ etiã oppositum. Pro hac sententia refertur Holchot. in 1. dist. 3. Eum tamen aliter sensisse docet, Nazarius quæst. 32. art. 1. controuerſia vnica. Hanc sententiam non nihil temperatam tradit Magister Albius tract. de Trinit. q. 32. disp. 5. sect. 1. vbi assertit Mysterium Trinitatis aliquomodo esse contra rationem naturalem: hoc est, apparere intellectui humano sibi relicto ut repugnans: quod vocat esse contra rationem naturalem actualem salam, probabilem tamẽ, & euidentem apparenter. Hanc sententiã infra magis explicabimus.

6 Tertia sententia est Scoti in 4. dist. 49. quæst. 11: vbi saltem in Angelo admittit dari posse euidentem cognitionem simplicem Trinitatis per actũ mere naturalem, si velit Deus speciẽ intelligibile proportionatã illi dare. Quã speciẽ in hoc solũ assentit supra naturã esse, quod nõ necessario conuenit Angelo, nec potest illam

ab objecto sumere; sed Deus illam libere donare potest; ipsa tamen in se naturalis est, & proportionata naturali a Creatura intellectus Angelici, & solum ad actum naturalem datur, qui actus, seu cognitio, iuxta Scotum, non est per medium aliquod, sed per immediatam representationem mysterij in se.

7 Quarta sententia docet hoc ineffabile mysterium non esse contrarium rationi naturali: adeo tamen esse supra illam, ut nec ante, nec post illius revelationem, nec post vlla miracula, possit euidenter demonstrari. Ita communiter Theologi: & ideo nullum pro hac sententia sigillatim refero.

8 In primis certum debet esse mysterium Trinitas non esse solo lumine naturali cognoscibile euidenter intuitiue, vel quidditariue. Nam cognitio intuitiua Trinitatis est visio Beatifica, & est videre Deum sicut est in se ipso. At certum est nullum intellectum creatum solo lumine naturali posse videre Deum sicuti est: quia hoc est esse Beatum. Ergo certum est non posse solo lumine naturali intellectum creatum cognoscere euidenter intuitiue Trinitatem. Deinde etiam cognitio Trinitatis quidditatiua, est cognitio Dei sicuti est in se, & consequenter est supra totum lumē naturale. Vterius: cum Trinitas essentialiter habeat esse existentē actu, & necessario; quilibet cognitio quidditatiua Trinitatis representaret illam vt actu existentem: quam obrem esset etiam visio intuitiua Dei. Ea igitur ratione, qua solo lumine naturali repugnat visio intuitiua Dei, pariter repugnare cognitionem quidditatiuam euidenter, necesse erit.

9 Certum mihi est secundo contra Scotum: non posse intellectum solo lumine naturali cognoscere hoc mysterium directe in se, & per speciem, qua directe habeat representare Trinitatem. Ratio est: quia cognitio, quam conciperet intellectus creatus vi huius speciei, esset visio intuitiua Trinitatis. At visio intuitiua Trinitatis nequit solo lumine naturali comparari. Ergo neque cognitio, que haberetur vi huius speciei. Minor est certa, & consequentia bona. Maior probatur. Hęc cognitio, neque representaret Trinitatem in aliquo medio, vt ipse Scotus testatur. Deinde non representaret Trinitatem ad modum alterius obiecti: quia hęc species solum est species Trinitatis. Ergo representaret Trinitatem in se, propter se, & vt est in se: & cum Trinitas ex suo conceptu habeat esse existentē representaret Trinitatem, vt est in se existēs. At hoc esse se visionē intuitiuā. Ergo esset intuitiua, & Beatifica. Quapropter implicatur in terminis, dū dicitur hęc species intuitiue naturalis, & quod ex se faciat representare Deum in se, & vt est in se, & non

ad modum alterius entitatis. His suppositis, solum restat dubium de euidencia abstractiua. Hoc dubium (vt supra dixi) duas partes continet. Prima est: an intellectus creatus sibi ipsi penitus relictus seclusa omni reuelatione, & miraculo, omnique alio supernaturali, possit euidenter Trinitatis existentiã cognoscere? Secunda est: an supposita reuelatione, vel aliquo miraculo, existentiã Trinitatis cognitionem euidenter valeat intellectus creatus lumine naturali comparare? De his suo ordine differemus.

## SECT. II.

*Intellectus humanus solo lumine naturali seclusa reuelatione, & miraculis, nequit cognoscere euidenter existentiã mysterij Trinitatis.*

10. **H**æc conclusio vsque adeo certa est, vt asserat Vazquez nullam Catholicã eam hucusque negasse. Nã Raimundum Lullium, qui vulgo contrarius existimatur, erudite admodum ipse Vazquez ab hac calumnia defendit. Probatur igitur hæc conclusio.

11. Primo ab autoritate scripturæ, quæ pluribus in locis distinctione personarum, & generationem Verbi Diuini asserit sola reuelatione cognosci posse. Ita Matth. 11. dicitur. *Nemo nouit, nisi Pater Filium neque Patrem quis nouit nisi Filius. & cui uoluerit Filius reuelare.* Quod ita legitur Lucæ 10. *Nemo scit quis sit Filius, nisi Pater, & quis sit Pater, nisi Filius, & cui uoluerit Filii reuelaret.* Quod testimonium ad probandam impossibilitatem penetrandi mysterium Diuinæ generationis proferunt Nicænum Concilium lib. 2. longe propius ad medium, quam ad finem s. nequaras Clemens Romanus epist. ad Iacobum Fratrem Domitii colum. 10. Basiliius contra Eunomium: & alij PP.

12. Etiam Matth. 16. Postquam S. Petrus illam edidit diuinitatis Christi, & eius naturalis Diuinæ Filiationis gloriosam confessionem illis verbis *Tu es Christus Filius Dei uiuis* obdidit Christus Dominus. *Beatus es Simon Bariona quia caro, & sanguis non reuelauit tibi sed Pater meus, qui in caelis est.* Quod testimonium recte inter alios expendit Illustrissimus Godoy ostendens ex his verbis manifeste deduci cognitionem generationis Verbi Diuini, & consequenter mysterij Trinitatis, non posse esse ex viribus natu

ra, quæ significatur nomine *carnis, & sanguinis*, sed solum ex diuina reuelatione.

13 Probatur 2. eadem conclusio ex Patribus id expressè asserentibus. Ita Dionysius de diuinis nominibus cap. 13. post medium. Iustinus Martir in expositione fidei de Trinitate prope medium. Athanasius longioriepillola ad Serapionē in medio. Chrisost. quinque homilij de incōprehensibili Dei natura. Cirillus lib. 11. De Trinit. cap. vnico; præsertim à medio. Ciprianus lib. de cardinalibus operibus Christi in prologo circa medium. Gregorius Nazianz. orat. 34. quæ est 2. de Theologia propius ad finem, quam ad mediū. Hieronimus lib. 18. in Isai. in proem. sub initiū Aug. lib. 12. de Trinit. toto cap. 1. 2. & 3. & etiam tract. 27. in Ioann. circa medium. Anselmus in Monolog. ca. 62. & 63. & de Incarn. Verbi ad finem.

14 Idem probant omnia testimonia Patrum asserentium impossibile esse penetrare discrimen inter diuinam generationem, & processionem: qui videri possunt apud nostrum Ruiz de Montoya de Trinit. disp. 5. sectio. 1. & 2. Nec non qui dicunt mysterium esse superans cognitionem Angelorum, & Archangelorum, quo modo Pater Filium genuerit ab æterno sine corruptione vel diuisione suæ substantiæ. Ita Nizænum Concilium, & Clemens Romanus, vbi supra Alexander Alex. epistol. ad Alexandrum Constantinop. colum. 4. Nazianz orat. 35. quæ est tertia de Theologia num. 30. Hilarius 2. de Trinit. propius ad medium, quam ad principium. Cirillus Alexand. lib. 2. dial. de Trinit. longe post. medium. Et plates alij.

15 Probatur 3. nostra conclusio à ratione. Trinitatis mysterium non potest demonstrari euidenter in se ipso motiue intentionaliter ex ratione, quæ demonstrari possunt aliæ veritates, quæ ex principijs lumine naturæ euidentibus inferuntur euidenter: v. g. hoc totum est maius sua parte. Deinde neque demonstrari potest ratione à priori. Denique neque à posteriori ex effectibus creatis. Ergo nulla ratione demonstrari potest.

16 Prima pars antecedentis probatur. Vt hoc mysterium esset prædicta ratione demonstrabile, opus erat, quod vel ipsi sunt ex apprehensione terminorum esset euidenter, vel quod euidenter inferretur ex alijs principijs generalibus lumine naturæ notis. Sed neque ex apprehensione terminorum apparet euidenter, cum potius identitas distinctorum cum vno tertio lumine rationis refragari videatur. Deinde neque euidenter inferretur ex alijs quo

quo principio generali euidenti: cum potius Philosophia principia oppositum apparenter suadeant. Ergo prædictæ ratione demonstrari non potest Trinitatis mysterium.

17 Confirmatur: quia si quæ rationes ad demonstrandam existentiam huius mysterij adducuntur à Raimundo Lullio, & alijs, tales sunt, vt vix aliquem moueant, & à fermè cunctis contemnuntur. Non ergo efficaces rationes, sed inania figmenta reputari debent.

18 Secunda pars antecedentis: nimirum existentiam mysterij Trinitatis non posse euidenter demonstrari à priori, facile probatur: quia demonstratio à priori est, quæ fit per causam, vel aliquid prius, saltem virtualiter. Sed nihil est causa Trinitatis, nec originium illius, aut realiter, aut virtualiter. Ergo existentia Trinitatis nequit à priori demonstrari.

19 Tertia antecedentis pars: nimirum Trinitatis mysterium non posse euidenter lumine naturali cognosci a posteriori, siue ex creaturis tanquam ex effectibus non posse euidenter demonstrari, ita communiter probatur. Ex effectibus contentis in causa solum potest demonstrari causa secundum quod concurrat, vel saltem per se requiritur ad effectum. At qui Deus ad effectus creatos, neque concurrat, neque per se requiritur vt Trinus, sed solum vt vnus, cum omnes creati effectus immediatè pendent ab omnipotentia prout communi tribus personis. Ergo ex effectibus creatis non potest cognosci Deus vt Trinus, sed solum vt vnus. Nulla ergo ratione poterit existentia Trinitatis ex creaturis demonstrari.

20 Confirmatur hoc argumentum ab Illustrissimo Godoy. Nam illud, quo per impossibile ablato, adhuc effectus maneret, non petitur ab effectu per se. Sed, dato per impossibile quod Deus non esset Trinus, adhuc manerèt creaturæ. Ergo creaturæ non procedunt per se a Deo vt Trino; sed vt vno.

21 Hoc argumentum, vt iacet, non me omnino conuincit: quia licet in effectus creatos non influat immediatè Trinitas, vt Trinitas est, sed solum omnipotentia, vt virtualiter à Personalitatibus distincta, & vt communis tribus personis. Nihilominus Personalitates realiter, & verè loquendo per se requiruntur ad effectus creatos, & si non vt immediatè influxiua. Nam ad effectus creatos realiter, & ex parte rerū (quidquid sit de nostro imperfecto modo concipiendi) requiritur veras Deus, vt verè, realiter, & a parte rei necessario existat. Cum igitur Deus verus sit  
Deus.



Deus Trinus: & Deus non Trinus non sic verus Deus, Sed Deus chimæricus: hinc deducitur Trinitatem Personarum ad creatos effectus per se necessario requiri.

22 Confirmatur: quia id, cum quo effectus essentialiter connequitur Metaphysice, per se realiter requiritur ad effectum. Sed creaturæ essentialiter connequitur Metaphysice cum Deo vero, sicuti est necessario: quia connequitur cum vera causa prima. Ergo creaturæ per se requirunt Deum verum, sicuti est necessario: & consequenter requirunt Deum Trinum.

23 Confirmatur 2. Creaturæ requirunt Essentiam Divinam sicuti est, secundum quod Essentia est. Sed Essentia Divina, ad huc prout distincta virtualiter à Personalitatibus, est realiter cōmunicabilis Personis tribus. Ergo creaturæ per se requirunt Essentiam cōmunicabilem tribus Personis, Si ergo ex effectu potest cognosci causa secundum omne, quod virtualiter in voluit creaturis poterit cognosci Essentia; ut realiter cōmunicabilis tribus Personis: quod sufficit ad cognoscendum Trinitatis mysterium.

24 Ex quo etiam deducitur, quod non solum deficerent creaturæ, deficiente omnipotentia, verum etiam deficiente Trinitate Personarū. Nam deficiente Trinitate Personarū, deficeret Essentia communis tribus Personis, & consequenter deficeret Essentia, cum qua immediatissime creaturæ connequitur, & à qua eadem immediatione dependēt. At qui, deficiente causa per se requisita realiter, & virtualiter ad effectum, deficeret effectus. Ergo deficiente Essentia communi tribus Personis, quæ essentia per se realiter, & virtualiter requiritur ad effectus creatos, creati effectus necessario deficerent.

25 Nec effugies vim argumenti asserendo effectus creatos solum immediatē dependeret ab omnipotentia virtualiter distincta ab Essentia, quia inter essentiam, & attributa virtuales distinctionem intercedere necesse sit. Nō inquam hac ratione vitatur argumentum. Tum: quia, licet Essentia non concurrat immediatē ad effectus, per se tamen requiritur ad effectus creatos, ut radices virtualiter omnipotentiam immediatē influentem. Ergo iam Essentia divina sicuti est realiter, & virtualiter, per se requiritur ad effectus creatos. Cum igitur Essentia ut Essentia Divina est, capax sit ut communicetur tribus personis: Essentia divina ut capax cōmunicacionis ad tres Personas requiretur per se ad effectus creatos: tum: quia de ipsa omnipotentia ut distincta virtualiter ab Essentia sit idem argumentū. Nam omnipotentia, ut ita virtualiter distincta, est omnipotentia capax ut communicetur per identitatem tribus

bus Personis. Ergo cum potentia verba communicabilis, per se realiter requiritur ad effectus creatos. Ergo in effectibus creatis potest cognosci omnipotentia, ut ita communicabilis: & consequenter poterit cognosci mysterium Trinitatis.

26 Fateor quod deficiente Trinitate Personarum per intellectum, hoc est, negata Trinitate, non cogere mur negare effectus creatos. Verum, cum hoc ex eo esset, quia non cognosceremus Essentiam Divinam (à qua creatura dependet necessario) esse, realiter & virtualiter acceptam, communicabilem tribus Personis: inde deducitur quod nostro modo concipiendi effectus creati non requirunt Essentiam communem, non vero quod realiter, & virtualiter non requirant: & consequenter fiat effectus creatos non requirere per se in sensu formali mentali Trinitatem. Quod autem non requirant per se in sensu reali, & virtuali Trinitatem Personarum, minime potest inferri. Quae responsione fit satis confirmationi, quae adhibetur ab Illustrissimo Godoy. Omnia ergo hac probatione, aliter proba conclusionem in hunc modum.

27 Velamine naturali cognoscantur praedicata cause in effectu, non sufficit praecise effectum intrinsece connedi cum eis causa praedicatis; sed ulterius requiritur quod effectus, vel imitetur causam in eis praedicatis, vel aliquo modo referatur ad causam secundum talia praedicata, qui modus non sit praecise dependere intrinsece pure materialiter a causa habentia ea praedicata. Sed effectus creatus, licet se ipso dendeat a Deo Trino, dependeatque immediate ab Essentia tribus Personis communicabili, non tamē, aut habet aliquam similitudinem cum Deo secundum hanc rationem, nec refertur ad Deum ut Trinum aliquo speciali modo, qui non sit praecise dependere à Deo Trino, & ab Essentia communicabili tribus Personis. Ergo nequit solo lumine naturali cognosci mysterium Trinitatis in creaturis. Consequentia est legitima, & minor certa. Nam creatura, v. g. Petrus, neque habet similitudinē, nisi maximopere impropiam, cum Trinitatis mysterio quatenus est unitas Essentiae & multiplicitas Personarum: nec refertur ad Trinitatem aut Trinitas in Petro resplendet, nisi quatenus praecise Petrus se ipso dependet ab Essentia tribus personis communicabili. Probatur ergo maior in qua potest esse difficultas.

28 Primo: quia, si praecisa connexio effectus cum praedicatis cause sufficeret, ut lumine naturali in effectu cognoscerentur praedicata causa, nullae foret prorsus veritas necessaria enuntiabilis de Deo, quae non posset cognosci naturaliter in quolibet effectu naturali quamvis exiguo, & minimè perfectionis si quidem omnis effectus

effectus creatus intrinsicè dependet a Deo, vt D. O; & vt identificatio necessario cum omnibus suis prædicatis necessarijs. At certum est non posse lumine solum naturali cognosci, & discerni in quolibet effectu naturali omnia prædicata necessaria diuina, omnesque veritates enuntiabiles de Deo. Ergo non sufficit præcissa conuexio intrinseca effectus cum prædicatis causæ, vt prædicata causæ cognoscantur, & discernantur in effectu a ex vi solius luminis naturalis. Ergo, vt aliquod causa prædicatum cognoscatur in effectu, vltra connexionem intrinsecam effectus cum eo prædicato causæ, requiritur aliqua similitudo, aliqua vè specialis proportio effectus cum tali prædicato: ratione cuius prædicatum causæ aliqua speciali ratione resplendat in effectu.

29 Confirmatur. Plura prædicata effectus possunt cognosci, & discerni vi luminis supernaturalis, quam solo lumine naturali. Ergo aliqua prædicata effectus latent lumen naturale. Atqui, si lumine naturali cognoscerentur omnes veritates enuntiabiles, quibus connectitur effectus, nihil effectus lateret lumen naturale, vt est certum. Ergo solo lumine naturali non cognoscerentur omnes veritates enuntiabiles, quibus connectitur effectus. Deinde effectus omnis naturalis maximam dissimilitudinem habet cum Trinitatis mysterio; nam potius, si ex humanis argumentis desumeretur, iudicaretur intellectus ea, quæ distinguuntur in tercio, distingui inter se. Ergo solo lumine naturali non potest euidenter cognosci Trinitas in creaturis. Hæc ratio sufficiat pro conclusione ab auctoritate Patrum, Conciliorum, & Scripturæ omnino iam certa, & indubitate.

30 Obi. 1. Plures ex antiquis Philosophis mysterium Trinitatis cognouerunt. At hi non supernaturali lumine, sed solo lumine eam notitiam compararunt. Ergo solo lumine naturali potest comparari notitia mysterij Trinitatis. Consequentia est legitima, & minor videtur certamam Philosophi Gentiles solo naturalis rationis de Deo discerebāt. Iam vero maior constat ex plurimis authoribus. Ita refert Eusebius Cæsariensis lib. 11. de Præparatione Euangelij cap. 10. Vbi ex Platone in Epimenide refert esse in Deo diuinitissimum Verbum, per quod omnia fecit, & ordinavit. Præterea, etiã Aug. 7. confess. cap. 9. dicit se legisse apud Platonicos principium Euangelij Iohannis. Et Plotinus scripsit librum de tribus hypostasibus, à quibus omnia principium habent; in quo ex Platone, & alijs, multa refert, quæ etiam attigit Clemen. Alexandrinus, & eius Scholasticus lib. 5. Stromatum non

Ungē à medio: & Iulianus Martir in expositione fidei, & apolo-  
gia 2. pro Christianis circa finem: & Crillus lib. 1. & 2. contra  
Iulianum. Et alia multa refert Eugubinus lib. 2. & 3. de perenni  
philosophia. Videatur Vazquez de Trinit. disp. 132. cap.  
1. ubi mirabilia refert verba Platonis, Mercurij Trimagistri, &  
Apollinis Delphici, quibus videtur Trinitatis mysterium con-  
tineri, & explicari. Adde Sybillas Trinitatis mysterium à pertē  
docuisse: quarum verba referunt Lactantius in lib. 1. diuinarum  
instit. cap. 6. & lib. 4. capit. 6. & 7. August. 18. de Cinit. cap.  
23. eaque in vnum collegerunt Julius Sirenus in opuscul de Pro-  
videntia circa finem, & Eugubinus libr. 1. de perenni philoso-  
ph. cap. 25.

31 Respondeo cum Vazquez loco citato, & cum Sua-  
rez libr. 1. de Trinitate capit. 2. num. 12. Sybillas diuino Sancti  
Spiritus affatu hoc tradidisse mysterium. Ceterum Græcos  
Philosophos (vt afferunt Patres Ecclesie iam citari) cum loqui-  
tos fuisse de Trinitatis mysterio sola ratione naturali ductos, sed  
eos cum Hebræis conuersatos fuisse, & forsam etiam legisse ali-  
quos libros veteris testamenti, & ex eis aliquam didicisse confu-  
sam notitiam huius mysterij. Denique hinc factum est ( vt ait  
Suarez ) vt hi Philosophi non rectē, & sine errore hoc myste-  
rium conceperint, & de illo loquuti fuerint, nam a partē faciunt  
personas inæquales, quia naturali discursu illud accommoda-  
runt. Quod si aliqui forsam rectē senserunt, diuinam revelatio-  
nem, & Spiritus Sancti adiutorium habuisse credendum est,  
vt de Sybillis sentiunt Clemens 6. Stromatum. Lactantius 4.  
diuinarum institutionum capit. 6. August. 18. de Cinitate capit.  
23.

32 Ob. 2. Athanasius asserit antiquos Philosophos inex-  
culabiles fuisse eo quod Verbi Diuinitatem ex creaturis non cogi-  
tauerit: quod constat ex disputatione contra Arium habita in  
Concilio Nicæno column. 3. vbi ex testimonio Pauli ad Romanos  
2. probat Philosophos debuisse ex creaturis Deum cognoscere.  
Cuius Arius responderet id intelligendum esse de Deo Patres  
arguit contra illum oratione 2. contra Arianos multo propius  
ad principiu quā ad modiu vbi ait: *Iure Paulus inculcat Græcos,*  
*quod congruentiā inter se partiu, ordinemq; veri natura cōtē plātes,*  
*nihil cogitauerint de natura rationis sine verbo.* Et orat. 3. multo  
propius ad finē quā ad modiu ira ait. *In operibus sēdita est sapiētia*  
*afficiens, vt mundus per eam agnosceret sui opifit. Rationē, videlicet*  
*hanc*

*sive Verbum, & per Verbum Patrem. Et illud ipsum est, quod Paulus ait. Id quod intelligibile est Dei; manifestum est illis.*

33 Respondeo planè credendum esse Athanasium docere Philosophos perquisisse, & debuisse colligere ex creaturis cognitionem Patris, & Verbi, & consequenter cognitionem mysterij Trinitatis. Ceterum S. Athanasius, tacite, & implicite supponebat eos habere supernaturale auxilium gratiæ excitantis, quod omnibus etiam infidelibus datur, quo, si bene utantur, vltiora, & vltiora auxilia conferet illis Deus, vt ad suam iustificationem perueniant.

34 Hanc fuisse mentem, tum Apostoli, tum Sancti Athanasij, constat ex eodem Athanasio orat. i. contra Arianos, prope initium, vbi hæc habet. *Gratia eius in nos collata magne haud dubia sunt, & supra hominem, & quod transcendit sua excellentia omnia Charismata Patris: illa ipsiusque verbi cognitio, & donatio Sancti Spiritus.* Sentit ergo Sanctus Athanasius cognitionem Patris, & Verbi esse maximè supra hominem, & consequenter supra omnes vires natura.

35 Obi. 3. argumenta Raimondi Lulli, quibus existimat adeo euidenter Trinitatis mysterium probari, vt per illas demonstrationes Gentilis, & Paganus convincendus sit, si adeas velit attendere, easque penetrare valeat. Has probat omnes quas latius proponit, & retulit Vazquez sic in compendium redigit Suarez. In Deo est bonitas. Ergo est actus bonificandi. Ergo est bonificans (sic loquitur) & bonificatum, seu bonificatum & bonificabile. Ergo est concordia inter bonificatum, & bonificabile in actu bonificandi. Ergo est distinctio inter illa tria, quia concordia non est, nisi inter distincta. Ergo illa tria sunt tres personæ in Deo. Et inde procedit inferendo illas tres personas necesse fuisse Patrem & Filium, & Amorem; quia hoc spectat ad summam perfectionem diuinæ bonitatis. Videatur Vazquez loco iam citato, apud quem solù Suarez fateatur hæc legisse, quia Raimondi libros ad manum non habuit.

36 Respondeo hoc argumentum, nisi supponat aliquid, quod fide dantaxat creditur, nihil convincere, ne probabiliter quidem. Nam sub nomine *bonificandi*, vel intelligit aliquam bonificationem actiuanam, vel solum formalem: modo, quo Deitas Deificat ipsum Deum. Si intelligat primum, supponit probandum: supponit quoque, quod quisque, secus reuelatione de Trinitatis mysterio, indubitanter negaret. Si autem loquatur in secundo sensu, nempe de bonificatione formali: hæc minimè petit distinctionem: quamobrem

*bonificans bonificatum, & actus bonificandi non necessario habent concordiam, sed perfectissimam identitatem: sicuti essentia rei constituit rem in esse talis, quin constitutum, constitutum, & actus constituendi vlla prorsus ratione inter se distinguantur. Pariter ergo posset dici in bonificatio, bonificato, & actu bonificandi. Quo rite totum Raimundi argumentum.*

37 *Obijc. 4. Lumine naturæ notum est omne bonum, ut potè ex conceptu talis diffusivum sui, posse se communicare, & diffundere iuxta sui conditionem. Ergo naturali ratione cognoscitur bonum finitum posse communicari finitè, & bonum infinitum posse se communicare infinitè. Atqui communicatio infinita boni infiniti non potest esse nisi ad intrā. Ergo evidens est Deum se posse communicare ad intrā: quo cognoscetur mysterium Trinitatis.*

38 *Respondeo: distinguendo antecedens: posse se communicari: iuxta sui conditionem, id est iuxta suam vim communicativam: concedo: communicatione, quæ ex parte termini sit eiusdem conditionis, & perfectionis cum bono communicabilis: nego antecedens. Et nego consequentiam: vel distinguo consequens quoad secundam partem. Ergo evidens est bonum infinitum posse communicari infinitè: sine cathorematicè: id est magis, & magis sine termino: concedo: cathorematicè infinitè: nego consequentiam: quia in hac communicatione est apparenter aliqua contradictio.*

39 *Instabis. Aque conformis est bono simpliciter infinito communicatio simpliciter infinita actualis: ex parte termini, ac est conformis bono finito communicatio actualis simpliciter finita. Sed quia hæc est conformis potest demonstrari. Ergo, & illa prima poterit demonstrari. Distinguo maiorem. Aque conformis est realiter, & à parte rei: concedo: apparenter, nego maiorem: & deinde distinguo minorem. Sed, quia est hæc conformis realiter, & apparenter, potest demonstrari: concedo, præcisè quia realiter conformis: nego minorem, & nego consequentiam.*

*Instabis 2. Evidens est generari sibi simile esse per perfectionem, ergo evidens est Deo cōvenire: distinguo, esse perfectionem simpliciter simplicem, seu non involventem imperfectionem: negovaliter omitto antecedens, & nego consequentiam.*

40 *Obijc. 5. Angelus potest lumine naturali comprehendere quemlibet effectum creatum. At comprehensio effectus creati nequit stare sine cognitione mysterij Trinitatis, ergo Angelus potest naturaliter mysterij Trinitatis cognitionem comparare. Consequentia est legitima, & maior supponitur, ut certamam compre-*

hensio rei naturalis non excedit vires naturales intellectus Angelici. Minor autem videtur satis efficaciter probari. Nam comprehensio alicuius obiecti est cognitio ita perfecta, vt nullum predicatum lateat cognoscentem, nec vlla veritas necessario enuntiabilis de obiecto comprehenso ignoretur a comprehendente. Atque si nullum intrinsecum Petri predicatum ignoretur ab Angelo Petrum comprehendenti, cognoscetur ab Angelo existentia Trinitatis. Ergo comprehensio Petri nequit stare sine cognitione mysterij Trinitatis. Maior videtur certa. Minor probatur. Vnum ex intrinsecis predicatis Petri est connexio intrinseca, & essentialis cum Trinitate: vel saltem connexio intrinseca cum Essentia Diuina communicabili tribus Personis. At hoc predicatum nequit cognosci, vt tale, quin cognoscatur Essentia Diuina, vt communicabilis tribus Personis. Ergo, si cognoscantur omnia predicata intrinseca Petri, necessario cognosci debet mysterium Trinitatis.

41 Confirmatur. De ratione comprehensionis alicuius obiecti est: ita perfecte cognoscere tale obiectum, vt ex vi talis cognitionis discernatur ab omni non ipso, proposito sub quacumque expressione, vel saltem, quod ex vi illius cognitionis cum nullo a se distincto confundatur. Sed, vt Petrus per cognitionem discernatur ab omni non ipso, est necessarium cognoscere ipsum, vt connexum cum Essentia communicabili tribus Personis, sine vt connexum cum Deo vno & Trino. Ergo, vt Angelus comprehendat Petrum, necesse est cognoscere illum, vt connexum cum Trinitate: & consequenter opus erit cognoscere Trinitatem. Minor probatur. Hoc obiectum. *Ens inconnexum cum Deo Trino, & cum Essentia communicabili tribus Personis.* non est Petrus: imo neque aliquid reale, sed potius quid chimericum, & repugnans. Sed, vt cognoscatur Petrus sufficienti claritate, vt distinguatur ab obiecto inconnexo cum Trinitate, est necessarium cognoscere illum sufficienti claritate ad affirmandum de eo esse connexum cum Trinitate. Ergo, vt Petrus per cognitionem discernatur ab omni non ipso, est necessarium cognoscere ipsum, vt connexum cum Trinitate.

42 Respondeo duplicem debere distingui comprehensionem circa obiectum naturale: aliam naturalem, supernaturalem aliam. Comprehensio supernaturalis, & omnino perfecta, petit id, quod intendit arguense esse de ratione comprehensionis vt sic: videlicet omne omnino predicatum intrinsecum obiecto distinguatur, & cognosci formaliter vt tale, ita vt ex vi talis expressio-

nisi cum nullo obiecto distineo confundi valeat: At comprehensio naturalis solum petit cognoscere in obiecto ea prædicata, quæ cognosci possunt absque ordine ad obiecta supernaturalia, & quæ cognosci possunt absque comparatione, & habitudine ad veritates superioris ordinis: & quæ ex natura sua sunt mysteria, nobisque recondita. Quamobrem ex conceptu comprehensionis naturalis nihil potest efficaciter probari: prius enim explorandum est, an hæc prædicata ut talia contineantur intra spheram euidentiæ naturalis, vel non: ex indeque deducendum est attingi, vel non attingi à comprehensione naturali.

43 Hinc ad argumentum in forma: distinguo maiorem: Angelus potest lumine naturali comprehendere quemlibet effectum comprehensione naturali, & imperfecta, concedo: comprehensione omnino perfecta, & supernaturali, nego maiorem, & distinguo similiter minorem. Comprehensio effectus creati, quæ sit supernaturalis, & perfecta, nequit stare sine cognitione mysterij Trinitatis, concedo: comprehensio naturalis, & imperfecta, nego minorem. Ad cuius probationem: distinguo maiorem eodem modo. Comprehensio alicuius obiecti est cognitio ita perfecta, ut nullum omnino prædicatum lateat comprehendente: nisi comprehensio sit supernaturalis, & omnino perfecta, concedo: si sit purè naturalis, & imperfecta: nego maiorem. Et iuxta hanc doctrinam reliquis probationibus adhibenda est solutio.

44 Ad confirmationem: respondeo eodem modo. De ratione comprehensionis est discernere obiectum ob omni non ipso proposito sub quacumque expressione: si sit comprehensio supernaturalis, & omnino perfecta, concedo: si sit purè naturalis, & imperfecta: nego maiorem. Qua distinctione, & doctrina, cæteris etiã respondentur propositionibus.

45 Instabis. Pone in Petro cognitionem falsam, quæ iudicet Deum non esse Trinum & unum: sanè hæc cognitio est falsa intrinsicè: subinde eius intrinsicè falsitas naturalis erit: ut potè cum ipso actu falso identificata. Ergo euidenter cognoscetur ab Angelo. Sed ex hac falsitate euidenter cognita, euidenter inferitur Deum esse Trinum & unum. Ergo Angelus potest habere euidentiã abstractiuam existentiz mysterij Trinitatis.

46 Respondeo illam cognitionem: *Deus non est Trinus & unus* esse intrinsicè falsam falsitate determinationis: nam est intrinsicè ex prædicato entis connexa cum existentia Trinitatis, in qua consistit falsitas formalis actus negantis existentiam Trinitatis.



consequentergue concedo eius intrinsecam falsitatem esse naturam  
lem; distinguo tamen consequens. Ergo ea falsitas euidenter cog-  
nosceretur ab Angelotrealiter, & ex parte obiecti, concedo: formaliter  
ter sub conceptu falsitatis: nego consequentiam. Deinde distinguo  
minorem subsumptam. Ex hac falsitate euidenter infertur Deum  
esse Trinum: si cognoscatur ea falsitas formaliter vt talis, concedo:  
si solum cognoscatur realiter, & ex parte obiecti, & non sub exptes-  
sione falsitatis: nego minorem.

## SECT. III.

*Adhuc post reuelationem & miracula, mysterium Trinitatis  
non est euidenter cognoscibile solo lumine  
naturali.*

47 **T**Riplex euidencia distinguenda est in presentia: metaphysica,  
physica, & moralis. Metaphysica euidencia est, quae fundatur  
in metaphysica connexionione antecedentis cum consequenti, ita vt implicet contradictionem antecedens sine consequenti  
verificari: qua ratione actio cum termino, & unio cum extremis  
conne&untur. Euidencia physica est, quae fundatur in exigentia naturali  
rerum, ita vt absque miraculo frustrari non possit. Hac ratioque  
ne conne&untur ignis cum calore, accidentia cum subiecto, & alia  
huiusmodi. Euidencia moralis est, quae fundatur in connexionione  
moralis antecedentis cum consequenti: quae connexio consistit in de-  
terminatione rerum, quae, seclusa connexionione metaphysica, & physica,  
anne&it sibi terminum, ita vt rarissime contrarium eueniat. Qua pro-  
pter non solum fundat prudens iudicium de euentu; verum iudicium  
oppositum reddit maximo opere imprudens, & temerarium. Hac ratio-  
ne est necessitas alicuius peccati venialis in decursu totius vitae: se-  
clusa specialissima Dei providentia, singularique privilegio: ob quam  
rationem cognitio humanae fragilitatis reddit euidens moraliter,  
quod homo cum communibus duraxat auxilijs non omnia peccata  
venialia in decursu vitae vitabit. Hac triplici euidencia supposita,  
querimus in presenti. An, facta reuelatione de Trinitatis mysterio,  
patratisque miraculis in eius confirmatione, euidens sit lumine na-  
turali aliqua euidencia ex comemoratis existentia mysterij Trinitatis:  
Vbi etiam inquitemus: an aliqua miracula specialia dentur, dari  
vel possint, quibus positris, mysterium Trinitatis, sit euidenter lu-  
mine naturali cognoscibile?

48 Sit 1. conclusio. Facta reuelatione de Trinitatis mysterio, patratique miraculis in eius cōfirmationem, euidenter est moraliter existentia Trinitatis. Hæc conclusio certa est. Nam mysteria nostræ fidei per miracula, & alia credibilitatis argumēta fiunt euidenter credibilia. Sed eatenus sunt moraliter euidenter credibilia, quatenus euidenter moraliter apparent vt vera. Ergo mysteria nostræ fidei per miracula, & alia credibilitatis argumenta, apparent euidenter moraliter vt vera. Minor probatur. Miracula, & alia argumenta credibilitatis, eatenus suadent esse rectam volūtatē credendi mysterio reuelato quatenus suadent esse de mente Dei obiectum reuelatum: esseque reuelationem Diuinam, quæ vt talis proponitur. Sed argumenta, quæ id suadent euidenter, etiā euidenter suadent veritatem reuelationis, & esse obiectum sicuti proponitur: siquidem Deum ita iudicare, & ita dicere annecti sibi necessario veritatem obiecti propositi. Ergo mysteria nostræ fidei eatenus per argumenta credibilitatis fiunt euidenter credibilia, quatenus per talia argumenta mysteria fidei euidenter apparent esse vera.

49 Sit 2. conclusio. Facta reuelatione mysterij Trinitatis, patratique miraculis in eius cōfirmationem, adhuc non potuit Angelus euidenter metaphysicè cognoscere existentiam Trinitatis. Probatur hæc conclusio: vt Angelus euidenter cognosceret existentiam Trinitatis, ex vi reuelationis, & miraculorum, opus erat quod cognosceret euidenter metaphysicè, tam quod Deus nō possit patrare miracula in circumstantijs, in quibus iudicetur prouidenter falsa doctrina confirmari, tum etiā, quod miracula, quæ apparent, & proponuntur vt talia, sunt verè, & realiter miracula: tum etiā quod ille, qui loquitur, verè, & propriè, & in sensu reali affirmat Trinitatem existere. Sed non potest Angelus (suppositis reuelatione, & miraculis) omnia hæc euidenter cognoscere. Ergo nequit (adhuc in illis circumstantijs) cognoscere euidenter existentiam mysterij Trinitatis. Consequentia est legitima, & maior certamam antecedens, ex quo inferri debet existentia mysterij Trinitatis, est hoc. *Hic homo v. g. Apostolus Paulus, dicit mihi Deū reuelasse se esse unum in Essentia, & Trinum in Personis: & in cōfirmationem huius doctrinae suscitauit mortuum: quæ suscitatio nequit fieri in cōfirmationem doctrinae non vera.* Nam nisi hæc tria coniungantur, non inferretur legitime existentia mysterij Trinitatis. Sed opus est ad euidentiam abstractiuam mysterij Trinitatis cognoscere euidenter antecedens, ex quo huius modi existentia inferitur. Erit ergo necessarium ad euidentiam mysterij Trinitatis cognoscere euidenter etiam tria commemorata.

50 Minor vero superioris dicitur: videlicet, non posse Angelum solo lumine naturali cognoscere euidenter ea tria probatur. Et in primis: non potest Angelus cognoscere euidenter metaphysicè non posse Deum patrare miracula ad hunc, vel illum finem in circumstantijs, in quibus prudenter credi possit velle confirmare doctrinam falsam. Nam, non solum non est euidenter hoc; verum ab aliquibus authoribus eximie authoritatis defenditur oppositum: nimirum posse Deum patrare miracula, licet non ex intentione confirmandi falsam doctrinam; in circumstantijs nihilominus, quibus doctrina falsa prudenter credatur eo miraculo confirmata. Id defendit Ripalda, & plures alij. Ergo non omnino improbabilis est talis sententia. Si ergo hæc sententia vera sit, falsum erit posse Angelum cognoscere euidenter impossibilitatem miraculi pro circumstantijs quibus præter Dei intentionem falsa doctrina confirmetur.

51 Sed demus verissimum à parte rei esse non posse Deum in illis circumstantijs patrare miraculum; imò, & hanc sententiam esse probabiliorē. Cæterum, quod Angelus lumine solo naturali cognoscat euidenter hanc veritatem, vnde probatur? Nam hæc veritas fundatur in ipsis intrinsicis prædicatis Dei, & licet aliqua veritates enuntiabiles de Deo euidenter cognoscantur ab Angelo: illæ nimirum, quæ sunt perfectiones simpliciter simplices ex suo vniuersali conceptu. At vero, quod Deus non possit patrare miraculum ex aliquo fine duntaxat sibi noto, præuidens quod aliquis falsus Propheta, sciens tale miraculum patrandum esse, seducet aliquem, ei suadens illud miraculum in sua falsa doctrinæ confirmationem patrari, quod hæc inquam impossibilitas sit perfectio simpliciter simplex, non facile apparet, quare Angelus euidenter cognoscere valeat, cum neque naturam diuinam prout est in se valeat cognoscere, neque ex ipsa terminorum propositione euidenter appareat: neque euidenter sit aliqua alia propositio, ex qua hæc legitime, & euidenter inferatur.

52 Deinde neque euidenter cognoscat Angelus in illo casu esse illud ipsum miraculum, quod affirmatur v. g. suscitatio nem mortui: licet possit euidenter cognoscere ibi aliquod miraculum, siue hoc, siue illud illud interuenire. Nam esse veram resurrectionem mortui dicit, quod in instanti præcedenti homo sit mortuus: hoc est quod desit unio animæ cum corpore, & quod in instanti B. iam detur unio. Sed Angelus non potest cognoscere euidenter defectum unionis in instanti antecedenti. Ergo non potest cognoscere euidenter dari resurrectionem mortui. Minor probatur

batur: Cum defectus rerum non sit formaliter à parte reïnalis, quid in se ipso possitiue attingibile, solum cognoscitur quatenus ex eo, quod non cognoscatur extremum positiuum, continuo ostenditur actus negatiuus, quo intellectus negat extremum positiuum.

53. Tunc fit, Licet Angelus non videat in instanti A. vnionem animæ cum corpore, & etiam reflexe omnino perfecte aduertat se eam vnionem non cognoscere; nihilominus euidentiã non habet metaphysicã de eo quod non existat. Ergo absolute Angelus non habet euidentiã de defectu vnionis inter corpus, & animam. Antecedens probatur. Potest Angelus dubitare, an ipsi ad aliquem finem sibi penitus ignotum negetur concursus ad videndam vnionem, ergo non habet metaphysicã euidentiã de defectu vnionis determinatè, sed vagè de defectu vel vnionis, & vel concursus diuini ad videndam vnionem. Ergo Angelus non habet euidentiã metaphysicã de miraculo sibi proposito. Vite; frus neque Angelus potest habere euidentiã metaphysicã de sensu, in quo loquitur, qui proponit mysterium Trinitatis. Nam cum sensus loquutionis plurimum dependeat à voluntate loquentis. Et voluntas loquentis non euidenter Angelo pateat; hinc deducitur sensum loquutionis non euidentiã metaphysicã; sed ad summum certitudine morali Angelo posse constare. Ex quibus omnibus deducitur, Angelum adhuc in casu prædicationis mysterij Trinitatis, & positis miraculis in eius confirmationem patris, non habere, vi luminis naturalis, metaphysicã euidentiã existentie mysterij Trinitatis.

54. Dico 3. Seclusa reuelatione, & miraculis in eius confirmationem patris, non solum euidenter, verum, ne probabiliter quidem est cognoscibile mysterium Trinitatis solo lumine naturali. Probatur, vt sit probabiliter cognoscibile mysterium Trinitatis, requiritur quod sint rationes illud positiue suadentes, ostendentes congruentiam in eo quod, ea, quæ identificantur vni tertio, distinguantur inter se. Sed nullæ sunt huiusmodi rationes. Ergo Trinitatis mysterium non est probabiliter cognoscibile ab intellectu creati sibi ipsi penitus relicto. Minor probatur. Rationes suadentes id, vel peterentur à principijs vniuersalibus, vel à similitudine creaturarum, quas intellectus creatus lumine naturali cognosceret. Sed neque principia vniuersalia Trinitatem suadent, cum potius inclinent ad iudicandum identificari inter se, quæ vni tertio identificantur; nec in rebus creatis aliqua similitudo Trinitatis resplendet; sed potius maxima dissimilitudo. Ergo nullæ

sunt rationes possitive probabiliter suadentes mysterium Trinitatis.

55 Confirmatur. Licet concedamus posse intellectum creatum se solo dissolvere rationes, quæ contra Trinitatis mysterium opponuntur, cognoscendo nimirum evidentes penitus non esse. Ad hoc opus non est invenire rationes, quæ positive probabiliter suadeant existentiam mysterij Trinitatis. Sed ad summum intellectui humano conceditur illud primum, ne Trinitatis mysterium dicatur evidenter repugnans apparere. Ergo non debet concedi secundum, nempe esse rationes possitive probabiliter Trinitatis existentiam suadentes.

56 Confirmatur 2. Efficacius. Trinitatis mysterium prædicatur ab Scriptura, Concilijs, & Patribus incognoscibile naturaliter. Sed quod probabiliter cognoscibile est, non est absolute incognoscibile, cum ferè omnia, quæ cognoscere dicimur, probabiliter tantum cognoscamus. Ergo, si standum sit auctoritatibus supra allegatis, dicendum est Trinitatis mysterium solo lumine naturali, ne probabiliter quidem esse cognoscibile.

57 Ex dictis inferitur repugnare in creaturis ea, quæ identificantur vni tertio, distinguuntur realiter inter se; quia, cum hæc sit præcipua Trinitatis difficultas, & Trinitatis mysterium sit supra omnem creaturam, adeo, ut in hoc mysterio maxime divinitas innotescat, inde sit nihil ei simile in creatis reperiri valere.

## SECT. IV.

*Utrum mysterium Trinitatis sit evidenter cognoscibile vi luminis supernaturalis distincti à lumine gloriæ?*

38 **L**umen gloriæ vocamus, quod simul cum intellectu creato producit visionem intuitivam Dei, quæ est visio beatifica. Cumque, ut supra diximus, quælibet cognitio intuitiva Dei sit visio beatifica, & insuper quælibet cognitio evidens quidditatiua Dei essentialiter existens sit visio intuitiva; hinc inferitur, tum omnem cognitionem evidentem Dei, ut est in se, siue quidditatiuam, siue intuitivam, esse visionem beatificam: tum etiam omne lumen supernaturale ad cognitionem evidentem Dei, prout est in se, siue intuitivam, siue quidditatiuam, esse lumen gloriæ.

112. Quamobrem lumen supernaturale distinctum à lumine gloriae ad cognoscendum euidenter Trinitatis mysterium debet esse in ordine ad cognitionem euidentem in alio, vel ad cognitionem euidentem Trinitatis in se ipsa, non tamen ut est in se, sed ad modum alterius. Duplex ergo dubium est in praesenti. Primum: an vi alicuius luminis supernaturalis possint inueniri rationes demonstrantes existentiam mysterij Trinitatis: ita ut tali terminorum combinatione proponatur intellectui Deus vnus in Essentia, & Trinus in Personis, vel talia vniuersalia principia pateant euidenter intellectui, vti Filius luminis supernaturalis distincti à lumine gloriae, ut maneat omnino necessitatus ad assentiendum existentiae mysterij, vel saltem ad eam non negandam (prout verum fœdit praemissas euidentes necessitare ad assensum conclusionis, vel quoad exercitium, vel dicitur quoad speciem) quin intellectus, videat Trinitatem, aut intuetur, aut quidditatur, sed duntaxat ad modum alterius? Modo quo, ut supra dicebamus, cognoscimus modo euidenter Trinitatem existere, vel non existere. In hoc sensu, iuxta P. Vazquez, asseruit Raimundus Lullius posse Trinitatis existentiam demonstrari: videlicet vi alicuius luminis supernaturalis, nobis pro hoc statu collatis: quod est esse distinctum lumen gloriae. Etenim in hoc sensu loquutus fuisse Ricardum, Henricum, & Gerisem, sentiat Vazquez, & Suarez.

59 Secundum dubium est: An intellectus creatus vi alicuius supernaturalis luminis distincti, à lumine gloriae possit euidenter abstractiue cognoscere in alio Trinitatis existentiam: vel comprehendendo per se & simpliciter connexionem intrinsecam, & essentialem, quam habet quilibet effectus creatus cum Essentia Diuina communicabili tribus personis, necnò cum toto Deo sicuti est in se: vel (si hac connexio negetur) cognoscendo euidenter in se ipsa visionem beatificam: vel semel supposito quod, sicuti Verbum Diuinum assumpsit humanitatem Christi, ita pariter Pater, & Spiritus Sanctus assumpsissent alias duas humanitates, cognoscendo comprehendente tres vniones hypostaticas, ut distinctas inter se?

60 Dico 1. Nullo lumine supernaturali: imò neque ipso lumine gloriae possunt inueniri probationes, siue per propositionem mysterij Trinitatis sub tali terminorum combinatione: siue per propositionem talium, vel talium principiorum vniuersalium: quae ex vi propositionis talium terminorum conuincant euidenter intellectum creatum, ut assentiatur Trinitatis existentiae. Probatur hæc conclusio. Si praedictae rationes ex sola terminorum propositione conuincerent proposita intellectui creato perspicaci, & ad

earum vim attendenti, etiam si lumine supernaturali careret, eandem densiam mysterij Trinitatis causarent. Sed nullus creatus intellectus solo lumine naturali instructus eam euidenciam habere potest. Ergo prædictæ demonstrationes nullo supernaturali lumine possunt reperiri. Consequentia est legitima, & minor constat ex Scriptura, & Patribus, vt supra vidimus lect. 2. Maior ergo sic ostenditur. Demonstrationes, quæ ex terminorum propositione conuincunt, solum indigent, vt conuincant, earum propositione, & attentione intellectus. Sed prædictæ probationes possent proponi intellectui lumine naturali instincto, qui, & perspicacia naturali polleteret, & ad eas tota mente attenderet. Ergo, si prædictæ probationes ex sola terminorum propositione conuincerent, propositæ intellectui creato perspicaci, & ad earum vim attendenti, euidentiæ existentis mysterij Trinitatis causarent.

61 Dico 2. Potest intellectus creatus vi luminis supernaturalis distincti à lumine gloria cognoscere euidenter abstractiue Trinitatis mysterium in effectibus creatis. Probatur hæc conclusio. Potest intellectus creatus vi luminis naturalis euidenter intuitiue cognoscere omnia prædicata effectus cuiuslibet creatura vt nulla veritas intrinseca ipsi effectui maneat ignorata. Sed eo ipso cognosceret mysterium Trinitatis euidenter abstractiue in tali effectui. Ergo potest intellectus creatus vi luminis supernaturalis distincti à lumine gloria cognoscere euidenter abstractiue mysterium Trinitatis in effectui creato. Consequentia est legitima, maiorē probo, postea minorem probaturus. Lumine supernaturali distincto à lumine gloria potest intellectus creatus cognoscere omne id, quod potest cognosci, quin cognoscatur intuitiue, vel quidditatiue Deus ad quam solâ cognitionē intuitiua, vel quidditatiuam requiritur lumen gloria. Sed ad cognoscendas omnes, & singulas veritates, vt tales, quæ intrinsece reperiuntur in effectui creato, non requiritur visio intuitiua, aut quidditatiua Dei. Ergo potest intellectus creatus vi luminis supernaturalis euidenter intuitiue cognoscere omnes, & singulas veritates vt tales, quæ intrinsece reperiuntur in effectui creato. Probatur minor, in qua potest esse difficultas. Vt cognoscantur omnia, & singula prædicata effectus creati vt talia, solum requiritur potest, quod in illis cognoscatur Deus etiam secundum omnia sua prædicata. Sed cognoscere prædicata diuina, nõ in se ipsis, sed in effectui creato, non est cognoscere intuitiue, vel quidditatiue Deum, sed solum abstractiue. Ergo ad cognoscendas omnes, & singulas veritates, vt tales, quæ intrinsece reperiuntur in effectui creato, nõ requirent visio intuitiua, aut quidditatiua.

62 Probo iam minorē superioris syllogismi, videlicet, quod, si Intellectus creatus cognoscit intuitiue omnia, & singula predicata effectus creati, vt talia, eo ipso cognoscere debeat euidenter abstractiue mysteriū Trinitatis. Eo ipso quod cognoscatur intuitiue cōnexio metaphysica vnus cū alio, vt talis, debet cognosci euidenter abstractiue terminus eius modi cōnexionis. Sed predicata effectus creati sunt cōnexio metaphysica cū Trinitate, vt Trinitas est ex parte obiecti. Ergo eo ipso quod cognoscatur intuitiue omnia, & singula predicata, vt talia effectus creati, cognoscetur euidenter abstractiue Trinitas vt talis. Cōsequētia est legitima: & maior videtur lumine natura nota: siquidem euidenter est quod existēte eo, quod est metaphysicē inseparabile ab alio, existit illud. Ceterū quod predicata effectus creati, vt talia cōnectantur metaphysicē cum Trinitate, vt Trinitas est à parte rei, probatū manet scilicet. 2. huius quæst. Variæ solutiones adhibentur huic argumento.

63 Prima solutio, & quæ cōmuniō est, negat effectibus creatis cōnexionē intrinsecā cū Trinitate, ex eo nimirū, quia huius solutionis auctores existimant effectus creatos nō cōnecti cū Deo, nisi secundū illā rationē, secundū quā est causa creatorarū, in easque influunt. Cūque ex alio capite censeant Deū non concurrere ad effectus creatos, nisi secundū omnipotentiam tribus Personis cōmunem, inde inferunt creaturas non cōnecti cū Deo vt Trino, sed solum vt vno. Hæc solutio insufficientis est: tū, quia creatura cōnectitur intrinsecē, & essentialiter cū Deo secundū omnia predicata illa, & secundum quodlibet eorū, quo realiter deficiente, deficeret realiter creatura, & in chimæram abiret. Cumque, deficiente realiter Trinitate, deficeret realiter creatura, siquidē deficeret Deus, quo deficiente, creatura etiā deficere necesse est, exinde inferitur creaturā cōnecti realiter cum Trinitate. Tum etiā, quia negari nō potest creaturam cōnecti cum Essentia Diuina, vel saltem cum omnipotentia radicaliter communicabili tribus Personis. Ergo, si cognoscatur terminus creatus secundum suam intrinsecam cōnexionem, cognoscetur omnipotentia, vt communicabilis per identitatem tribus Personis: quod sufficit ad cognoscendum Trinitatis mysterium: quodque arguit creaturam cōnexam esse cum mysterio Trinitatis. Tum etiā: quia creatura cōnectitur cum eo, quod per se realiter requiritur ad existentiam creaturæ. Sed ad existentiam creaturæ per se realiter requiritur Essentia Diuina sicuti est, vt radicez omnipotentiam. Et ex alio capite Essentiæ, prout virtualiter distincta ab attributis, est radicaliter saltem communicabilis. Ergo creaturæ cōnectuntur cum Essentia vt

com.



communicabili. Ergo in creaturis ex vi suæ connexionis cognoscetur Essentia Divina vt communicabilis tribus Personis: quod est cognoscere Trinitatis mysterium.

64 Impugnatur etiam hæc solutio: quia, licet demus creaturas ex vi præcisæ prædicati creaturæ non dicere connexionem cum Deo Trino: negari tamen non potest aliquas creaturas ex prædicato aliquo speciali talem dicere intrinsecam, & essentialem connexionem. Nam unio hypostatica Christi Domini dicit intrinsecam connexionem immediatam cum Personalitate Verbi, & etiã unio nes possibiles Patris, & Spiritus Sancti dicunt connexionem essentialem cum Paternitate, & Spirationali: quando quidem unio ex conceptu suo essentialiter est inseparabilis ab extremis, quorum unio est. Ergo absolute concedendum est aliquas esse entitates creatas conexas intrinsecè, & essentialiter, & etiã immediate cum tribus Personalitatibus.

63 Secunda solutio est, quam tradidit P. Quirós tract. de Trinit. disp. 1. se&. 1. nimirum: non sufficere connexionem effectus creati cum Trinitatis mysterio, vt intellectus creatus ex vi evidentia intuitiva effectus creati habeat evidentiam abstractivam mysterij Trinitatis. Nam, licet unio hypostatica terminetur ad Personalitatem Verbi Divini, & talis unio cognoscatur evidenter intuitivè, cum non habeat illa unio quod in se, & in suo modo rãdendi, & communicandi effectum formalem humanitati, exprimat qualitatem, seu conditionem Personæ an, scilicet sit *vnus*: Deitatis cum Patre, vel *diverse*: nam solum est via communicandi infinitam Sãctitatem, neque vllam præstet specialem effectum eo, quod sit unio cum hac Persona genita, potius quam spirata: hinc, ea vnione comprehensa, limitante noticiã imperfectione obiectiva medij, solum scietur esse vnionem Personæ Divinæ; non tamen an hæc Persona sit genita, vel spirata, vel potius non procedens.

66 Hæc solutio dupliciter potest intelligi. Primo: quatenus asserat, quod, licet cognoscatur connectio metaphysica; vt talis, non tamen sufficiat ad cognoscendam Trinitatem, quæ est terminus talis connexionis. Secundo: quatenus doceat per nullum lumen supernaturale distinctum à lumine gloriæ posse cognosci connexionem metaphysicam, vt talem, quam habet unio hypostatica cum Personalitate Verbi Divini, potius quam cum altera Divina Personalitate, neque vllam aliam connexionem cum Trinitatis mysterio: quia vis suæ connexionis cum mysterio Trinitatis, quæ est in ipsa vnione hypostatica, vt apparenti per propriam speciem, amittit suam viam ex difficultate, quæ apparet in

in ipso mysterio ; quod est terminus prædictæ connexionis.

67 Solutio iuxta primum sensum intellecta absurda mihi videtur. Nam negari non potest eundem esse conclusionem ei, cui euidentes sunt præmissæ, ex quibus euidenter inferitur conclusio. Sed cognoscenti euidenter intuitiue connexionem metaphysicam, vt talem, cum mysterio Trinitatis, euidentes sunt præmissæ, ex quibus euidenter inferitur existentia mysterij Trinitatis. Ergo etiã euidens erit existentia mysterij Trinitatis. Consequentia est bona, & maior certissima; siquidem euidens in aliquo medio consistit in eo, quod euidens sit medium, ex quo euidenter inferitur extremum, quod est euidens in tali medio. Minor autẽ facile probatur. Nam cui euidens est connexio metaphysica alicuius cum Trinitate, V. g. connexio vnionis hypostaticæ cum Trinitatis existentia, euidens est, quod, si existat ea vnio, existet coniuncta cum mysterio Trinitatis: nam hoc dicitur formalissimẽ in suo conceptu connexio metaphysica. Deinde etiam euidens est existere eam vnionem. Ergo euidens sunt hæc duæ præmissæ: *Quotiescumque existit vnio hypostatica, existit Trinitas. Modo existit vnio hypostatica.* Sed ex his præmissis euidenter inferitur existere Trinitatem. Ergo cognoscenti euidenter intuitiue existere de facto connexionem metaphysicã, vt talem, cum mysterio Trinitatis, euidentes sunt præmissæ, ex quibus euidenter inferitur existentia Trinitatis.

68 Solutio intellecta iuxta secundum sensum, licet absurda non sit ; falsa tamen penitus est. Nam, licet appareat difficultas maxima in eo, quod vnum in Essentia, sit Trium in Personis, nihilominus non posse vnum in Essentia esse Trium in Personis, vt pote principium fallum, non apparet intellectui humano adeo euidenter verum, ac apparent principia metaphysica lumine naturæ nota. V. g. *Omne totum est maius sua parte. Quod libet est vel non est. Bis duo sunt quatuor*: imò, vt infra dicemus, potest intellectus creatus sibi ipsi relictus probabiliter tali difficultati satisfacere, ita vt, licet intellectui non constet veritas, aut falsitas illius principij, & licet ipsi appareat valde difficilis identitas distinctorum in tertio; nihilominus cognoscat non esse euidentem impossibilitatem prædictæ identitatis. Tunc sic. Difficultas, quæ probabiliter respondetur, non potest imitari vim cognoscibilitatis obiectiua, quando in se ipsa proponitur, & intellectus superiori, & clarissimo super naturalium lumine illustratur. Sed vnio hypostatica est cognoscibilis obiectiua euidenter sibi ipsi secundum omnia, & singula prædicata de ipsa intrinsecè verificabilia. Deinde intellectus illustratur in-

mine supernaturali superioris excellentie, & claritatis. Ergo difficultas, quæ non accedit ad euidenciam, non potest impedire quominus intellectus cognoscat euidenter quamlibet veritatem, quæ inaccessa sit huic vnioni hypostaticæ. *Sed connexio metaphysica cum mysterio Trinitatis est prædicatum intrinsecè conueniens vnioni hypostaticæ: ergo difficultas mysterij Trinitatis non impedit quominus intellectus illustratus lumine supernaturali distincto à lumine gloriæ cognoscat euidenter intuitiue vnionem hypostaticam etiam secundum hoc prædicatum: Connexio metaphysica cum mysterio Trinitatis.*

69 Confirmatur. Nam vnio hypostatica possibilis, quæ vniretur humanitas Christi Domini Personalitati Patris, & alia vnio possibilis, quæ eadem humanitas vniretur Personalitati Spiritus Sancti, ita comparantur cum vnione hypostatica Christi Domini, vt non aliter possint discerni vt distinctæ, nisi quatenus vna cognoscatur terminari ad Patrem, alia ad Filium, & alia ad Spiritum Sanctum. Tum sic: omnia distinctionem, quæ est inter vnam, & alteram creaturam, potest intellectus perfectissimus lumine superiori naturali illustratus perfectè, & intuitiue cognoscere, quin videat clarè Deum: nam videtur non negandum scientiæ infusa animæ Christi, quod cognouerit intuitiue suam vnionem hypostaticam euidenter, vt distinctam ab vnione hypostatica possibili inter ipsam humanitatem, & Personam Spiritus Sancti. Sed cognoscere euidenter intuitiue hanc distinctionem, est cognoscere euidenter abstractiue distinctionem Personarum. Ergo potest dari ea abstractiue euidencia vi alicuius luminis supernaturalis. Aduersus hanc sententiam.

70 Obijcit. Pater Quis. Veritas vnus obiecti non potest vi sua cogere intellectum ad assensum, nisi vi sua faciat ne oppositum appareat vt verum, Sed nullus effectus creatus potest ita comprehendi, vt tollat ne tanquam vera appareat impossibilitas Trinitatis. Ergo nulla veritas obiectiua effectus creati potest cogere intellectum ad assensum Trinitatis. Probatior minor, in qua est difficultas. Primo. Repugnantia vnus, & Trini apparet tanquam vera ex sola apprehensione terminorum. Sed veritas, quæ in ipsis terminis apparet, non potest destrui quoad apparentiam, nisi contrarium in se immediatè videatur. Ergo per cognitionem effectus creati non tollitur apparentia veritatis in repugnantia Trinitatis. Secundo: quia nulla veritas, quæ non apparet in se, apparet fortius, quam in apprehensione ipsorum terminorum resplendet. Ergo Trinitas non apparet fortius in effecta creato, quam appa-

apparet impossibilitas Trinitatis ex vi apprehensionis terminorū. Tertio: quia eo ipso, quod intellectus concipiat certam non esse evidentiam terminorum, formidare potest à paritate: sit ne certā omnis alia apparentia veritatis, quam in se non attingit. Ergo ex eo, quod non sit certa repugnantia Trinitatis, quæ repugnantia apparet ex terminis vera, potest etiam dubitari an sit certa existentia ipsius Trinitatis, quæ solum apparet vera in aliō distincto ab ipsa. Quarto: quia intellectus, nisi cognoscat in se intuitivē infinitum bonum, quantumvis cognoscat in alio, non impeditur quomolens possit apprehendere aliquam rationem mali, quo ab amore retardetur. Ergo similiter, nisi videatur veritas Trinitatis in se ipsa, non impeditur quod appareat aliqua ratio falsæ apparentiæ possit ab assensu retardari.

71 Hoc argumentum solum ad summum probat non posse cogi intellectum ex vi cognitionis evidentis creaturarum ut assentiatur Trinitatis mysterio, non tamen probat non habere intellectum sufficiens motum ut præstet assensum. Nam quod etiam in consortio cognitionis evidentis creaturarum, quæ connectuntur cum Trinitatis mysterio, appareat hoc ipsum esse falsum, dum non ulterius probetur repugnare omnino evidenter, probat solum quod dantur rationes suadentes Trinitatem repugnare: quod quidem non tellit, quod propeatur connectio creaturæ cum mysterio ut suadens eius existentiam. Quamobrem poterit saltem salvari, etiam admissis his probationibus ut efficacibus, quod intellectus humanus in effectibus creatis potest, nō solum apprehendere; verum et iudicare Trinitatis existentiam, tamen si possit etiam oppositum vi alterius motui pro sua libertate iudicare, quod quidem non admittit P. Quirōs.

72 Deinde argumento proposito respondeo: negando minorem primi syllogismi. Ad eius primam probationem: distinguo maiorem. Repugnantia *omnis*, & *Trini* apparet ut vera ex sola apprehensione terminorum: coniuncta cum qualibet notitia evidenti cuiuslibet effectus creaturæ: go: divisa à tali notitia apparet ut vera subdistinguo: apparentia evidenti, nego: apparentia non evidenti, concedo maiorem, & deinde distinguo minorem. Sed veritas, quæ in ipsis terminis apparet, non potest destrui quoad apparentiam, nisi contrarium in se immediate videatur: si appareat non evidenter, & solum divisa ab illa notitia, nego: aliter, omittō maiorem: & nego consequentiam.

73 Ad secundam probationem: distinguo antecedens si veritas appareat evidenter ex vi terminorum, adhuc coniuncta  
cum

eum alia noticia: concedo, aliter: nego antecedens, & nego consequentiam.

74 Ad tertiam probationem: nego suppositum, quod in ea continetur: videlicet, ex terminis apparere euidenter veram repugnantiam mysterij Trinitatis: nam, vt infra dicemus, falsum est dari apparentiam euidentem repugnantiam mysterij Trinitatis: præsertim in sensu composito notitiæ intuitiue perfectissimæ extremi essentialiter connexi cum existentia Trinitatis.

75 Ad quartam probationem: concesso antecedenti: nego consequentiam. Ratio disparitas est: quia voluntas ex se est potentia libera, & ideo non potest ad amorem obiectiue necessitari, nisi à bonitate simpliciter infinita, & intuitiue cognita. At vero intellectus, cum non sit ex se potentia libera, sed necessaria, necessitatur à qualibet veritate euidenter cognita, etiam abstractiue: quemobrem realitatis, quæ requiritur, vt voluntas non sit necessitata ad amandum, cum solum sit defectus infinitæ bonitatis, vt visa intuitiue, componibilis est cum euidentia, tum abstractiua infinitæ bonitatis, tum intuitiua bonitatis finitæ. At vero, cum falsitas, quæ requiritur ad tollendam necessitatem intellectus ad assentiendum, opponatur cuilibet euidentia metaphysicæ cuiuslibet veritatis: ideo ratio mali sufficiens ad libertatem solum potest excludi per euidentiam intuitiuam infiniti boni; at vero ratio falsi opposita assentiendi necessitati, aliter potest excludi, quàm per intuitiuam euidentiam veritatis. Porro, si hæc paritas efficax esset, probaret utique nullam euidentiam abstractiuam sufficere ad necessitandum intellectum ad assentiendum: sicue nulla euidentia abstractiua bonitatis sufficit ad necessitandam voluntatem ad amandum.

76 Obijcit secundo idem author. Nequit aliquod medium obiectiuum vt sua docere in cognitionem alterius, nisi quatenus illud participat, vel est ratio ipsum participandi. Sed nullus effectus creatus Trinitatem cum vnitatem sic participat, cum in nulla creatura quid propriè simile huic mysterio reperitur. Ergo nulla creatura potest esse medium obiectiuum vt sua ducens in cognitionem Trinitatis. Maiorem variè probat. Primo: quia de facto in nulla entitate connexa cum Trinitate, quantumvis cognita intuitiue & in se, cognoscitur Trinitas. Sed hoc solum potest provenire ex eo quod non participat in suo esse modum essendi Trinitatis. Ergo quod non participat modum essendi alterius, non potest esse medium obiectiuum vt sua ducens in cognitionem alterius

alterius. Secundò: in calefactione, quæ est a sole (sicut verè dicat ordinem, & specificetur à principio illuminationis, ut in se diversa sit calefactio, quæ procederet à calefactiuo puro, v. g. ab alio calore) adhuc nõ cognoscitur virtus illuminatiua: alias in hac calefactione possent cognosci omnia prædicata solis. At hoc solù potest provenire ex eo, quod calefactio solù à sole participat virtutem calefactiuam. Ergo effectus non est medium ad cognoscendum in causa prædicatum, quod à causa non participat.

77 Respondeo maiorem esse veram loquendo de intellectu nullo lumine supernaturali illustrato, falsam vero loquendo omnino vniuersaliter. Quem ad modum enim potest intellectus humanus lumine gloriæ illustrari, ut videat Deum in se ipso; cur non poterit alio lumine supernaturali inferioris ordinis illuminari, quod, licet non cognoscat Deum in se ipso; cognoscat tamen intuitiue in se ipso aliquem effectum creatum discernendo omnia, & singula eius prædicata, distinguendoque illud a quolibet alio effectu creato; quo cognoscat quoad existentiam (quod communiter dicitur quoad an est) existentiam Trinitatis? Nam evidens est (semel supposita sententia, quam etiam hic author defendit de connexionem intrinsicam, & essentiali effectus creati cum Trinitatis existentia) quod si penetraretur hæc connectio, Trinitas quoad an est iudicabitur. Ergo tota difficultas eo deuoletur: vtrum videlicet, Deus possit tale lumen supernaturale intellectui infundere, ut vi illius valeat penetrare hanc intrinsicam connexionem in se ipsa, quod lumen non extendatur ad cognoscendum Deum intuitiue in se ipso? Cum igitur in hoc conceptu nulla appareat repugnantia, quæ facile solui non possit, non video quo iure prædictum lumen repugnans existimetur.

## SECT. V.

*Verum mysterium Trinitatis sit contra lumen rationis naturalis?*

78 **H**Oc dubium (ut fateor) plus de nomine, quam de re habet. Et ut hoc constet, supponendum est primo, & modo nõ disputandum, nam supra id ex professo discurremus: nõ esse evidens lumine naturæ repugnare mysterium Trinitatis; nam, ut supra etiam docuimus: nullum est aduersus Trinitatem argumentum à ratione petitur, quod non possit solo naturali lumine dissolui. Quam ob rem, adhuc seclusa fide, nemo necessa-

rio cogitur ad negandam Trinitatis existentiam: ideo posset Angelus, si sibi in partibus naturalibus constituto Trinitatis mysterium proponeretur, de illo negativè dubitare suspendendo assensum circa illius veritatem, vel falsitatem, adhuc admissio, quod præmissæ necessitent quoad exercitium ad conclusionis assensum.

74 Supponendum est 2. quod, tametsi intellectus humanus sibi ipsi relicto non accessit ut ad negandam existentiam Trinitatis, nihilominus maxime in id propèdet, adeo, ut quilibet intellectus creatus, tum revelatione, tum lumine supernaturali defuitus, perpenis, & discussis pro vna, & altera parte rationibus purè naturalibus, longe magis inclinaret in negandam, quam in affirmandam possibilitatem mysterij: & si eam negaret non temere, sed prudenter operaretur.

80 Supponendum est 3. sub nomine rationis, & sub nomine luminis naturalis rationis, non intelligi veritatem obiectivam rerum; sed solum eam apparentiam obiecti viribus naturæ comparatam, vi cuius inclinatur intellectus in assensum, vel dissentium obiecti propositi. His suppositis.

81 Dicendum est primum mysterium Trinitatis non esse contra lumen evidens rationis. Probatur facile ex dictis. Esse contra lumen evidens rationis esset opponi alicui principio evidenti, ex quo legitime, & evidenter inferretur non esse mysterium Trinitatis. Sed mysterium Trinitatis nulli principio hac ratione evidenti opponitur. Ergo non est contra lumen evidens rationis. Minorè probo. Si aliquod esset evidens principium, cui Trinitatis mysterium opponeretur, maxime hoc. *Quæ sunt eadem uni tertio. sunt eadem inter se.* Sed hoc principium non est evidens, ut supra ex professo vidimus: imò potest pluribus responsionibus infringi. Ergo mysterium Trinitatis nulli principio evidenti opponitur.

82 Dicendum est 2. mysterium Trinitatis esse contra lumen rationis probabile. Probatur hæc conclusio. Esse contra lumen rationis probabile, est opponi alicui principio, quod, licet falsum in se sit, nihilominus ita apparet verum, ut intellectus humanus sibi soli relicto, adeo inclinetur in illius assensum, ut dicitur illi velle ei dissentire. Sed ita se habet hoc principium. *Quæ sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se* vniuersaliter sumptum, & adhuc similitudinationibus, quæ post notitiam mysterij Trinitatis illi adhibentur, & huic principio ita vniuersaliter accepto opponitur mysterium Trinitatis, vnde certum. Ergo mysterium Trinitatis est contra lumen rationis, non solum probabile; sed ferè evidens.

83 Confirmatur. Ideo commendatur fides Trinitatis, quia assensui huius mysterij multum refragatur humana ratio. Ergo oppositum huius mysterij, nempe impossibilitas Trinitatis, a deo apparet vera intellectui humano sibi relicto, ut facile admodum valeat ei dissentire; & consequenter a deo Trinitas apparet falsa, ut pene cogatur intellectus ei dissentire. At hoc est opponi luminisationis actuali probabili. Ergo mysterium Trinitatis est contra lumen rationis probabile, licet non contra rationem evidenter.

84 Explicatur ulterius hæc doctrina. Ratio naturalis dupliciter inducitur ex assensu unius ad assensum alterius. Primo ratione connexionis. Et hæc ratione ex inclinatione, & connexionone, quam cognoscit in causis respectu effectuum, movetur ad assentiendum effectuum existentia. Deinde etiam movetur ex similitudine ad assentiendum rebus, quas in se ipsis non attingit. Nam dum eas penitus per aliarum species cognoscit, naturaliter inclinatur ad iudicandum eas esse sicuti aliæ sunt, per quarum species eas cognoscit. Cum igitur in rebus nihil simile sit mysterio Trinitatis, & omnia, quæ in creatis uni tertio identificantur, etiam identificentur inter se; hinc intellectus lumine supernaturali, & revelatione destitutus, sibi que omnino relicto, movetur, ut iudicet etiam in Deo verum esse sine restrictione, aut limitatione aliqua illud principium. *Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se.*

85 Ex qua doctrina colligitur 1. attenda præcisè ratione naturali, probabile esse intellectui creato non dari mysterium Trinitatis, non solum probabilitate formali, verum etiam probabilitate fundamentali intrinseca, & obiectiva; non quidem probabilitate intrinseca connexionis, sed probabilitate similitudinis: quæ similitudo est sufficiens probabilitas fundamentalis respectu intellectum creatum.

86 Colligitur 2. nullatenus dicendum esse evidens esse non dari Trinitatis mysterium, quia, licet similitudo multum inclinet ad indicandam aliud extremum esse sicuti illud, per cuius species cognoscitur; non tamen cogit, nec impedit necessario dubium de eo quod ita sit vel non sit. Quare non absolute dicendum est Trinitatis mysterium esse contra rationem naturalem evidenter apparenter; sed solum esse contra rationem evidenter probabilem modo iam explicato. Hæc doctrina sic explicata sit satis argumentis, quæ objicit Illustrissimus Godoy aduersus hanc conclusionem disp. 83. §. 2. Sic ergo argumentatur prædictus author.



87 Ex hac sententia sequitur probabile esse quod Trinitas Personarum in vna essentia non sit. Consequens est absurdum. Ergo & antecedens. Sequela patet. Nam illi, quod opponitur rationi probabili de eo quod sit, probabile saltem est quod non sit. Tam vero minor, videlicet falsum esse quod probabile sit mysterium Trinitatis repugnare, probatur ab hoc authore.

88 Primam nam propositio contradictoriè opposita propositioni necessario vera non potest esse probabilis. Sed propositio affirmans mysterium Trinitatis est necessario vera. Ergo illius contradictoria nequit esse probabilis: & consequenter neque assensus negatiuus huius mysterij probabilis esse potest.

89 Secundo: nam, si est probabile mysterium Trinitatis non esse, etiam est probabile Deum mendacem, & falsum esse. Consequens est absurdum. Ergo, & antecedens. Probatur sequela. Si est probabile mysterium Trinitatis non esse, etiam est probabile falsam esse propositionem affirmantem illud. Sed Deus testificatur mysterium Trinitatis. Ergo est probabile Deum testificari falsum.

90 Tercio: quia nequit dissensus de aliquo obiecto esse probabilis, quando assensus ad idem obiectum est certus. Sed assensus de Trinitate certus est: siquidem: sese nequit falsus. Ergo dissensus de Trinitate nequit esse probabilis.

91 Respondeo: distinguendo maiorem. Ex hac sententia sequitur probabile esse quod Trinitas Personarum in vna essentia non sit: probabile esse probabilitate intrinseca, quæ fundetur in connexion, vel inclinatione intrinseca ad non esse Trinitatis: nego: quæ fundetur in dissimilitudine rerum omnium naturalium cum Trinitate Personarum, in vna essentia, & attenda solum ratione naturali: concedo maiorem. Iuxta quem sensum: nego minorem.

92 Ad eius primam probationem: distinguo maiorem. Propositio contradictoriè opposita propositioni necessario vere non potest esse probabilis: consistat autem ratione naturali: & loquendo de probabilitate, quæ fundetur in similitudine, aut dissimilitudine: nego: aliter: omitto maiorem. Et concessa minore: nego consequentiam.

93 Ad secundam probationem: omittis Instantijs, quæ contra hunc arguendi modum possent fieri: respondeo: distinguendo maiorem. Si est probabile mysterium Trinitatis non esse, probabile erit Deum esse mendacem: loquendo de probabilitate fundata in connexion, vel inclinatione intrinseca: nego: fundata in similitudine

aut dissimilitudine, sub distinguo: probabile erit Deum esse mendacem: sub hac expressione *Deus est mendax* nego: sub hac expressione *Deus non est Trinitas, & unus*: concedo consequentiam: vel si mavis, concessa maiori, & minori in sensu supra explicato: negetur consequentia: quia per hanc propositionem, *Probabile est hoc vel illud prædicatum*: non solum affirmatur fundamentum ad affirmandum realiter, & ex parte obiecti tale prædicatum; verum etiã habere fundamentum ad illud negandum sub expressione talis: quod non datur in nostro casu.

94 Ad tertiam probationem: distinguo similiter maiorem. Nequit assensus de aliquo obiecto esse probabilis, quando assensus est certus: loquendo de probabilitate à nobis explicata: & de certitudine, quæ solum sit repugnantia falsitatis: in quo sensu naturalis assensus Trinitatis est certus: nego: aliter omitto maiorem.

95 Sed instabis. Eriam est absurdum dicere quod stando rationi naturali, probabile sit intrinsicè non dari Mysterium Trinitatis. Sed hoc sequitur ex nostra sententia. Ergo nostra sententia infert aliquod absurdum. Maior probatur. Ut, cõsultã ratione naturali, probabile sit Mysterium Trinitatis nõ esse, requiritur quod obiecta cognita per rationem naturalem, potius in *non esse*, quã in *esse* Trinitatis inclinent. Sed obiecta naturalia non magis in non esse, quam in esse Trinitatis inclinant. Ergo, etiam sola ratione naturali consultã, non est probabile Mysterium Trinitatis non esse.

96 Distinguo maiorem. Absurdum est dicere, quod stando rationi naturali, probabile sit intrinsicè non dari Mysterium Trinitatis: si probabilitas intrinseca solum fundetur in dissimilitudine maxima rerum naturalium ad Trinitatem: nego: aliter: omitto maiorem. & iuxta eundem sensum distincta minori: nego consequentiam. Ad probationem maioris: nego maiorem vniuersaliter sumptam, quia non omnis probabilitas fundatur in cõnexionẽ, aut inclinatione; sed etiam potest fundari in maxima dissimilitudine rerum naturalium cum eo termino, cuius existentiã negatur assensus, vt iam supra explicatum est.

*De existentia & natura diuinarum processionum.*

**N**on solum personarum distinctionem; verum etiam processionem Filij à Patre, & Spiritus Sancti à Patre & Filio fides catholica docet. Quam ob rem postquam Essentia simplicitatem, & personarum distinctionem explicauimus, nunc processionem personarum suscipimus declarandam.

## SECT. I.

*Existentia processionum statuitur, & nonnulla loquutiones expendantur.*

**1** Patrem Æternum producere Filium: Patrem & Filium producere Spiritum Sanctum, fides catholica tenet, vt constat ex symbolo Nizeno, ex symbolo Athanasij, ex concilio Florentino, ex plurimisque alijs locis adductis à P. Suarez de Trinit. lib. 1. cap. 1. P. Valentia tract. de Trinit. disp. 2. q. 1. p. 1. p. 1. P. Vazq. in 1. p. disp. 108. cap. 2. & à pluribus alijs authoribus. Hanc veritatem catholicam negarunt Authoreani nostris temporibus quippe asserbant Christum Dominum non à Patre; sed omnino à se ipso esse Deum. Hanc ipsam heresim tradidisse Calvinum & Bezam sequutos Franciscum Stancarum suspicatur Genebrardus lib. 1. de Trinit. in medio. Verum, vt rectè docet Bellarminus tom. 1. lib. 2. de Christo cap. 19. Calvinus, & Beza in re processionem diuinam non negarunt; sed asseruerunt Christum Dominum non dicendum Deum de Deo, quia naturam non habet productam; sed solum communicatam. Qua propter videntur prædicti Hæretici solum quoad modum loquendi in hac parte à catholicis dissentire. Verum ante quam ultra progrediamur, oportet aliquas loquutiones expendere circa processionem diuinam, vt argumenta præcidantur, quæ fieri possunt aduersus hanc catholicam veritatem.

**2** In primis contra Calvinum, & Bezam dicendum est Filium; nec non Spiritum Sanctum esse Deum de Deo, omnipotentem de omnipotente &c. Tum quia hic est modus loquendi Scripturæ, Conciliorum, & Patrum. Tum quia Filius ab eo habet esse Deum, à quo accipit communicatiue Deitatem. Sed Filius habet communicatiue Deitatem à Patre: quandoquidem Pater communicat Deitatem Filio. Ergo Filius habet à Patre esse Deum. Ergo est Deus de Deo. Et idem ob

eandē rationē dictūmputa de Spiritu Sancto. Maior, in qua poterat esse difficultas, probatur. Ab eo, à quo Filius accipit communicatū Deitatem, habet esse hoc suppositū *Filius*. Ergo, & esse Deū, quia esse Filium Dei includit esse Deum.

3 Ceterum non dicendum est in abstracto Filium esse Deitatem de Deitate, Sapientiā de Sapiencia, &c. quia non est ab aliquo, nec de aliquo, id, quod nullo modo distinguitur ab illo aliquo. Cūque essentia Filij in abstracto accepta non distinguitur ab Essentia Patris, neque Sapiencia vnus a Sapiencia alterius; sed solū suppositum in concreto acceptum; nempe Filius: hinc fit Filium non esse Deitatem de Deitate; sed esse Deum de Deo; quia ad hoc sufficit quod suppositum; quod realiter, & virtualiter est Deus Filius, distinguitur realiter, & virtualiter a supposito, quod est Deus Pater; a quo Deo Patre Filius accipit communicatue Deitatem.

4 Cum hoc recte stat Filium, & Spiritum Sanctum esse *ens à se*. Ratio est: quia esse *ens à se* non excludit esse ab alio vt à principio; sed solum esse ab alio vt a causa; hoc est esse ab alio non eiusdē essentia, seu accipere ab alio esse limitatum, & finitū iuxta diuersas explicationes essendi propriē effectum. Ceterum cum Filius, quamvis sit a Patre, non tamen sit a Patre tanquam a causa, sed solum vt principio, neque sit a Patre habente aliam essentiam; sed eādēdem cum Filio: hinc fit Filium esse *ens à se*, & non ab alio, eo sensu, quo dicitur esse de ratione Dei quod, sit *ens à se*, & non ab alio.

4 Secundo negandum est contra Arianos Filium, & Spiritū Sanctū esse ex nihilo. Ratio est: quia tunc aliquid dicitur esse ex aliquo & non purē ex nihilo, cū producitur ex aliquo præsupposito, quod manet in producto. Sed Filius ita producitur, vt ad eius productionem præcedat in Patre prioritate originis essentia, quæ communicatur Filio, consequenterque manet in eo. Ergo Filius non producitur ex nihilo; sed ex essentia Patris.

5 Tertio negandum est Filium causari, seu dependere a Patre: & idē semper intellige de Spiritu Sancto respectu Patris, & Filij. Ratio est: quia *dependentia*, & *causatio*, prout accipitur a latinis; (quidquid sit apud Græcos) dicit limitationem illius, quod dependet & causatur. Cumque Filius, vt pote Deus nullam limitationem habeat; ideo neque effectus, neque causatus dici potest. Neque quod Filius non possit existere absque Patre præsupposito infert dependentiam Filij a Patre: quia *dependentia* non solum dicit indigentiam vt cumque alterius, sed indigentiam alterius vt extranei, & diuersæ naturæ. Cum igitur Pater non habeat naturam extraneam Filio: hinc fit Filium non dependere à Patre.

6 Quarto: non est dicendum personam productam proprie esse in potentia ad recipiendum aliquid: quia hæc loquutio sonat potentiam physicam ad recipiendum aliquid distinctum a recipiente, & perfectiorem illius, vel saltem potentiam logicam ad existendum coniunctam, vel coniungibilem cum carentia existentia. Cum igitur persona producta neque recipiat aliquid distinctum à sua existentia; neque ita sit potens existere, ut defacto in aliqua duratione non existat: ideo proprie loquendo persona producta non est in potentia. An vero persona producens sit in potentia ad producendum, infra discutimus.

## SECT. II.

*Utrum Filius, & Spiritus Sanctus procedant per intellectum  
& voluntatem?*

7 **S**IT nostra conclusio. Filius procedit à Patre per intellectum: & Spiritus Sanctus à Patre, & Filio per voluntatem procedit. Declaratur hæc conclusio. Ita Pater producit Filium, ut intellectus per se ad talem productionem concurrat, vel ut principium, vel saltem ut conditio per se præsupposita: ita ut, si mente naturam diuinam ab intellectu in Patre præscindamus; rationem principij, saltem ut proximè expediti ad producendum Filium, nequaquam inueniemus. Et idem est si in Patre, & Filio respectu Spiritus Sancti fiat præcisio inter naturam, & voluntatem. Ita que aliquid est in personalitate Filij, in quo resplendat intellectus Patris & aliquid est in personalitate spiritus Sancti, in quo reluceat voluntas Patris, & Filij. Nec enim ea ratione se habet intellectus in Patre, & voluntas in Patre, & Filio, qua se haberet intellectus in calore ad producendum calorem, calu quo calor esset intel ligens.

8 Probatur hæc conclusio contra Durandum, qui oppositum docet in 1. dist. 6. q. 2. Primo ex verbis Scripturæ, in qua Filius dicitur Verbum Dei: *In principio erat Verbum.* Ioan. 1. *Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater Verbum & Spiritus Sanctus.* 1. Ioan. 5. *Et vocatur nomen eius Verbum Dei.* Apocalyps. 19. Verbum autem non procedit nisi à loquente. Ergo per intellectum. Tum quia Deus non habet aliud os, per quod loquatur. Tum quia loqui est manifestatio illius, quod intelligitur, ad id manifestandum directa.

9 Confirmatur ex mente Patrum: qui communiter ex eo quod Filius sit Verbum Dei colligunt procedere ex mente, cogitatione, sensu, & vi enuntiativa. Ita clare Basilius homil. 17. ad illud *In principio erat Verbum* post medium: ait enim. *Cur verbum? Ut quod ex mente procedit ostendatur.* Dyonisius tam in 1. quam in 2. volum. fuisse declarat similitudinem Verbi procedentis ex mente apud Athanasium epistola de sententia Dionysij Episcopi Alexãdrii contra Arianos non longe ante finem. Peculiariter notanda sunt illa verba. *Estque mens: quia per se existit Verbi Pater. Verbum autem veluti filius mentis: quod ut ante mentem existerit impossibile est, ita nequaquam sine ea, sed una cum ea stetit, & ab illa progeneratum est.* Eodem quoque modo Pater maximus & in solidâ mens filium suum Verbum, interpretem, & nuntium sui habet. Vnde Athanasius infert quod Dionysius Verbum proprium substantiæ Patris esse doceat, idque eadem ratione, qua Verbum ex mentis substantia:

10 Eandem explicationem amplectitur August. docens Filium procedere per intellectum, & Spiritum Sanctum per voluntatem: quia enim habet lib. 15. de Trinit. cap. 6. prope finem. *Illic (videlicet in animo nostro) intelligendo conspiciamus tanquam dicentem, & Verbum eius, id est Patrem, & Filium, atque inde procedentem charitatem utriusque communem, scilicet Spiritum Sanctum.* Et post pauca concludit. *Ecce ergo Trinitas sapientia, scilicet, & notitia sui, & dilectio sui. Sic enim, & in homine inuenimus Trinitatem: id est mentem, & notitiam, qua se nouit: & delectationem, qua se diligit.*

11 Hanc eandem explicationem tradunt Irenæus lib. 2. aduersus hæretes. Nazianzen. orat. 36. quæst. 4. de Theolog. proprius ad finem quam ad medium. Chrysostomus orat. 1. de illo Euãgelico oraculo *In principio erat Verbum.* Nilenus oratione cathedetica cap. 1. sub initio, & epistola contra Apollinarem, quæ est de imagine, & similitudine, proprius ad medium quam ad initium Theodorus Ancyræ Episcopus homil. in natali Saluatoris, quæ habetur in Concilio Ephesino illius cap. 10. in principio paulo post medium homilix. Athanasius contra gregales Sabelij paulo post principium. Eusebius Cesarientis de præpar. Euãgel. lib. 1. cap. 10. Cyrillus Alexand. lib. 1. in Ioan. cap. 3. paulo post medium, & dialogo de Trinit. lib. 2. inter medium, & finem. Theodoretus in Epitome dinorum decretorū cap. 2. Damascen. lib. 1. fidei cap. 6. in medio. Laëtantius de vera sapientia lib. 4. cap. 8. & 9. Ambros. lib. 1. de Fide ad Gratian. cap. 3. post medium. Fulgentius lib. 3. ad

Monimum cap. 7. in medio. Anselm. in monolog. cap. 4. Iſidor. lib. 7. etimolog. cap. 2. circa medium.

12 Probatur 2. quia Filius propter peculiarem rationē dicitur in sacris litteris *sapientia Dei*: ideo loquens scriptura de Sapientia Dei dicit: *vapor est virtutis Dei, & emanatio quaedam est claritatis omnipotentis Dei*: *sincera*: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit: *candor est enim lucis aeterna, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius*. Sap. 7. *Ego ex ore altissimi patris primo genita ante omnē creaturā*. Ecclesiastic. 24. & quae sequuntur in eo capite. Quae testimonia de filio Dei vt Verbo Dei Xistus Papa 2. intelligit in epistol. ad Gratū Episcopū, quae habetur post Carthaginense Conciliū tom. 1. Similiter etiā intelligunt orietales Episcopi can. 5. Quae confirmat Hitarius lib. de Synod. colum. 8. Ergo processio Filij peculiari aliqua ratione est per intellectum alioqui ineptē Sapientia Dei appellaretur.

13 Eadem ratione, qua Filius Dei *Sapientia*, Spiritus Sāctus ipsius Dei dilectio dicitur. Ita expressē Aug. lib. 6. de Trinitate cap. 5. vbi ait. *Spiritum Sanctum, quo genitus a generāte diligitur, genitoremque suum diligit*. Hanc doctrinam admittunt Concilium Toleranum 11. cap. 1. & Vormaticense in confessione fidei, & Lateranense sub Martino V. consultat. 2. ad confirmationem doctrinae ibidem tradita. Hanc sententiam adeo expressē docet D. Thomas vt eam a fide catholica doceri existimet: nam, cum quæst. 27. art. 1. dixisset processionem esse secundum emanationem intelligibilem, subdit: *& sic fides catholica ponit processionem in Deo*.

14 Probatur tertio eadem conclusio: quia, si processiones in diuinis non essent per intellectum & voluntatem, plures conclusiones Theologicae tuerent omnino. Primum enim, vt infra videbimus, non redderetur ratio, cur processio secundae personae sit generatio, potius quam tertiae personae processio: & consequenter non redderetur ratio cur Verbum sit Filius, potius quam Spiritus Sanctus. Secundo non esset ratio, quare nomina imaginis, sigilli, characteris, & speculi, potius filio quam Spiritui Sancto conuenirent. Tertio: non esset ratio discriminis inter vtranque processionem. Quarto: neq; esset ratio quare vtra processio esset alia, & non essent plures. Omnia haec decurſu huius tractatus clariora fiēt: quādo quidē omnia haec ex eo quod processiones sint per intellectū, & voluntatē, suam explicationem, & intelligentiā accipiunt.

15 Ob. has rationes, & authoritates, sententiā Durandi acriter carpunt Theologi. Eam appellant erroneam Molina, & Valentia: hic in controuersia de Trinitate lib. 2. cap. 4. §. ceterum: ille in

T. 6. q. 27. art. 5. disp. 2. § *sententia hæc*. Vazq. in præfati disp. 101 ait saltem in modo loquendi hæreticâ videri, Suarez lib. 1. de Trinitate. cap. 5. num. 4. appellat temerariam, & errori proximâ: & hæc censurâ communiter sequuntur Scholastici.

16 Durandus, ut potissimâ nostræ probationi ab auctoritate Scripturæ & Patrum, satisfaciât, respondet in 1. dictâ dist. 7. quæst. 2. num. 18. dictam esse à Patribus Filium, & Spiritum Sanctum procedere per intellectum, & voluntatem, non secundum proprietatem; sed *secundum accommodationem, & adaptationem*. Vnde consequenter dist. 27. quæst. 3. num. 6. & 10. colligit Verbum Diuinum propriè esse aliquid essentialè; sed *ex appropriation* (ait) *trahitur ad personale, ut sapientiæ: propterea que personam Filij non esse propriè Verbum: similiter que personam Spiritus Sancti non esse propriè amoris; sed hæc nomina personis Diuinis adaptari propter illa, quæ videmus in Trinitate creata, quæ attenditur secundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem.*

17 Hæc solutio falsa, & periculosa in fide est: quia detorquet scripturæ verba absque sufficienti fundamento ad sensum metaphoricum in materia omnium grauißima: quod alienum debet esse à viro Theologo. Secundo, S. Ioannes cap. 1. absque vlla restrictione ait. *In principio erat Verbum: & rursum, & Verbum caro factum est*. Cum autem certum sit Euangelium Ioannis, & præfertim hoc exordium, eo tendere, ut nobis diuinitatis, & mysterij Trinitatis præbeat notitiam: dicendum est Ioannem in sensu proprio loquutum fuisse: alioqui absurdissimè procederet; quia duo præstantissima Euangelij mysteria, videlicet Trinitas, & Incarnatio, traherentur metaphoricè, & improprie, perinde ac si diceret *Agnus caro factus est. Vitis vera facta est caro.*

18 Tertio: quia hæc explicatio negans filio Dei Verbi proprietatem est, manifestè contra Patres qui omnes ita loquuntur de Verbo Diuino, quasi pro comperto supponentes esse propriè ac vere Verbum, signantius loquuntur Clemens Romanus epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini circa medium: ubi ait *Patris vere factus est Verbum*: ubi aduerbium *verè* non solum ad *filium*; sed etiam ad Verbum, referri potest, ac debet. Athanas. orat. 2. contra Arianos pag. 6. dicit *Verbum verum, & unicum Dei*: & tota illa oratio, & tres sequentes ostendunt propriè, & verissimè Filium esse Verbum Dei, Basiliius lib. 3. contra Eunomium prope medium ait. *Es Deus natus est Verbum non humanum; est autem verbum vere*. Magis ex professo Cirillus lib. 7. Thesauri cap. 1. & ex illo Cyprianus sig. decade. 4. cap. 9.



19 Deinde adeo certum est apud P.P. Filium Deivelle Verbum, vt, hac veritate supposita, illam declarare intendant ex eo quod producatur per intellectum. Qua propter omnes hi Patres nostram doctrinam confirmant. Hac ratione vtitur Augustinus lib. 15. de Trinit. & plures alij, quos adducimus, dum infra discutiamus: quare secunda persona potius quam tertia sit filius. Nō tamen modo omittam Anselmum in Monologio, qui cum a cap. 30 vsque ad 35. probasset Verbum à Deo procedere per intellectum, & perfectionem sui & creaturarum, postea in cap. 45. concludit *si- quez filium esse verum Verbum*. Non ergo improprium, vt vult Durandus.

20 Obijcit 1. Durandus. Si Filius procederet per intellectum, & Spiritus Sanctus per voluntatem, actus intelligendi, & volendi vel essent productiones, vel eorum principia. Neutrum potest dici. Ergo processiones in diuinis non fiunt per intellectum, & voluntatem.

21 Quod intelligere, & velle nō possint esse ipsæ productiones, probatur tripliciter à Durando. Primo. Productiones sunt actus notionales. Intelligere, & velle nō sunt actus notionales; sed essentialis. Ergo intelligere, & velle non sunt productiones actuales. Secundo si intelligere, & velle essent productiones, cui conueniret intelligere, & velle, conueniret etiam producere Filium, & Spiritum Sanctum. Sed omnibus personis conuenit intelligere, & velle. Ergo omnibus personis conueniret producere Filium, & Spiritum Sanctum, quod est hæreticum. Tertio: quia productiones debent distingui à terminis productis. Sed intelligere, & velle nō distinguuntur realiter à terminis productis, nempe Filio, & Spiritu Sancto. Ergo intelligere, & velle non sunt productiones Filij, & Spiritus Sancti.

22 Quod autem intelligere, & velle non sint principia, probat Durandus: quia iuxta Aristotelem actus immanentes apti non sunt vt ex eis vterius aliquid oriatur. Sed intelligere, & velle sunt actus immanentes. Ergo inepti vt ex eis aliquid vterius oriatur. Ergo non sunt principia.

23 Responderi potest primò negando primam maiorem nempe quod vt Filius, & Spiritus Sanctus procedant per intellectum, & voluntatem, requiratur quod actus intelligendi, & volendi vel constituent productiones actuales, vel eorum principia. Hoc inquam non requiritur; sed sufficit quod actus intelligendi, & volendi se teneant pro priori per modum conditionis per se requisitæ: hoc est quod actus intellectus, & voluntatis dirigant ad dictionem, &

(spiga)

Spirationem. Ut autem existant pro priori dirigendo, non requiruntur quod constituent ipsam productionem, aut principium, sed præcisè quod se teneant ex parte principij; non ut constitutiva illius in esse principij præcisè, sed in esse principij expediti positivè ad operandum; multi enim auctores asserentes contra Durandum Filium, & Spiritum Sanctum procedere per intellectum, & voluntatem, negant nihilominus (quos nos etiam sequimur) & quod intellectio, & volitio constituent productiones, & etiam quod constituent principium immediatum, & *ut quo.*

24. Potest responderi secundo: *intelligere, & velle* se tenere vel ex parte principij, vel ex parte productionis actualis: quin argumenta Durandi prout ab ipso proponuntur aliquid absurdum nos concedere cogant. Si enim ex parte productionis actualis sint *intelligere, & velle*, dicendum est *intelligere, & velle*, non se solis, sed prout conveniunt cum relationibus esse productiones. Unde, quamvis *intelligere, & velle* secundum se sint actus essentialis, hoc non obstat quominus prout conveniunt cum relationibus constituent productiones: si quidem potest dici productionem non esse adequatè aliquid notionale; sed tantum inadæquatè. Deinde cum intellectio, & volitio non sint adequatè tota productione ideo non ubicumque reperiantur *intelligere, & velle*, reperietur productio: quia productio aliquid aliud involvit. Præterquam quod quamvis *intelligere, & velle* essent adequata productio, non tamen ubicumque reperiantur productio, ideo necessario reperienda est denominatio *producentis*: quia ad denominationem requiritur capacitas subiectis; quæ capacitas non reperitur in omnibus personis.

25. Deinde, dato, & non concessio, productionem distinguendum debere a termino producto: non inde inferretur *intelligere* ita distinguendum debere, si *intelligere* non esset totum *producere*: quia propter solum inferretur esse constitutum illius, quod distinguetur, sicut: essentia identificata Filio constituit Patrem, qui distinguitur a Filio. Hæc dixi, non quia modo definiam intellectio, & volitionem essentialis, constitutivæ productionem actualem: hoc enim infra distantiam; sed ut ostendam argumenti Durandi inefficaciam.

26. Præterea potest dici intellectio, & volitionem serenerè ex parte principij. Quod autem objicit Durandus, parum roboris habet: fallum enim est esse de ratione actus immanentis carentiam secunditatis quia, licet secunditas non reperiantur in actibus immanentibus creatis, de quibus agit Aristoteles, hoc tamen non tollit quo minus in divinis inveniatur. Sicut enim natura intellectus & voluntatis in creatis apud Durandum nullum esse sum, seu terminum pro-

dictum habet substantialem; secus autem in divinis: cur respectu actus immanentis idem dici non poterit? Praesertim cum in divinis decretum divinum efficax vel sit ipsa creatio, vel saltem eius principium: quod non accidit in creatis.

27 Obijcit secundo Durandus. Non minus secunda est natura divina, quam natura humana. Sed natura humana se ipsa immediate producit effectum. Ergo, & natura divina. Respondeo primo: omittere maiorem in sensu reali, non tamen in sensu formali: cum enim in sensu reali intellectio, & volitio non sint essentialiter diuinam: hinc fit quod in sensu reali producat immediate effectum quod immediate producant intellectio, & volitio.

28 Respondeo secundo: maiorem esse veram omnibus perfectis; non tamen secundum omnia sigillatim: hoc est naturam habere fecunditatem perfectiorem, quam creaturas: tum quia non indiget aliquo a se distincto ut producat: tum quia absque contrario, & absque difficultate producit: tum quia producit aliquid infinite perfectionis. Et ob alias rationes, quas quisque facile poterit expendere.

29 Obijcit tertio. Natura divina prior est sua intellectio, & volitione. Ergo, cum sit infinita, prius intelligitur fecunda, quam intelligens, & volens. Respondeo: admissio antecedente: distinguendo consequens. Ergo prius intelligitur fecunda radicaliter concedo; formaliter, nego: fecunditas enim radicalis, non vero formalis, est quae pertinet ad perfectionem essentialem.

30 Obijcit quarto. Ad intellectum solum pertinet actus, quo intelligit, & productio talis actus: caetera namque per accidens ad intellectum se habent. Sed Filius non est actus, per quem Pater intelligit, ut constat ex Augustino. Ergo Filius non producitur per intellectum. Respondeo ad intellectum non solum pertinere intelligere, verum etiam loqui mentaliter: cumque loqui sit actus intellectus: ideo productio Filii ad intellectum pertinet: in creatis autem loqui sibi & intelligere omnino idem sunt virtualiter; secus in divinis: rationem infra dabimus.

31 Obijcit quinto. Pater producit Filium per generationem. Ergo per naturam: quia generatio est a natura. Confirmatur ex Hilario lib. 1. de Synodis, & ex Aug. lib. 15. de Trinit. cap. 2. & ex alijs Patribus asserentibus tum Verbum esse Filium naturae: tum Patrem naturam producere Filium. Ergo Pater non producit Filium per intellectum prout naturam consequitur, sed per naturam prout intellectum praecedit.

32 Respondeo praedictos PP. tantum docere Verbum esse Filium naturalem, non adoptivum: consequenterque in productione Verbi

verificari esse originem viventis a vivente à principio comanēto in si-  
 militudinem natura. Qua autem ratione id verificetur de Verbo,  
 potius quam de Spiritu Sancto: & etiam qua ratione id verum sit,  
 quamvis processio Verbi sit per intellectum, intra docebimus, dū  
 rationem quare Verbum sit Filius explicemus.

SECT. III.

Utrum Filius, & Spiritus Sanctus procedant per intellectu-  
 nem, & volitionem?

33 QVem admodum procedere per intellectu, & voluntate  
 requirit intellectu, & voluntatem esse principia, vel sal-  
 te constituere signū fecunditatis proxima, & expedita, vt spe-  
 ciali modo tribuantur intellectui, & voluntati, sicut vt conditioni-  
 bus, productio Filij, & Spiritus S. ita similiter procedere Filiū per  
 intellectum (& idē suo modo dicendū est de Spiritu S.) importa-  
 bit intellectu esse principium immediatū Filij, vel sicut ita prae-  
 quiri vt conditionē, vt speciali modo tribuatur intellectui pro-  
 ductio Filij, & in productione Filij peculiari modo resplendat  
 intelligere actuale Patris.

34 Scotus cōcedit processiones esse per intellectu, & volunta-  
 tem, negat tamen esse per intellectu, & volitionē: nam in 1. dis. 2.  
 q. 7. *Subicitur* asserit intellectu paternū equē respicere duos actus  
 qui inter se ordinē habeant: nēpe intellectu, & dictionem. Qui  
 actus ita se habent, vt uterque habeat pro principio memoriā fecū-  
 dam Patris, neuter autē habeat alterū pro principio aut conditio-  
 ne peculiari, sed solū intellectu in actu primo: nā memoria fecūda  
 iuxta Aug. & alios nihil aliud est quā intellectus in actu primo ad  
 suos actus. Idē simili ratione constituit in voluntate divina: asserit  
 enim voluntatē habere duos actus nullā inter se connexionē haben-  
 tes, videlicet amorē, & Spirationē. Igitur Filius, & Spiritus S. iux-  
 ta Scotū procedunt ab intellectu, & voluntate in actu primo; minū-  
 tē vero ab intellectu, & volitione (hi enim actus solū presuppo-  
 nuntur eo generali modo, quo essentialia praecedunt notionalia)  
 quia intellectu, & volitio, iuxta ipsū, quasi disparato modo se ha-  
 bent in ordine ad *Dictionem, & Spirationem*: quae sunt processio-  
 nes, per quas Pater producit Filium, & uterque Spiritum Sanctum.

35 Hae sententia impugnat primo ab autoritate Patrum:  
 qui cōmuniter asserunt Patrem cognoscendo producere Verbum, &  
 Patrem & Filium amando producere Spiritū S. Hae autē loquutio  
 aliquē ordinē monstrat inter cognoscere, & producere Verbum: & in-  
 ter amare, & producere Spiritū S. Ergo intellectus & volitio nō disparatē se  
 habent.

habent in ordine ad productiones Filij, & Spiritus Sancti. Confirmatur: quia, vt rectè notat Pater Zunniga, PP. qui docent personas procedere per intellectum, & voluntatem, vltra hoc etiam dicunt procedere per intellectiōem, & volitionem, vt Basil. homil. In initiū Ioan. Cirillus lib. in Ioan. cap. 5. Theodor. lib. 2. ad Græcos, & alibi sæpe. At illa particula *per* non significat nisi aut principium, aut productionem, aut conditionem per se requisitam. Ergo iuxta Patrum doctrinam non possunt intellectio, & volitio per accidens, seu disparatè se habere respectu productionū Filij, & Spiritus Sancti. Inter alios Patres clarissimè loquitur Athanasius oratione contra Gregales Sabelij, vbi ait. *Ex sapientia vti que vt sapientia sapientia ista ortum trahit.* Ergo Verbum iuxta Athanasium procedit ex sapiente reduplicatiuè vt actū sapiente, & intelligente.

36 Secundo quia Theologi omnes, dum quarunt an Filij, & Spiritus Sanctus procedant ex cognitione, & amore creaturarum, planè supponunt procedere ex cognitione, & amore aliquo: aliter enim inuutilis esset questio. Quam questionem etiam disputat ipse Scotus in 1. dist. 32. q. 1. §. *ad primum dico.* Ergo quod processiones sint per actus intellectus, & voluntatis, debet supponi, vt communiter statutum à Theologis.

37 Tercio: quia Theologi cum D. Thom. 2. p. q. 27. art. 3. probant duas tantum esse processiones in Deo ex eo quod duas tantum sint actus immanentes, nempe intellectio, & volitio. Si autè processiones non essent per intellectum, & voluntatem, nulla ratio esset, quare non possent esse plures processiones: cum enim processiones essent alia exercitia intellectus, & voluntatis distincta ab intelligere, & velle, & nullum ordinem consuetudinis cum intellectiōe, & volitione, omnino impertinèter se haberèt inter se: qua propter dualitas harum operationum *intelligere, & velle* nulla ratione argueret dualitatem processionum.

38 Quarto efficacius à priori. Processio Filij est loquutio (vt concedit ipse Scotus) qua Pater loquitur ad Filium. Sed de conceptu loquutionis est quod fiat per intellectiōem. Ergo productio Filij est per intellectiōem. Maior constat ex omnibus auctoritatibus, quibus constat Filium esse Verbum. Minor vero probatur quia de ratione loquutionis est vt fiat ratione dirigente: nulla autè est alia rationis directio præter intellectiōem eius, quod verbo manifestatur. Hac ratione dicitur explicat Verbum diuinum ad similitudinem nostri Verbi vocalis Basil. homil. 60. ad illud Ioan. 1. *In principio erat Verbum* vbi hæc habet. *Cur Verbum? Quoniam imago est Genitori, totum in se monstrans genitorem. Quem admodum scire*  
*Verbum*

Verbum nostrum, quod totius nostrae cogitationis imaginem refert: quae enim seipsum cor nouimus, hac verbo proferimus; & quod loquimur exemplar habet eius, quod corde gerimus: ex cordis enim abundantia verbum pronuntiat, nam cor nostrum veluti fons est; Verbum vero emissum, veluti riuus à fonte.

39 Confirmatur primo: quia de ratione loquutionis corda re & sapiētis, est quod ille, qui loquitur sciat quod loquitur modo sufficienti, vt pro signo loquutionis intelligatur prudēter, & scienter loqui. At hoc est loqui per intellectiōem. Ergo Verbi diuinū loquutio est per intellectiōem.

40 Confirmatur secundo à paritate loquutionis, qua Deus loquitur creaturis. Vt enim prudenter positivē loquatur, non sufficit suū testimoniū quasi physicē ratione Deitatis, vel aliunde cōnecti cum obiecto representato; sed vltterius requiritur verbū exterius fieri rationis directione, ita vt loquatur Deus id, quod scit: imò ex hoc capite apprehendimus infallibilitatē diuinū testimoniū: videlicet quia scientia, qua dirigitur, est infallibilis: & aliūde verax est, quare mēdaciū proferre nō valet. Ergo etlā vt Pater positivē prudenter, & cordatē loquatur Filio, nō sufficit productionem Verbi physicē connecti cum scientia diuina, vel cum veritate obiectina; sed vltterius requiritur hanc loquutionem ratione, & sapientia dirigi positivē: quod est formalissimē processionē esse per intellectiōem.

## SECT. VI.

*Processiones non in voluunt virtualiter intellectiōem, aut volitionem.*

41 **S**emel statuto processiones Filij, & Spiritus Sancti esse per intellectum, & voluntatē, nec non per intellectiōem, & volitionem: nunc definire oportet an intellectus, & voluntas, sine intelligere, & velle, se teneant ex parte ipsius productionis ita vt adaequatē, vel inadaequatē constituant productiones: vel tantū se teneant ex parte principij. Sit nostra conclusio, quā titulo sectionis prefiximus, nepe productionem Filij, & productionem Spiritus Sancti, ne inadaequate quidē in intellectiōe, & volitione consistere rimō nihil essentialē, seu commune involuere. Hanc sententia tenet Pater Molina in 1. p. quaest. 77. art. 3. disp. 4. & quaest. 40. art. 2. disp. 2. memb. 3. P. Valentia quaest. 1. punct. 4. P. Suarez lib. 2. cap. 2. P. Zunniga disp. 2. dab. 7. memb. 2. & plures RR.

43 Probatur hæc conclusio. Primo ab authoritate Magistri in 1. dist. 28. ubi ait. *Generatio, & Natiuitas alijs nominibus sicut Paternitas, & Filiatio* Atque Generatio iuxta ipsum Magistrum est processio actiua, & natiuitas est processio passiva. Ergo iuxta Magistrum processiones actiua, & passiva non distinguuntur à Paternitate, & Filiatione. Denique neque *Paternitas, & Filiatio*, ut pote pure notionalia, involuunt intellectiōem aut volitionem essentialē, neque quid quā essentialē. Ergo processiones iuxta Magistrum non involuunt intelligere, & velle, neque quidquam essentialē. Hæc Magistri propositio approbatur à D. Bonau. ibi quæst. 3. à Durando quæst. 2. & ab Scotiis dist. 28. quæst. 2.

43 D. Th. quæst. 41. art. 1. ad 2. expresse dicit actus notionales tantum secundum modū significandi differre à relationibus personarum, & re esse omnino idem. Sed actus notionales secundum ipsū D. Th. nihil aliud sunt quā productiones. Ergo productiones nō re ipsa, sed nomine tantum differunt à relationibus. Minor subsumpta constat ex ipso D. Th. in eodem loco: ubi hæc habet, *unde cum in diuinis non sit motus, actio personalis producentis personam nihil aliud est, quam habitudo principij ad personā, quæ est à principio: quæ quidem habitudines sunt ipsæ relationes aut nationes*. Cum ergo relationes nihil essentialē involuāt: hinc fit neque processiones aliquid essentialē involuere.

44 Probatur secundo à ratione eadē conclusio. Productio est respectus vnius personæ ad aliam, & nihil aliud, quod commune & non respectuum sit. Sed respectus idem est formalissimè ac relatio. Ergo in diuinis productio est relatio vnius personæ ad aliam, & nihil aliud. Minor est certa, & consequentia bona. Maior probatur. Productio ex suo conceptu formali habet esse respectum. Sed respectus in diuinis ita habet esse respectum, ut nihil dicat, quod respectuum nō sit. Ergo productio ita est respectus, ut nihil aliud involuat, quod respectuum nō sit. Maior huius ultimi syllogismi, in quo consistit tota probationis efficacia, duplicem partem seorsim probandam continet: nempe, & quod productio ex suo conceptu formali sit respectus: & deinde quod respectus in diuinis nihil involuat, quod respectuum non sit.

45 Prima igitur pars: videlicet productionem ut productionē esse respectū, probatur. Productio ut productio est ratio formalis, quare Pater producat Filium, & est ratio formalis, quare Pater sit actu principians Filium. Ergo est ratio formalis habitudinis vnius ad alium, ut Patris ad Filium, & ut principiantis ad principiatum. Ergo ex conceptu productionis habet esse respectū Patris ad Filium.

46 Confirmatur. Respe&us realis transcendentalis Patris ad Filiū consistit in eo quod Pater feratur realiter ad Filiū, seu in eo quod realiter se habeat ad terminū, qui dicitur Filius. At rō aliter fertur in Filiū realiter, & transcendentaliter, prout distinguitur, à predicamentaliter, nisi quatenus Pater generat, & producit Filiū. Ergo generatio, & productio sunt respe&us, & relatio realis transcendentalis Patris ad Filiū.

47 Iam vero secunda pars illius maioris, nempe quod de conceptu respe&us in diuinis sit nihil involuere, quod sit commune, & essētiāle, probatur. Relatio realis, & respe&us realis idē sūt. Sed de conceptu relationis in diuinis est nihil involuere, quod sit cōmune. Ergo etiā de ratione respe&us erit nihil involuere cōmune. Mai. est certa, & cōsequētia bona. Min. etiā certa videtur, quia relatio in diuinis distinguitur virtualiter à quolibet predicato essētiāli, & cōmuni. Ergo relatio nullum predicatum cōmune involuit virtualiter. Declaratur. Relatio in diuinis est tota ratio distinctionis Patris v. g. à Filio. Sed neque Essētia, neque quodlibet aliud predicatum est, ne inæquate quidem, ratio distinguendi vnā personam ab alia. Ergo relatio in diuinis nihil involuit essētiāle, aut cōmune omnibus personis.

48 Tertia nostra sententiæ probatio est argumentorū solutio omnes enim, qui productionem cum intellectu, & volitione virtualiter inadæquate identificanti ex eo est, quod aliter non putent posse componi Filiū procedere per intellectum, & Spiritum Sāctum per voluntatem hęc enim est tota ratio aduersariorū. Ergo, si semel hoc fundamentū cōuellatur, cessat aduersariorū argumētū.

49 Obijciūt primo aduersarij multas Patris loquutiones, in quibus dicitur Pater generando, & Filiū nascendo scire: itē Patrē, & Filium spirando, & Spiritū Sāctū procedendo, amare. Ergo ipsi generare, & nasci involuunt formaliter scire. Ergo generatio, quę est processio actiua, & natiuitas, quę est processio passiua involuunt intellectiōnē essētiāle: & idē dicitur respe&u processionis Spiritus Sācti. Primum antecedens constat ex Aug. lib. 15. de Trin. cap. 14. ubi ait. *Sciunt inuicem Pater, & Filius sed ille gignendo iste nascendo.* Deinde Anselmus in Monolog. cap. 34. *Quoniam autem idem est summo Spiritui scire, quod intelligere seu dicere, necesse est quod eodē modo sciat omnia, quę scit, quo ea dicit, seu intelligit.* Ideā docet Fulgentius lib. 3. ad Monimum cap. 7. in medio: ubi ait: *sic est Verbum apud Deū, sicut est in mente Verbum sicut est in corde consilium: cum enim mens apud se Verbum habet, utique cogitando habet: quia nihil aliud est apud se dicere, quam apud se cogitare.* Ergo iuxta hos PP. Pater generando cognoscit.



50 Respondeo hanc, & similes loquutiones *Pater generādo intelligit* non accipi formaliter, quasi ipsum *generare* sit formaliter *intelligere*; sed ut *suppositiue*. Hoc est Pater generando *præsupponit intelligere*; quod est idem, ac dicere Patrem dum generat necessario *intelligere*, & *intelligere* necessitare ad generādu *Filiū*; quia cum generatio sit loquutio, & Pater eo ipso quod intelligat, necessario loquatur id, quod intelligit; hinc fit Patrem loquendo, seu generando *intelligere*; non enim hæc duo purè comitanter, ne dum disparatè se habent; sed eo naturæ ordine, ut Pater eatenus loquatur, quatenus intelligit; siquidem *intelligere* dirigit, & necessitat ad loquendum. Hac ratione explicandus est D. Th. hic quæst. 34. art. 1. ad 2. ubi ita ait. *Et per eundem modū potest intelligi quod dicere Deo sit cogitando intueri: in quantum scilicet intuitu cogitationis diuina concipitur Verbum*; non quia intuitio sit formaliter Verbi conceptio; sed *præsuppositiue*, vel in sensu causali: ex eo enim Deus concipit Verbum, quia intuetur obiectum, quod loquitur.

51 Etiam Anselmus, & Fulgentius hanc debent subire explanationem: cum enim absolutè dicant nihil aliud esse *dicere apud se*, quam *apud se cogitare*; & certum sit saltem in adæquatè distingui cogitationem seu intellectiōnem, à productione Verbi: hinc fit ea verba non præcisse, ut sonant *Intelligenda esse*; sed aliter interpretanda. Interpretatio autem adhibita satis sufficiens est. Fateor Anselmum (quem attentè circa hæc difficultatem legi) adeo diserte dicere in Deo nihil aliud esse *intelligere* quam *Verbum*, ut multa benignitate opus sit ad illum interpretandum.

52 Secundo aliter potest responderi: nempe distinguēdo duplicem acceptionē huius termini *intelligere*. & etiā huius *amare*. Prima acceptio huius vocis *intelligere* est pro ipsa intellectiōne essentiali, siue pro eo, quo Pater *Æternus* cōstituitur intelligēs, seu cognoscens obiecta. Secundo potest accipi idē terminus inuis proprie, licet non simpliciter improprie: pro cōmunicatiōne ipsius intellectiōnis: & similiter *dilectio, diligere, amor, amare* pro cōmunicatiōne amoris essentialis. cumq; productio Verbi ex vi processiōnis sit cōmunicatiō intellectiōnis, & productio Spiritus Sancti sit, ut etiā processiōnis, cōmunicatiō amoris: hinc fit productiōnē Verbi posse appellari non omnino improprie *intelligere*: hoc est *cōmunicatiue*: quia ex vi processiōnis Verbi cōmunicatur intellectiō Verbi: & similiter productiōnem Spiritus Sancti a quo inre posse appellari *amare*: intellige *cōmunicatiue*: quia ex vi processiōnis Spiritus Sancti amor essentialis illi cōmunicatur.



sententiam constituentem intellectiōnem formaliter in specie ex  
 expressa prout distincta ab actione: adhuc inquam in hac sententia  
 actio productiva speciei expressa, siue intellectiōnis formalis, dicitur  
 saepe saepe *intelligere*, & *intellectio*: non formaliter, sed causa-  
 liter. Pari ergo ratione in nostro casu productio Verbi dicitur *in-  
 telligere*, non formaliter, aut causatiue; sed commutatiue.

54 Hinc respondetur ad verba Anselmi, & Fulgentij: cō-  
 cedendo quod *dicere* sit omnino idē cū *intelligere*; nō cū *intelligere  
 formaliter*, sed cū *intelligere cōmunicatiue*. quia cū *intelligere cōm-  
 unicatiue* sit cōmunicatio intellectiōnis; & productio Verbi, quae est  
*dictio*, sit formaliter ex vi processions, eiusmodi intellectiōnis cō-  
 municatio: inde inferitur *intelligere*, & *dicere* idē omnino esse: quia  
*dicere*, & *intelligere cōmunicatiue* idem omnino formaliter sunt.  
 Quod etiā intelligendū est de productione Spiritus Sācti: videli-  
 cet quod *spirare* seu producere Spiritū Sanctū idē formaliter sit cū  
*amare cōmunicatiue* hoc est cum actione, quae ut talis habet esse  
 communicationem amoris.

55 Hac etiam distinctiōne duplicis *intelligere*, & *amare* cō-  
 ponuntur aliqua, quae inter se opposita à Patribus doceri vidētur.  
 Patres enim sepiissime dicunt Patrem intelligere omnia Verbo; Pa-  
 trēque & Filium se, & omnia diligere Spiritu Sancto. Ex alia vero  
 parte Augustinus, & cum eo Theologi negant Patrē sapere sapientia  
 genita: cumque sapientia genita sit Verbum, videbitur nihil ali-  
 lūd negare, quam quod frequentissime à Patribus docetur: nempe  
 Patrem intelligere omnia Verbo.

56 Ex dictis facile intelligitur qua ratione ea cōponēda  
 sint: quādo enim Augustinus negat Patrē sapere sapientia genita,  
 accipit *sapere* formaliter: ac si deceret: Patet nō cōstituitur forma-  
 liter intelligens verbo à se producto. Ceterū quādo à Patribus di-  
 citur Pater intelligere omnia Verbo, tunc iungitur *intelligere cōm-  
 unicatiue*: quod est idē ac dicere: Pater cōmunicat Verbo per  
 Verbum ipsum intellectiōnem, & cognitionem omnium: consequē-  
 ter quidem erit asserere Patrem intelligere omnia Verbo, ac asserē-  
 mare Patrē dicere omnia Verbo: nō quia ipsū actiue dicere sit Ver-  
 bū; sed quia dicere passiuum Verbum est: cum autem absolute pro-  
 nuntiatur in Trinitate *dicere*, & alia huiusmodi, utrumque dicere  
 pronuntiatur: siquidem significatur illud *dicere*, quod sufficit ut sit  
*dicens*, & sit *dictum*: quam ob rem Pater omnia dicit Verbo, nō tā-  
 quam ratione formali actiua, & passiua; sed tanquam passiua tan-  
 tum: quod sufficit ad veritatem illius propositionis.

57 Deinde etiam dicitur Pater cognoscere omnia Verbo:  
 id est

Id est in Verbo tanquam in termino obiectivo: quia Pater cognoscendo Verbum, omnia cognoscit, quæ in ipsa Verbo representantur: quæ propter hæc loquutio minime Augustino aduersatur.

58 Obijciunt secundo. Pater producit per intellectum Filium, & Pater, & Filius producant per voluntatem Spiritum Sanctum. Ergo hæc productiones sunt actus, & exercitia intellectus & voluntatis. At nullum aliud est exercitium, nullusque actus intellectus, & voluntatis, præter intellectionem, & volitionem. Ergo hæc productiones sunt intellectio, & volitio. Respondeo: esse actus intellectus, & voluntatis non solum intellectionem, & volitionem; verum etiã loquutionem, & spirationem: quia loquutio est expressio, & manifestatio obiecti intellectui ad eã per intellectionem dirigete, & necessitante: siquidẽ ad intellectum spectat distinctio intellectualis: cuius, hæc distinctio intellectualis sit: ideo ad intellectum ut talem spectare debet.

59 Sed dices. In creaturis nullum aliud est exercitium actuale intellectus præter intellectionem. Ergo etiã in diuinis. Ergo productio verbi vel est intellectio diuina, vel non est actus intellectus diuini. Hæc obiectio postulat aliquam maiorem noticiam, & intelligentiam Verbi diuini, & diuinæ loquutionis: aliter enim in explicata manebit difficultas.

60 Dico igitur disparem esse rationem inter Deum, & creaturas: Ratio disparitatis est, quia, cum creatura non habeat secum identitificatam cognitionem, debet eam à se productã habere: & cum expressio producta, sic loquutio: hinc sic in creatura idẽ omnino esse loqui mentaliter, & cognoscere. Ex quo iterum oritur creaturas (supposita distinctione necessaria inter intelligens, & intellectionem) loqui ex indigentia intelligendi: cum enim ex necessitate intelligendi producat creatura obiecti expressionem, ut per ipsam formaliter intelligat, & obiecti expressio producta eo ipso loquutio sit: hinc deducitur creaturã ex indigentia intelligendi Verbum producere: siquidem formaliter intelligit producendo Verbum, quod non eveniret, si creatura possibilis foret, quæ secum suam cognitionem identificaret: in prædicta enim hypothesi creatura, si loqueretur, non ex indigentia intelligendi loqueretur, cum antecederet ad loquutionem plenè esset intelligens.

61 Hac ratione Deus se habet: quia, cum, ut constat ex Augustino, Deus non sapiat sapientia genita, Deus præindẽdo, præcisione distinctionis virtualis à productione Verbi, intelligitur sapiens: quia propter non formaliter ex indigentia intelligendi, Verbum producit: sed præcise ex fecunditate: hoc est, non indiget productione Verbi ut ratione formali intelligendi, licet ad intelligendum indi-

geat Verbo, vt termino intellectiõnis: quia Aug. solum excludit eã indigentia, ex qua deduceretur Patrẽ sapere formaliter sapientia genita. Ex hac doctrina colligitur in Deo duplex esse exercitiũ intellectus diuini: nẽpe & cognitionem obiecti, & ipsius expressio, nẽ productam, quã est Verbum, quamvis in creatura propter rationem iam explicatam non detur exercitiũ intellectus distinctũ ab intellectiõne. Ideo ad argumentum in forma concessio, seu permissio antecedente, negatur consequẽtia propter assignatã disparitatẽ.

62. Obijciunt tertio. Verbũ diuinũ cõmuniter appellatur *sapientia genita*. Ergo vel est cognitio, vel saltem Verbi productio cognitionem involuit. Respondeo Filiũ nec esse, nec à Patribus appellari *sapientia genitã* in sensu formali, quasi Patet formaliter per Verbum intelligat hoc enim, vt iã dixi, manifeste reprobatũ ab Aug. sed esse, & vocari sapientia genitã in triplici alio sensu. Primo figuratẽ usurpando abstractũ pro concreto, nẽpe sapientia pro sapiente: quã ratione loquutus est Aug. lib. 15. de Trinitate, cap. 14. dũ dixit Filium esse sapientia de sapientia, omnipotentia de omnipotentia: hoc est sapientem de sapiente, omnipotentem de omnipotentẽ. Secũdo modo dicitur Verbũ *sapientia genita*, scilicet obiectiue, quia cũ Verbũ sit representatio omnũ, quã à Deo cognoscuntur, ipsũ Verbũ vt perfectẽ cognitũ ducit vt imago obiectõrum in ipsõrũ cognitionẽ: quã propter Verbũ, licet nõ formalis, obiectiua tamẽ sapientia genita appellatur. Tertio dicitur sapientia *cõmunicatiue*: quia sapientia formalis per Verbũ cõmunicatur ipsi Verbo, vt supra dictũ est. Etcequomodo in triplici sũs saluatur veritas illius propositionis: Filius est sapientia genita, quin ex inde inferatur Verbũ esse formale intellectiõne, vel ei<sup>9</sup> productiõne intellectiõne involuere.

63. Obijciunt quarto. Iuxta Aug. lib. 15. de Trinitate cap. 7. & Anselmum in Monologio cap. 47. Filius dicitur procedere de memoria Patris. Sed memoria Patris iuxta ipsum Augustinum est intellectus Paternus specie, seu semine obiecti, fecundatus. Ergo Filius procedit de intellectu Paterno specie obiectõrũ fecundato. Ergo procedit formaliter per intellectiõne. Probatũ hęc consequẽtia. Exercitiũ intellectus, vt fecundati per specie obiecti, est cognitio, & intellectio obiecti. Sed Filius procedit à Patre per processione, quã est exercitiũ intellectus Paterni vt specie fecundati. Ergo Filius procedit à Patre per processione, quã est intellectio.

64. Respondeo duplici specie posse intelligi fecundari intellectus & specie impressa, & specie expressa. Specie impressa fecundatur intellectus & redditur cõstitutus in actu 1. ad cognoscendũ obiectũ seu ad habendam speciem expressam, Ceterum licet specie expressa

sa non fecundetur ad ipsam, neque ad eius productionem seu unionem (in quibus saluatur cognitio) fecundatur tamen ad ulterius exercitium, quod aliud non est, quam loquutio obiecti.

65 Hinc ad argumentum in formare spondeo: concedendo maiorem primi syllogismi, & distinguendo minorem. Memoria Patris est intellectus Paternus fecundatus specie impressa, nego; expressa: concedo minorem. Et sub his terminis distinguendum est primum consequens, & neganda secunda consequentia. Ad eius probationem; distinguo maiorem: exercitium intellectus ut fecundati specie impressa est intellectus, concedo; ut fecundati specie expressa: nego maiorem. Cumque intellectus Paternus non specie impressa, sed expressa reddatur fecundus ad producendum Verbum: hinc fit exercitium eius ut ita fecundi non debere esse intellectus: nec:

66 Obijcies quinto ipsum Augustinum lib. 15. de Trin. cap. 7. dicentem verbum esse cognitionem formatam. Ergo saltem involuit cognitionem. Respondeo: ibi loqui Augustinum de verbo mentali creato; non de diuino: vocatur autem ab Augustino cognitio formata, siue quia in eo consistit in ad quate intellectus, siue quia per ordinem ad illud eius productio dicitur intellectus.

## SECT. V.

### *Utrum Verbum Diuinum sit cognitio passiuam?*

87 **P.** Antonius Perez in 1. p. tract. de Trinit. disp. 3. à capit. 2. & etiam tract. de Scientia disp. 1. cap. 7. a num. 92. multis contendit Verbum diuinum esse cognitionem passiuam: aliterque explicari non posse quia ratione productio verbi proueniat ab intellectu ut tali. Ut igitur suam sententiam explicet, supponit primo: hoc quod est obiectum intelligi passiuè, necessario dicere productum esse conspicui seu apparentis: cumque intellectus quilibet in creatis sit quid productum ab intelligenti, & intellectus sit esse obiectum in esse conspicui, & apparentis: hinc fit quamlibet intellectum in creatis esse intellectum passiuam obiecti. At vero in diuinis, cum nihil sit verè productum, quod sit esse apparentis, & conspicuum obiectum, nisi Verbum diuinum: inde videtur inferri solum Verbum diuinum esse intellectum passiuum obiectum, quæ à Deo cognoscuntur. Itaque distinguit hic author in Deo intellectum actiuam, & passiuam.

Intellectionem actiuam vocat intellectionem essentialem, & communem tribus personis; intellectionem vero passiuam, Verbum productum in quo, & per quod producitur quodlibet obiectum in esse apparentis.

68 Per hoc verbum, siue per hanc cognitionem passiuam denominatur obiectum cognitum, non solum à Patre producente Verbum, verum etiam à Filio, & Spiritu Sancto minimè Verbum producentibus. Quia iuxta hunc authorem cognosci, & intelligi aliquod obiectum ab aliqua persona non dicit necessario quod verbum, sed cognitio passiva illius obiecti, producat ab ea persona, sed quod producat ab aliquo identificato cum essentia illius personae. Cumque, quamuis Verbum neque à Filio, neque ab Spiritu Sancto producat; producat tamen à Patre identificato cum essentia Filij, & Spiritus Sancti: hoc praecise sufficit vt obiectum denominetur cognitum, non solum à Patre, verum etiam à Filio, & Spiritu Sancto.

69 Hac doctrina plurimè componere praesumit hic author, quæ in tractatu de Trinitate admodum difficilia videntur. Primo videtur sibi componere quæ rationes verum sit quod dicit Augustinus, nempe Patrem non sapere sapientia genita, & quod alij Patres dicunt, videlicet Verbum esse sapientiam genitam, & quod Patri idem sit dicere ac scire, & alia id generis. Hæc inquam videntur componi, quatenus Pater non sapit actiue sapientia genita, licet Verbum sit sapientia genita passiva; & etiam quamuis sapere actiue non sit dicere; at tamen sapere passiue sit dicere, non notionale, sed essentialiale, quatenus tota Trinitas habet intellectionem Verbo terminatam.

70 Secundò componit qua ratione Verbum sit per intellectum; scilicet quia est ipsum met intelligi obiectum. Tertio qua ratione, licet Pater non sapiat sapientia genita; verum nihilominus sit quod de sciente Verbo Deus non intelligeret, vt multi PP. inferunt apud P. Ruiz de Montoya disp. 74. sect. 3. num. 37. & etiam sectione 4. Hac ratione plura alia commoda ex hoc sententia reportare arbitrat. Rationes, quibus ad hanc sententiam mouetur, postea obijciam.

71 His omnibus minimè obstantibus, sententia hæc mihi displicet. Primo quia gratis omnino ponitur *intelligi obiectum esse productum obiectum in esse intelligibilis*: non enim est fundamentum aliquod ad id asserendum: Imo licet Philosophi distinxerint actionem, & passionem phycas, non tamen actionem, & passionem intentionales; praesertim cum deficiat ratio, quæ esse tenet efficax ad actionem, &

passionem physicas distinguendas: nam ex eo distinguunt Philosophi actionem à passione: quia pro signo, pro quo agens denominatur agens, solum intelligitur actio ut via ad terminum; quando vero intelligitur terminus actus, seu productus, iam terminus non præcise inferri, seu in via, sed in facto esse debet intelligi: qua propter videtur actio, ut pote via ad terminum, distinguenda à passione, quæ non via, sed quasi termini possessio est.

72 Hæc ratio vim non habet in cognitione: quia cognitio non est via ad obiectum; sed præcise eius representatio, quæ non exigit, quatenus representatio ut sic, præcedere ad terminum: neque representatio passiva (quæ terminum in esse representati constituit) exigit simultané cum termino: si quidem potest terminus, qui non est, representari. Cessat ergo ratio distinguendi cognitionem actiua à passiva.

73 Confirmatur. Actio grammaticalis non debet distingui à passione. Sed cognitio non exigit ex conceptu cognitionis esse actionem plusquàm grammaticalem. Ergo non exigit passionem distinctam. Confirmatur iterum ex disparitate, quæ datur, ratione cuius in diuinis debeant distingui productio actiua, & passiva; sicut cognitio passiva, & actiua. In diuinis enim Pater constituitur in esse distincti à Filio, est *produccens*; & Filius constituitur in esse distincti à Patre est *productus*. Patet ergo esse productum in Filio debere distingui ab esse producto in Patre: alioqui Pater, & Filius non distinguerentur. Hæc ratio vim non habet in intellectione: quia nihil distinctum à Patre constituitur per hoc quod est esse cognitum: quia propter non est quare esse cognitum à Patre, distinguatur ab hoc, quod est Patrem esse cognoscentem.

74 Secundo displicet hæc cogitatio, quia ex ea sequeretur Filium non esse sapientem de sapientia adeo perfectè ac est Deus de Deo. Ratio est: quia Pater pro signo priorioris originis ad Filium est perfectè, & completè Deus, cum pro illo signo potatur tota diuina essentia, & natura. Ac vero in hac sententia Pater antecederet ad Filium non est perfectè sapiens, si quidem non est omnino perfectè, & completè sapientia, quæ non sufficit ut obiectum absolutè, & simpliciter sit intellectum, & scitum. Sed pro priori ad Filium, & vsque dum Filius intelligatur, non intelligitur sapientia passiva sufficiens ad denominandum obiectum intellectum. Ergo quousque Filius intelligatur, non intelligitur Pater perfectè, & completè sapiens. Ergo Filius non est sapiens de sapiente adeo perfectè ac est Deus de Deo.

75 Tertio efficax impugnatur hæc sententia. Ex ea sequeretur non solum intelligi obiectum esse aliquid relatiuum; verum intelligere actiua esse aliquid relatiuum hoc concedi nequit; si quidem cog

nitio actiua est aliquid sentiale omnino. Ergo intelligi obiectū nō est aliquid relatiuū: consequenterque non erit ipsum Verbum. Sequela, quæ in maiori continetur, probatur. Si obiectum cognosci passiuū est Verbum produci passiuū, cognoscere actiue erit producere actiue Verbum. Ergo erit aliquid relatiuū: si quidem producere relatiuū est: videlicet actio Paterna. Probatur antecedens hoc syllogismo. Omne produci habet pro actiuo sibi correspondente producere actiue. Omne cognosci realiter, & virtualiter est produci. Ergo omne cognosci habet pro actiuo sibi correspondente producere actiue. Cōsequentiā est bona: si quidem syllogismus est in Barbara. Minor est doctrina aduersariorū, quando quidē nullum cognosci passiuū admittūt in diuinit, quod non sit produci Verbum. Maior autē est innegabilis: quod enim est actiuum huius passiuū Produci nisi Producere?

76 Sed dicit bene inferri quod omne cognosci habeat pro actiuo producere, non tamen inferri quod hoc duntaxat sit eius actiuum: potest enim habere pro actiuo, tum Producere, tum cognoscere: cum enim illud cognosci sit simul Produci: ind. sit duo actiua debere habere, nempe, & Producere, & cognoscere.

77 Hæc solutio non satisfacit: intentum enim arguitur etiam est, quod sicut omne cognosci, est produci Verbum, ita omne cognoscere sit producere Verbum: adeo ut sicut produci, & cognosci ne virtualiter quidem distinguantur, ita similiter cognoscere, & producere adhuc virtualiter nō distinguantur: vnus enim passiuū videtur euidēs vnicum duntaxat actiuum esse posse. Quod ut etiam certatur, aliter superiorem syllogismum hac ratione conficio. Omne actiuū huius passiuū produci est producere. Omne passiuū cognosci est hoc passiuū produci. Ergo omne actiuum huius passiuū cognosci est producere. In hoc syllogismo maior sola posset in dubium verti: mihi vero videtur adeo clara ut probatione non indigeat: omne enim actiuum huius passiuū produci est exercitium significatum per verbum producendi sumptum actiue. At hoc exercitium est producere. Ergo omne actiuum huius passiuū produci est producere.

78 Obijcit primo pro sua sententia. P. Antonius Perez Anselmum in Monolog. cap. 28. afferentē ita. Hæc ipsa loquutio nihil aliud potest intelligi, quā eiusdem spiritus intelligentia, qua cuncta intelligit. Quid enim est aliud illi rem loqui aliquam hoc loquendū modo, quā intelligere. An aetlā cōgerit Patrū verba, in quibus dicitur loqui, & scire idē esse: cū autē hoc nō possit accipi de intelligentia actiua, videtur de intelligentia passiuua necessario intelligi debere. Erga loqui obiectū, & obiectū passiuū intelligi idē omnino est.

79 At hic argumento respondeo solutione tradita scđ. 4. huius



huius quæstionis: ubi explicuimus verba Patrum afferentium *intelligere*, & *loqui* idem esse. Cæterum, si ea verba aliquam vim haberent contra nostram sententiam, potiori iure intelligentiam actiuam, quam passiuam cum Verbo identificari formaliter dicendum esset. Nec video qua ratione hæc verba huic authori, vel ad speciem fassant: cum enim ipse non velit Verbum esse intelligentiam actiuam; sed purè passiuam: & Patres dum *dicere* cum *intelligere* confundunt, semper actiua voce vtantur: nescio quo iure hic author indefensionem suæ intelligentiæ passiuæ verba Patrum allegare contendat.

80 Obijcit secundo: hac ratione, & non alia rectè explicari cur secunda Trinitatis persona sit Verbum, & quid sit ipsam esse Verbum: nec nõ quare pertineat ad ordinem intelligentiæ: quod aliter videtur explicari non posse. Respondeo independenter ab eâ sententia totum id optimè explicari, vt infra docebimus: nunc autem breuiter dicimus *loqui* mentaliter, *exprimere* que alteri mentaliter obiectum esse proprium opus intellectus, essentialiter que ad intellectum pertinere: est enim vltima completio intellectus, nõ solum defuncto intelligere; verum etiam id, quod intelligit: declarare.

81 Obijcit tertio: quod Deus per locum intrinsecum nõ intelligeret, si per impossibile Verbo careret, vt multi Patres inferunt apud P. Ruiz de Montoya disp. 74. de Trinit. sect. 3. & 4. & rationem reddunt Patres: quia Verbum formaliter est sapientia Dei. Sed non est sapientia formalis, aut actiua. Ergo passiuæ, siue obiectiua. Verum: cum Patres etiam afferant Deum non producere Verbum ex indigentia intelligendi; sed ex fecunditate, hæc duo inter se coherere debent, & vnum alteri non præiudicare: nulla autem videtur ratio hæc duo congruentius conciliandi, quàm prædicta sententia P. Antonij Perez. Debet ergo defendi.

82 Respondeo: verum esse quod si Deus Verbo careret, obiectum non intelligeret: nõ quia *intelligere* obiectum, siue actiuè, siue passiuè, Verbum includat; sed quia intelligentio Patris ex vi propriæ perfectionis habet fecunditatē ad Verbum. Vnde si Verbum deficeret, & fecunditas Deo abesset, consequenterque cognitionis diuinae perfectio. Vnde per locum intrinsecum deficeret cognitio. Quod autem Verbum appelletur a Patribus sapientia, ideo est, vt supra diximus, vel quia loquuntur figuratè vsurpando abstractum pro concreto: vel quia Verbum est ipsum *sapere* communicatiuè; vel quia Verbum est sapientia obiectiua, non qua formaliter constituatur obiectum cognitum, seu representatum; sed in qua tanquam in speculo omnia cognoscantur, vt infra etiam dicemus.

83 Hæc ipsa doctrina respondetur ad id, quod dicitur de Spiritu

tu Sancto: nempe Patrem, & Filium diligere se Spiritu Sancto: hæc enim loquutio iuxta doctrinam traditam accipit explicatio: nempe videlicet diligere se *communicativa*, seu *obiectiue*, seu *terminatiua*: hoc est Spiritum S. esse communicationem, seu terminum, vel obiectum amoris, quo Pater, & Filius diligunt se in ipso Spiritu S.

84. Obijcit quarto. Proprium opus naturæ intelligentis vt intelligentis est quod obiectum intelligatur. Sed Verbum Diuinum est proprium opus naturæ diuinæ vt intelligentis. Ergo Verbum Diuinum est ipsum met intelligi obiectum. Hæc obiectio manifestè instatur in ipsa intelligentia actiua: potest enim eadem vi confici argumentum hac ratione. Proprium opus naturæ intelligentis, vt intelligentis, est intelligere obiectum. Sed Verbum Diuinum est proprium opus naturæ intelligentis vt intelligentis. Ergo Verbum D. est ipsum intelligere obiectum.

85. Respondeo ergo iuxta superius dicta duplex esse in diuinis proprium opus naturæ intelligentis, vt intelligentis: nempe *intelligere*, & *loqui*. Vnde quamuis Verbum sit opus proprium naturæ intelligentis vt talis, non ex eo necessario inferitur, quod sit determinate *intelligere*; sed in determinatè, vel *intelligere*, vel *loqui*. Vbi ad uerbo quod, si nomine operis intelligatur vera productio, falsum erit in diuinis quod proprium opus naturæ intelligentis vt talis sit intelligere obiectum, vel obiectum intelligi: quia in hoc nulla inuoluitur productio. Solum ergo est vera illa propositio, sumpto opere pro quolibet exercitio, siue physico siue intentionali.

86. Sed instatur. Verbum Diuinum est id, quo formaliter constituantur obiecta dicta mentaliter à Deo. Sed aliquid esse dictum mentaliter est esse mente expressum; & esse mente expressum est esse mente cognitum. Ergo Verbo constituantur obiecta intellecta. Erit ergo intellectio passiuæ. In primis, si aliquid probat obiectio probat similiter *loqui actiue* esse formaliter *actiue cognoscere*: si enim esse obiectum mente expressum est esse cognitum, & quo iure *mentem exprimere obiectum* erit *cognoscere*. Deinde: sicut esse dictum mente est esse mente expressum: cur etiam *mente dicere* non erit *mente exprimere*: cum que hoc sit *cognoscere*: inde fiet *loqui*, & *intelligere* idè omnino esse.

87. Respondeo *loqui* non esse præcisè *mente exprimere* vt cum que: hac enim ratione loqui, & cognoscere non distingueretur vllomodo: sed ulterius requirere mentem exprimere signo mentali aliqua ratione productio, aut posito à loquente, & obiectiue se tenente ex parte audientis, quo cessat argumentum.

88. Obijcit quinto. Intelligere est actio, saltem grammatica: cui passiuum aliquod respondet: nempe intellectum, & cognitum. At ex fidei principijs deducitur huic actiui intelligere passiuè respondere

pondere Verbum Diuinum, & obiectum vt recipiens denominationem à Verbo, & nihil aliud. Ergo Verbum Diuinum est id, quo constituitur obiectum sub denominatione passiva respectu Dei intelligentis, Ergo Verbo constituitur obiectum cognitum.

89 Respondeo concedendo *intelligere esse actionem grammaticalem, cui correspondeat esse cognitū vt passiuū. Nihilominus nego Verbum Diuinū esse passiuum illius adiuuinae Verbum Diuinū solum est terminus huius, quod est intelligere quateus media intellectione, saltē vt conditione, producitur Verbum, in quo omnia cognoscuntur. Ex hoc autem non inferitur Verbum esse passiuum huius adiuu *intelligere*: nam ipsa intellectio, quæ constituit Deum intelligentem obiecta, constituit obiecta intellecta à Deo.*

90 Obijcit sexto D. Tho. 4. cōtra Gentes cap. 11. vbi ait *oportet quod Deus in se ipso sit vt intellectum in intelligente: intellectum autem in intelligente est intellecta intentio & Verbum. Est igitur in Deo intelligente se ipsum, Verbum Dei, quasi Deus intellectus: sicut Verbum lapidis in intellectu est lapis intellectus & paulo inferri oportet quod substantia intellectus diuini sit suum ipsum intelligere. quod est actus intellectus esse autem Verbi interioris concepti siue intellectio nis intellecta est ipsum suum intelligi. Ergo iuxta D. Thomā Verbum D. est intellectio passiva, & obiectiua intellectus vero diuinus, qui est essentialis, & cōmunitatis personis, est intellectio actiua. quidē intellecta, & intelligere idē sunt, Verbum autē est ipsū intelligi.*

91 Ceterum, ni fallor, quoad intellectiōnem passiuā alia est mens D. Tho. in prædictis verbis. Existimatio D. Thomam, vt ex cōtextu, & ex alijs locis cōstat, in ea sententia fuisse, quæ asserit nostre cognitioni aliquid obijci præter ipsum obiectū reale: quod obiectum distinctū ab obiecto reali simul repræsentatur, & efficitur à cognitione: siue hoc sit species expressa distincta ab actione eam producente, siue ipsa cognitio se immediate attingens, siue phantasma, siue quidpiam aliud. Hoc esse ab intellectu fabricatū & repræsentatum, v.g. in cognitione lapidis, vocatur *lapis intellectus*, seu lapis in esse cognitionis quia lapidem esse cognitū formaliter ex vna parte, & reale, & hoc esse obiectiū, idē, realiter sunt, sed quia lapis verus, & realis, & hoc esse obiectiū, idē in esse cognitū sunt: cum enim intellectus non autem cognoscat lapidē, nisi fabricando, & cognoscendo illud esse, ad quod actio intelligēdi terminatur: hinc fit lapidē & illud esse, idē esse, nō realiter; sed in terminando cognitionem.

92 Itaque illud de obiectiū nō est realiter *lapis esse cognitū* quasi passiuē cognitis distinguatur ab actiue cognoscere, sed lapis realis, & illud esse obiectiū idē sunt identitate in esse obiectiū, seu

In esse cogniti: quia id est realiter est esse cognitū lapidē, & esse cognitū illud esse obiectiū, & etiam idem realiter est Petrum cognoscere lapidē, & Petrum cognoscere illud esse obiectiū, quia illa profus distinctio appareat.

93 Verum saepe sapius id quod se debet tenere in enuntiatio-  
ne ex parte verbi, se tenet in cōmuni modo loquēdie ex parte subiec-  
ti, aut predicati: hoc tamē nō tollit quoad sensum se tenere ex par-  
te identitatis, & non ex parte ext. errorū. Hac ratione in cōmuni  
modo loquendi dicitur *esse conditionatum, esse distinctiū, & alia hu-  
iusmodi*; re tamen vera *ly conditionatū, & ly distinctiū* nō ex parte  
subiecti; sed ex parte verbi se tenere debet: cū enim dicim<sup>9</sup> *consensus  
conditionatus datur, non autē consensus absolutus*, minime de uno  
subiecto affirmamus, quod organus de alio; sed de eodem realiter  
consensu dicimus *dari conditionate*; negamus tamen dari *absolute*.

94 Pari ratione in nostro casu licet esse obiectiū lapidis di-  
catur esse *intelligi lapidē*, non intelligitur à D. Tho. in sensu idē,  
tificate realiter illud esse obiectū lapidis cum *intelligi lapidē*, sed  
ita ut lapis idem sit in esse intellecti cum illo esse obiectiū, seu cum  
intentione concepta. Hanc philosophiam sequens Angelicus Prae-  
ceptor sentit Patrem in Verbo representato, & productio per cog-  
nitionem, siue immediate, siue mediate, cognoscere omnia: conse-  
quenterque asserit Verbum esse obiectum in esse cogniti: & hoc est  
quod significare intendit D. Thomas illis verbis *est igitur in Deo  
intelligente se ipsū, Verbiū Dei, quasi Deus intellectus*: hoc est Verbiū  
Dei est ipse Deus, non absolute (loquitur in sensu virtuali) sed *quasi*  
hoc est: in ratione intellecti, quod est quasi esset ipse Deus.

## SECT. V.

*Reiecta intellectuā, & volitione notionali, ordo processionum  
exponitur.*

95 *S*Upposito iam productionē Filij, & Spiritus S. intellectuā-  
lem, & volitione essentialibus non inuoluerē, restat adhuc  
dubium: an productio Verbi, & Spiritus S. prout virtualiter distincte  
ex à cognitione, & volitione essentialibus, sint in se ipsis formaliter  
intellectio, & volitio, vel tantum, ut supra diximus, communicati-  
uē, & terminatiuē?

96 Intellectionem notionalem distinctam virtualiter  
ab intellectuālem essentiali defendunt Henric. quodlib. 6. quæst. 2.  
& in secunda parte summe art. 54. quæst. 9. & 10. P. Valentia disp.  
3. quæst. 1. p. 2. q. 3. §. *ut igitur P. Gasp. Hart. hic disputat.  
a. diffin. 4. & etiam nonnulli R. d. licet omnes hi authores  
dixerit*

diuerso modo circa hanc intellectionem notionalem descurrant;

97 Sic nostra conclusio Productio Verbi nullatenus est formalis intellectio. Ratio huius est: quia, si esset in Patre aliqua cognitio, quæ non esset in Filio, & Spiritu S. vel ratione illius perfectius cognosceret Pater quam Filius: vel non. Si Pater cognosceret perfectius, Filius non omnino perfecte cognosceret. Si vero Pater ex vi illius cognitionis notionalis non cognosceret perfectius, quàm Filius, sed equè perfecte cognosceret Filius per cognitionem essentialem duntaxat, quam Pater per cognitionem notionalem, & essentialem. Ergo superflue poneretur ea cognitio, cum sine illa æquè perfecte obiecta cognoscerentur.

98 Nec valet respondere vt forsam aliquis dicet, non solū Patrem, sed, & alias duas personas cognoscere per Verbum, modo quo dicebat P. Antonius Perez Verbum esse cognitionem passiuā, quæ obiectum denominatur cognitū ab omnibus personis. Hoc inquam non valet: quia reddit superius argumētū: vel enim tres personæ perfecte cognoscunt obiectū per cognitionem essentialē & notionalem, quæ per essentialē duntaxat, vel non. Si clarius, cognitio essentialis non erit omnino perfecta. Si secus, ergo superfluit cognitio notionalis.

99 Secundo: quia si in Deo esset duplex actus intelligendi, & amandi, esset duplex Verbum, & duplex Spiritus S. & sequētia probatur ex D. Thoma q. 27. art. 5. vbi probat esse duas processiones tantum, quia in Deo solum sunt duæ operationes immanentes, alia intellectus, & alia voluntatis. Si igitur forma arguendi bona est, infertur quod si, quatuor sint operationes, quatuor processiones actiue, & quatuor passiuæ debent numerari.

100 Aduersus hanc nostram conclusionem primo obijciuntur ea argumenta quæ supra proposuimus, contendentia probare processiones esse formaliter intellectionem, & volitionem cumque ex alio capite supponatur intellectionē, & volitionem essentialē non constituisse processiones: hinc inferunt processiones esse intellectionem, & volitionem notionales. Verū cū his argumētis fecerimus satis in hac ipsa questione sect. 4. & 5. opus non est ea iterū hic expēdere.

101 Secundo potest aliter aduersus hanc conclusionem opponi hac ratione. Necessario debet cōcedi aliqua cognitio, seu aliquid quæ affirmatio in qualibet persona seorsim, quæ non est in reliquis, sed hæc affirmatio non est essentialis: si quidem essentialia sunt cōmuni toti Trinitati. Ergo est affirmatio notionalis. Probo Maiorem, in qua est difficultas. Hæc affirmatio *ego sum Pater* ita est in Patre, vt non sit in Filio, ita vt affirmetur a Filio: & idem proportione seruata dicito de his affirmationibus *Ego sum Filius*. *Ego sum Spiritus*

*Spiritus Sanctus*. Ergo aliqua affirmatio est in qualibet persona seorsim, quæ non est in reliquis. Probo antecedens. Pater reuera affirmat de se esse Patrem, & Filius de se esse Filium, &c. At Pater non affirmat de se esse Filium, neq; Filius esse Patrem. Ergo ali, quid affirmat vna persona, quod non affirmant reliquæ.

102 Dices: eandem scientiam prout existentem in Patre constitutere Patrem affirmantem de se esse Patrem, & postea in Filio constitutere Filium enuntiantem de se esse Filium, &c. Sed contra. Ergo hæc tendentia. *Ego sum Pater* prout non præcise dicit *Pater est Pater* nõ datur in omnibus personis, sed solũ in Patre. Probatur consequentia. Per te nõ intelligitur hæc tendentia vsq; dũ intelligatur scientia necessaria in Patre: ita vt per hoc, quod est existere in Patre, vltimo determinetur ad esse affirmationis respondentis his terminis *ego sum Pater* ergo affirmat prædicto modo scientia necessaria, non secundum se; sed reduplicatiue prout existens in Patre. At secundum hanc rationem nõ est in Filio. Ergo hæc tendentia *ego sum Pater*, prout non præcise dicit *Pater est Pater*, non datur in omnibus personis.

103 Melius igitur respondetur per eandem scientiam necessariam, quæ est in omnibus personis Deum cognoscere se esse Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum: distinguendo omnimoda, & perfectissima claritate personas inter se: item per eandem scientiam Patrem cognoscere se esse Patrem, quin vltimo modo ad intelligendam hanc tendentiam *ego sum Pater* opus sit intelligi scientiam esse in aq̄u secundo in Patre: quia Patrem affirmare de se esse est: Patrem non involuit ipsam Paternitatem; sed solum dicit eam scientiam.

104 Itaque eadem omnino scientia constituit Patrem Filium, & Spiritum Sanctum affirmantes de se seorsim esse Patrem Filium, & Spiritum Sanctum: re & se enim potest eadẽ indivisibilis scientia non solum enuntiare de diversis obiectis; verum etiam constitutere diversa subiecta affirmantia. Neque ad hoc opus est vt pro signo, pro quo intelligitur affirmatio, quæ Pater affirmat de se esse Patrem, & quæ affirmat Filius de se esse Filium, intelligantur iam Pater, & Filius existentes: quia aliud est intelligi Filium v.g. in concreto exercito affirmantem: aliud intelligi in concreto signato affirmantem: vt Filius intelligatur in concreto exercito affirmans, opus est intelligi Filium existentem. Vt autem intelligatur affirmans in concreto signato, sufficit vt intelligatur affirmatio: quæ per sua prædicata intrinseca habet quod in alio signo intelligatur Filius.

105 Explicatur hoc exemplo huius denominationis *productus*. Vt enim intelligatur terminus in concreto exercito *productus*, necessarium est intelligi terminum, & actionem existentes. Vt autem intelligatur terminus in concreto signato *productus* sufficit intelligi actionem facientem vt pro signo sequenti existat terminus: in signo enim, in quo existit productio, intelligitur terminus in esse producti: non in esse *producti* in concreto exercito dicente exercitum vtramque partem; sed in esse producti in concreto signato, quod quidem solum dicit productionem.

106 Pari ratione in nostro casu: In signo, in quo intelligitur illa affirmatio, intelligitur tota Trinitas in esse affirmatis in concreto signato: postea vero quando iam intelliguntur personae, intelliguntur affirmantes in concreto exercito: licet in ipsa scientia secundum se saluetur quod sufficit, vt absolute Trinitas dicatur affirmans. Ex quo inferre esse affirmantem in concreto signato non saluari ex eo praecisse quod detur vna pars concreti exerciti affirmantis; sed eo quod ea pars sufficiat ad verificandum Trinitatem affirmare: licet hi termini *Trinitas affirmans*, solum dicat scientiam vt exercite existentem, Trinitatem vero non vt exercite existentem; sed vt signate: hoc est in esse affirmantis: sicuti hic terminus *Petrus cognitus* dicit cognitionem; vt exercitam, & Petrum vt signatum illa cognitione: quod a parte rei est ipsa cognitio.

107 Restat nunc tandem ordinem diuinarum processionum declarare. Sic igitur res se habent.

108 Pater Aeternus pro signo priori ad Filium habet omnia praedicata communia toti Trinitati, tum Paternitatem, tum etiam relationem Spiratoris: consequenterque habet cognitionem omnium oblectorum, vt infra dicemus. Hac cognitione, & Paternitate constituitur foecundus ad producendum Filium: ita vt licet pro priori ad Filium intelligantur in Patre omnia supra commemorata, tamen foecunditas generatiua solum dicat formaliter Paternitatem, & intellectionem, vt in sequentibus quaestionibus magis declarabimus; Paternitatem, vt principium quo, & immediatam cognitionem vero vt conditionem per se requisitam.

109 Deinde in alio signo producit imaginem quandam obiectiuam omnium eorum, quae per cognitionem attingit (inter quae est etiam haec obiectiua imago, nam eam etiam intellectio diuina representat) in eaque omnia percipit, ac cognoscit, tanquam in speculo perfectissime omnia representanti.

110 Igitur actio, qua hoc Verbum hanc imaginem, & hanc

hanc similitudinem producit Pater, seu culus hæc imago; & hoc Verbum terminus est, dicitur productio actiua, seu actiua processio: ipsum autem Verbum est productio, & processio passiva sui ipsius. Similiter productio actiua est communicatio actiua: productio vero passiva est communicatio passiva, qua Pater communicat Verbo, tum omnia essentialia, tum relationem spiratoris: omnia enim, quæ habet Pater, communicat Filio præter Paternitatē: ita tamen, ut ex vi huius actionis, formaliter loquēdo, Pater immediate communicet Filio suam intellectiōem; non vero immediate formaliter volitionem, & alia attributa.

111 Processio igitur actiua, qua Pater producit similitudinem, & imaginem, dicitur, & est loquutio mentalis: similitudo autem, & imago producta, est Verbum, quod loquitur Pater ipsi Verbo. Ut autem hoc melius percipiatur, explicare oportet quid sit loquutio, & quid Verbum: ut exinde conspicuum fiat processio nem actiuā esse loquutionē, & similitudinē productā esse Verbum.

112 Loquutio mentalis in strictissima significatione accepta est productio mentalis, siue ex mentis directione, termini expressiui obiecti expressione mentali obiectiua. Verbum autē mentale (iuxta hæc) erit expressio obiectiua mentalis producta mentaliter, siue ex mentis directione. Si autem roges, quid sit expressio obiectiua mentalis? Respondebo esse expressionem obiectiuam tenentem se intrinsece ex parte intellectus illius, cui loquens loquitur: in quo distinguitur ab alijs expressionibus obiectiuis, quæ in intellectu audientis non resident. Hæc explicatio loquutionis, & Verbi est cōsona doctrinæ, tum Patris Suarez lib. 1. de Trinit. cap. 6. sine & lib. 9. cap. 3. num. 7. & 8. tum P. Molina quæst. 27. art. 1. disp. 6. tum P. Ruiz de Montoya disp. 60. lect. 2. n. 8. & aliorum.

113 Ex hac explicatioe loquutionis, & Verbi patet imaginē illā productā a Patre esse Verbum, & productionem illius esse loquutionem: siquidem illa imago est expressio omnī obiectōrū, quæ cognoscuntur a Patre, & est expressio obiectiua, in qua ipsum Verbum omnia cognoscit: cumque Pater eam imaginē producat ex mentis directione, ipsa que expressio menti diuina identificetur, tendatque directē ad intellectiōem communicandam, ex omni parte mentalis est. Ecce quomodo hæc imago, quæ est Dei Filius, est Verbum; & eius productio loquutio est, & aliā qua ratione productio loquutio sit.

114 Est igitur hæc productio Verbi actus intellectus ut talis: quia intellectus, ut talis, nō solū est potēs intelligere obiecta, verū etiā, ut talis, est manifestatiuus illius, quod cognoscit: quæ propter, ut



intellectus non solum habet intelligere, & comprehendere omnia obiecta, verum etiam ea declarare: quod exequitur productio: ne Verbi siquidem ea Verbi productione ipsi Verbo declarat quid quid in mente habet, tum quatenus illi comunicat immediate scientiam, tum quatenus producit Verbum, in quo ipsum Verbum cognoscit omnia.

115 Postquam vero iam productus est Filius, habetque communicatas à Patre omnes perfectiones communes, nec non relationem Spiratoris, Pater, & Filius amando omnia, per hunc amorem tanquam per conditionem per se requisitam, & per relationem spiratoris tanquam per virtutem immediatam, constituentur in esse vnus principij spiratiui: quod principium per ipsam spirationem actiuam, siue, vt melius dicam, per se ipsum (siquidem spiratio actiua, relatio spiratoris, & principium immediatè spirans, idem omnino virtualiter sunt) producit pondus amatorium, siue amorè per modum termini: quod pondus simul est terminus, & productio passiva sui ipsius. in quo Pater, & Filius se, & omnia diligunt: & cui per spirationem actiuam communicant omnia essentialia: ita tamè vt primario formaliter communicent amorem, secundario vero reliquas perfectiones communes.

116 Hic terminus productus, est spiratio passiuæ ex qua & ex natura diuina constituitur Spiritus Sanctus: qui existit in tertio signo, & est tertia Trinitatis persona. Hæc Spiritus Sancti productio est actus voluntatis vt talis: quia voluntas vt talis (proportionatè ad intellectum) non solum habet amare, verum etiam producere hoc voluntatis pondus: quod est amor per modum termini, in quo Pater, & Filius omnia diligunt: qua propter productio Spiritus Sancti potest appellari amor, tum *communicatiue*, quia est communicatio amoris, tum *terminatiue*, quatenus producit terminum, in quo amantur à Patre, & Filio. Ecce quomodo productio Verbi & Spiritus Sancti sunt actus intellectus, & voluntatis, vt talium, qui sunt intellectio, & volitio formales.

117 Hæc, quæ quasi simplici narratione proposui, magis & magis clarescent ex sequentibus. In quibus sigillatim tractabimus, tum quare secunda persona sit Filius potius quam tertia, tum ex quorum cognitione procedat Verbum. Tum denique alia congruentia quando de relatione spiratoris peculiaris instituat quæ sit. Modo vero hæc omnia sub vnico quasi aspectu pro-

posuisse placuit, ne obscure in vterioribus quæstionibus procedamus.

## SECT. VII.

*Utrum processiones actiua à passiuis realiter distinguantur?*

118 **P**rocessiones actiua nō distingui à passiuis defendunt aliqui, quos tacito nomine refert Aureolus in 1. dist. 27. art. 2. §. *opinio communis*: qui quidem asserēbant generationem tam actiuam, quam passiuam identificari cum Filio: consentaneęque spirationem cum Spiritu Sancto. Hanc sententiā etiā defendit P. Albertinus Corohario 12. Theolog. ad prædicamentū *ad aliquid* dub. 3. num. 6. con. 2. allegans pro se Scotum, & Henricum. Ceterum: an illi faueant, non satis compertum est. Igitur quid quid sit de horum authorum mente, nec nō de peculiari modo, quo P. Albertinus suam sententiā cum communi Theologorum conciliare tentat. Tenet etiā hanc sententiā P. Præpositus quæst. 41. art. 1. dub. 3.

119 Sit nostra conclusio. Processiones actiua realiter à passiuis distinguuntur. Hęc conclusio est communis inter Theologos: ideo nullum sigillatim pro ea refero. Probatur primo nostra conclusio ex Athanas. dialog. de Sancta Trinit. contra Anomęum colum 3. *Nulla (inquit) est differentia Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, nec in natura, nec in voluntate, sed in eo demū aliqua, quod gignere, & gigni, emittere, & procedere, siue emitti, inter se differunt.* Ergo iuxta Athanasium generatio, nempe gignere differt à generatione passiuā, videlicet gigni.

120 Consonat Fulgentius ad primam obiectlonem Ariarum sub initio. Vbi docet generationem, & natiuitatē (quæ alijs nominibus sunt processio actiua, & passiuā) esse proprietates personales: quæ proprietates personales ex conceptu suo dicunt realem distinctionem: indocet enim præ dicto loco, *quod Generatio Patris & Natiuitas Filij sit proprietates in unoquoque persona.* Plura alia testimonia poteris videre, si placet, apud P. Ruiz de Montoya disp. 84. sect. 1.

121 Verum explicandum restat qua ratione generatio actiua à passiuā distinguatur, cum in creatis, iuxta communiōrē sententiā, quam nos etiā sequimur in phisica, actio, & passio realiter identificentur: primo enim aspectu videtur omnino idem Patrem generare Filium, & Filium generari à Patre, sicut idem est, ut ex grammatica constat, *ego amo Deum, & Deus amatur à me.*

122 Pro cuius explanatione noto primo *actionem philosophicē sumptam nihil aliud esse quam viam agentis ad terminum;*

seu determinationem immediatam agentis ad terminum *passionē*,  
 vero determinationem immediatam, seu viam, qua terminus pro-  
 nanit ab agente. Vnde oritur quod si non detur fundamentum posi-  
 titium ad probandas duas determinationes formales, quarū vna  
 immediate ex parte principij, altera immediate ex parte terminū  
 se teneat, non est fundamentum ad distinguendam actionem à pas-  
 sione philosophicè sumptas. Si vero prædictum fundamentum ad-  
 sit, vt sit duplex determinatio, vt terminus existat à principio: vna  
 se tenens immediate ex parte principij, & alia immediate ex parte  
 termini. Similiter datur fundamentum, vt actio & passio philo-  
 sophicè acceptæ distinguantur.

123 Noto secundo hoc quod est *generare*, & *generari* di-  
 pliciter intelligi posse: nempe *intrinsecè*, & *extrinsecè*. *Generare in-  
 trinsecè*, & *essentialiter* est quod id, quod generat se ipso formalitè  
 ter sit generans, ita vt constituatur in esse talis entitatis per ipsum  
*generare*, modo quo Deus se ipso, & nullo alio superaddito intelli-  
 gitur amans se ipsum. Generans hac ratione dicitur generans cons-  
 titutiue. *Generare extrinsecè* est quod generans constituatur in esse  
 generantis per aliquid à se distinctū: & hac ratione in creatis vnum  
 generat alterum, videlicet extrinsecè: quia per generationem dis-  
 tinctā a creatura generante creatura dicitur generans. Et idem di-  
 cendum est de hoc conceptu *generari*, seu genitum. Hac diuersita-  
 te præsupposita.

124 Dico Patrem esse generantem constitutiue, & Filiū  
 esse etiam genitum constitutiue; consequenterq; Patrem esse se ip-  
 so formaliter generantē Filiū, & Filium etiam se ipso formaliter  
 esse genitū a Patre. Ratio huius est: quia in Patre perfectio maxi-  
 ma est esse Patre, & similiter in Filio perfectio maxima est esse Fi-  
 liū: cūque vna persona non accipiat formaliter suā perfectionē ab  
 alia, neque ab aliquo distincto, hinc fit personam generantē se ipsa  
 esse generantem, & personam genitam se ipsa genitam esse. Confir-  
 matur. Pater se ipso, & vt distinctus a quolibet alio, est Pater. Ergo  
 se ipso est generans: siquidem generare, & esse Patrem idē reali-  
 ter sunt. Idem argumentum fit de Filio.

125 Hinc oritur Patre se ipso esse immediatam determina-  
 tionem sui ad generandū, & Filiū esse immediatā determinationē  
 sui vt generetur, cū enim Pater se ipso sit constitutiue Pater & ge-  
 nerans, & Filius pariter se ipso se ipso sit constitutiue Filius, & ge-  
 neratus, secum habere identificatas necesse est determinationes im-  
 mediatas, quibus vnus Pater, alter Filius; vnus generans, & alter  
 sit generatus. Hinc etiam oritur generationem actiuam identifica-

Et cum Patre; generationem vero passiuam cum Filio, quin generatio actiua sit generatio passiuæ, & è conuerso.

126 Probatur igitur ex dictis hæc vltima deductio. Generatio actiua solum est immediata determinatio ex parte principij vt exiſtat terminus a principio. Generatio passiuæ solum est determinatio immediata ex parte termini vt proveniat a principio. Sed determinatio immediata ex parte Patris vt generet Filium non est realiter determinatio immediata ex parte Filij vt generetur à Patre. Ergo generatio actiua non est realiter generatio passiuæ. Consequentia est bona. Maior constat ex prima suppositione, nec non ex ipsa explicatione terminorum, nam actio nihil aliud significat nisi ipsum quod est *principium agere*: passio vero, seu *agere* est quo iam vltimo intelligitur terminus vt extra causas. Sed esse terminum vltimo extra causas est immediata determinatio ex parte termini vt producat, & *principium agere* est determinatio immediata formalis ex parte principij ad agendum. Ergo actio, & passio sunt prædictæ determinationes. Confirmatur. Actio est *fieri* termini, seu terminus in fieri; passio vero terminus in factio esse. At iuxta philosophos *Fieri* est determinatio immediata agentis, & *in factio esse* est determinatio immediata ex parte termini. Ergo actio & passio sunt huiusmodi determinationes.

127 Iam vero prædictas determinationes immediatas formales realiter distingui, inferitur ex secundo præsupposito: quia determinatio immediata ex parte Patris ad generandum est ipse Pater, cum Pater se ipso constituatur intrinsecè generans, & nihil immediatius Patri, quam Pater ipse: & Filius etiam se ipso constituatur generatus, Ergo sicut Pater, & Filius realiter distinguuntur, eadem ratione immediata determinatio ex parte Patris vt generet, distinguitur realiter ab immediata determinatione ex parte Filij, vt generetur.

128 Confirmatur (quidquid efficaciam harum rationum enarrare contendat Arriaga) quia potentia in diuinis non est pura, sed est actus purissimus, & ita sentiendum est, dum oppositum positum non probetur. Ergo Patrem posse generare debet esse ipsum *generare*, & Filium posse generari ipsum *generari* debet esse: alioquin Pater spe&aret filium ipsum ad eum generandum, vel *generare* non esset perfectio in Patre, vel non esset se ipso perfecte, cum non intelligeretur generans vsque dum Filius conciperetur: quo fieret Patrem à Filio quasi perfectionem emendicatur.

129 Confirmatur secundo, quia si Generatio non esset de

conceptu Patris, sed Filio identificaretur: cum Pater eatenus habeat Paternitatem, quatenus habet generationem a&ualem, & generatio actualis producatur iuxta hanc sententiam: fieret inde Paternitas, vel produci à Patre, vel saltem media productione Filij acquiri. At hoc est absurdum. Ergo, sicut Pater constituitur Paternitate, ita similiter Generatione. Non satis huic argumento satisficit Arriaga dum respondet nomine Paternitatis in ea sententia non intelligi Generationem ipsam, aut denominationem ex illa ortam; sed principium in actu primo productiuum illius, quod principium minimè producitur. Hæc inquam solutio non satisfacit: quia Pater eatenus est actu Pater, quatenus actu generat, vel generauit: nec intelligo qua ratione antequam intelligatur aliquis actu generare, intelligatur Pater: cum conceptus Patris actualis non sit posse generare; sed de facto generare, vt patet ex communi hominum consensu, & terminorum vsu, iuxta quem nemo denominatur Pater antequam generet Filium.

130 Obijcies 1. Aduersus hanc conclusionem. Idem est formalissimè principium producere terminum, ac terminum produci à principio: sicuti idem significatur per hanc orationem: *Ego amo Deum*, ac per hanc *Deus amatur à me*. Ergo implicat quod productio actiua, qua Pater producit Filium, nõ sit productio passiva, qua Filius producitur à Patre.

131 Propter hoc argumentum nonnulli RR. sequuti Arriagæ, & Arriagam, censent duplicem esse productionem a&iuã, duplicemque passiuam: ita vt productione actiua, qua Pater constituitur, & intrinsecè producit Filium, Filius extrinsecè producatur à Patre, consequenter que talis productio sit generatio *constitutiuè* Patris, & natiuitas *extrinsecè* Filij. Deinde natiuitas, qua Filius intrinsecè, & constitutiuè producitur, sit generatio, qua Pater extrinsecè, & elicitiuè producit Filium. Iuxta quam sententiã omnis actio est passio; non tamen omnis actio intrinseca, & constitutiuè principij, est passio intrinseca, & constitutiuè termini: quamobrem distinguuntur inter se processio actiua, & passiuæ: quia nomine processio actiuæ non comprehenditur omnis processio actiuæ; sed quæ est intrinseca, & constitutiuè principij; & similiter nomine processio passiuæ solum intelligitur, quæ est intrinseca, & constitutiuè termini.

132 Hic discursus ex eo solum mihi displicet, quia inferitur ex eo in Patre v.g. dari duas Paternitates: aliam intrinsecam, & constitutiuam ipsius in esse talis personæ; aliam extrinsecam, & constitutiuam ipsius in esse generantis extrinsecè, & elicitiuè Filij.

Sequela probatur. Eo ipso quod intelligatur aliquis habere Filium; intelligitur esse Pater. Sed solum considerata prima Trinitatis persona produciens elicitive Filium, intelligitur formalissime habens Filium. Ergo intelligitur esse Pater. Sed praeter hoc esse Patrem intelligitur aliud esse Patrem; nempe constitutive. Ergo intelligitur duplex esse Patrem formaliter. Ergo intelligitur duplex Paternitas. Pater haec consequentia. Esse formaliter Patrem est formalissime Paternitas. Sed intelligitur in prima Trinitatis persona duplex esse formaliter Patrem. Ergo intelligitur duplex Paternitas.

133 Confirmatur. In creatis, ubi non admittitur relatio superaddita (vbi tenet inter Societates Authores comunissima sententia) intellecta una persona generante aliam, intelligitur Paternitas, quae consistit in fundamento, & termino, & ratione fundandis quia in hoc consistit formalissime unam personam esse Patrem alterius, quamvis non intelligatur aliqua relatio superaddita. Ergo si in nostra sententia ultra generationem constitutivam Patris, intelligitur aliud esse Patrem, non intelligitur aliud generare Filium, intelligitur perinde alia Paternitas. Haec consequentia semper mihi dura videbatur, quatenus emolliatur asserendo unam esse Paternitatem personae constitutivam aliam vero solum esse Paternitatem denominativam: inveniensque non esse duplicem hac ratione esse Paternitatem nisi quidem non duplex; sed unicus tantum Pater, unicumque duntaxat principium est Filij, Scripturamque concilia, & PP. dum de Paternitate loquuntur, tantum de Paternitate constitutiva Personae sermonem habere, de alia vero non curasse. Quamvis igitur hac ratione videatur temperari difficultas, nunquam tamen duplicem Paternitatem concedere ausim.

134 Dicent forsam unicam tantum esse Paternitatem: quia Paternitas non variatur ex praecisa variatione rationis fundandae; sed vel ex variatione fundamenti, nempe Patris, vel terminali, videlicet Filij. Cum autem in nostro casu, licet sit duplex ratio fundandae, hoc est generatio, non autem duplex fundamentum, aut duplex terminus, cum non sit duplex Pater, aut duplex Filius, inferitur non esse duplicem Paternitatem.

135 Haec solutio non satisfacit: quia quidquid sit de multiplicitate relationis praedicamentalis sumenda hac vel illa ratione, negari tamen non potest, quod praeter Paternitatem identificatam cum Patre, datur aliud esse Patrem, saltem in adaequatè distinctum: quia primam Personam generare extrinsecè secundam, sufficit ut sit Pater: consequenterque fundat aliquam relationem: non identificatam adaequatè cum Patre: in quidem est extrinseca Patri.

Ergo aliam inadaquatè distinctam, quæ dicat Patrem, & Filium; & hanc vel illam generationem.

136 Ideo cenſeo aptius ſolui prædictum argumentum aſſerendo duplicem eſſe actiõnem, & paſſionem: aliam purè grammaticalem aliam phyloſophicam. Actio grāmaticalis eſt quodlibet exercitium verbo actiui modi ſignificatum; quo diciturque exercitium ſignificatum verbo paſſiui modi conſequenter eſt paſſio grāmaticalis. In quo ſenſu idem eſt ſub diuerſis terminis *Pater generat Filium, ac Filius generatur à Patre.* Actio, & Paſſio phyloſophicè acceptæ non ſunt præciſè exercitia huiusmodi ſed, vt ſupra diximus, Actio addit ſupra exercitium, quod eſt immediata determinatio ex parte agentis, & Paſſio quod ſit immediata determinatio ex parte termini. Hac doctrina ſolvitur præcedens argumentum.

137 Distinguo igitur antecedens. Idè eſt formaliffimè principium producere terminum, ac terminum produci à principio, ſumptis *producere, & produci* purè grammaticaliter, concedo: ſumptis phyloſophicè, nego antecedens. Similiter eadem ratione diſtinguo conſequentem ergo implicat productionem actiuam, qua Pater producit Filium: nõ eſſe productionem paſſiuam grammaticaliter, concedo; phyloſophicè, nego conſequentiam.

138 Obijcies ſecundo. Generatio actiua tribuit aliquæ denominationem termino: non aliam quam generati. Ergo per generationem actiuam conſtituitur terminus generatus, nõpe Filius. Ergo generatio actiua eſt etiam generatio paſſiua. Reſpondeo generationem actiuam tribuere termino, hoc eſt Filio, denominationem generati; non abſolutè, & ſimpliciter; ſed generati in via, ſeu in fieri; non vero in termino; ſeu in facto eſſe: quod requiritur vt abſolutè, & ſimpliciter ſit generatus: vel reſpondeo tribuere denominationem eſſendi id quod Pater generat, quod eſt idem ac eſſe generatum purè grammaticaliter; non verò phyloſophicè.

139 Obijcies tertio. In creatis non diſtinguuntur Actio, & Paſſio. Ergo neque in diuinis. Nego conſequentiam: in creatis enim neque agens ſe ipſo eſt agens, neque actum ſe ipſo eſt actum; aut productum; quare in creatis opus nõ eſt duas determinaciones formales diſtinguere: ex quibus vna ex parte agētis; altera vero ex parte termini immediatè ſe teneant: cum vero ſecus res ſe ha-

beat; in diuinis, vt probatum eſt: id circo non rectè  
à creaturis ad Trinitatem deſumitur

ſur paritas.

## SECTIO VLTIMA:

*Vtrum productiones diuinae sint vitales?*

140 **D**Vplex vitalitas solet ab authoribus distingui: physica vna, intentionalis alia. Vitalitas intentionalis consistit in tendentia intentionali in obiectum, quacumque ratione se habeat: hoc est, siue tendentia immanenter à subiecto producat, siue aliunde constituitur in subiecto tendente in obiectum, siue à tali subiecto penitus in distincta. Quamobrem si posset mihi Deus infundere cognitionem, qua obiectum aliquod cognosceret, tamen si in illam nulla ratione actiue influerem, adhuc per eam cognitionem viverem, quia vita intentionalis non exigit concursum actiui uiuentis. Ob eandem rationem Deus per suam intellectio- nem omnino realiter, & virtualiter à Deo indistinctam, etiam propriis in se uiuit: quia propriissimè fertur intentionaliter in obiectum.

141 Vita physica, seu viuis physice, iuxta definitionem, quæ maiorem nobis in præsentis casu poterat difficultatem ingerere, est quod *ultra ea, quibus in suo esse connaturali constituitur, potest aliquid in se producere.* Hac ratione viuunt quæ natiuntur, quia in se immanenter aliquid producant, ultra ea, quæ ad suam connaturalem constitutionem spectant. Et quidem opus est ad huius generis vitam, quod terminus productus ad connaturalem constitutionem non spectet: quia productio proprietatum, & passionum vitalis non est, & tamen est productio immanens. His ex libris de Anima præsuppositis: dubitatur modo: an productiones Filij, & Spiritus Sancti sint actiones vitales, siue physice, siue intentionaliter? Erunt quidem vitales intentionaliter, si fiat tendentia intentionalis. Erunt autem vitales physice, si per eas suppositum, iam constitutum in suo esse connaturali, producat aliquid immanenter distinctum à sua connaturali constitutione.

142 Dico 1. Productiones Personarum, tam actiue, quam passiuè vitales sunt, vitalitate physica. Probatur. Pater v.g. per Generationem producit Filium, vt constat ex fide. At Filius non est de constitutione connaturali Patris, & alia generatio est immanens respectu Patris, & idem est de Spiritatione respectu Patris, & Filij. Ergo productiones Personarum vitales sunt. Ergo. Secunda pars minoris, videlicet generationem esse actionem immanentem respectu Patris: certum est; si quidè si loquamur de Generatione actiua constituti Patris



in esse talis, & cum toto Patre realiter identificatur: quā immānētia nulla alia maior esse potest. Si verō loquamur de Generatione passiva, etiam manet in Patre, & ratione illius etiam Filius productus in Patre manet. Nam Generatio passiva, & consequenter Filius, identificantur cum Essentia, quæ est aliquid Patris. Sed identificari inadæquatè cum Patre, seu cum aliquo constituyente Patre, est manere simpliciter in Patre. Ergo Generatio passiva, & Filius manent in Patre.

143 Secunda vero pars: nimirum terminum productum non spectare ad naturalem constitutionem producentis, probatur. Pater non producit Filium ex indigentia, sed ex fecunditate, & idem est de Patre, & Filio respectu Spiritus Sancti. Ergo neque Filius ad constitutionem Patris, neque Spiritus Sanctus ad constitutionem spectat Patris, & Filij. Antecedens est cōmune Theologorum axiomati: consequentia vero probatur. Eatenus Persona producta spectaret ad naturalem constitutionem, aut statum Personæ producentis, quatenus Persona producat, vel in suo esse dependet à Persona producta, vel absolutè, & simpliciter per Personam productam perficeretur. Sed principium producat non ex indigentia, sed solum ex fecunditate, neque depēdet a termino producto, neque per illum perficitur: alioquin produceret illum, vel ex indigentia quoad esse, vel quoad perfectiōem esse. Ergo, si Persona producta non ex indigentia, sed solū ex necessitate nature, terminus productus non spectat ad naturalem constitutionem Personæ producentis.

144 Sed obijcies. Persona producat cōnectitur intrinsecè, & essentialiter cum Persona producta: imò Essentia Personæ producentis dicit in se ipsa identitatem cum Persona producta, ut est certum. At hoc est producere ex indigentia natura, ergo producat ex indigentia. Minor probatur. Indigere principium terminum productum ut à se productum, est producere illum ex indigentia. Sed Pater v.g. indiget Filio, ut à Patre productum. Ergo Pater producat Filium ex indigentia. Major videtur certa, & minor probatur. Eo indiget Pater, quo indiget Essentia Patris: siquidem eo indiget complexum, quo indiget quodlibet complexi constitutionum. Sed Essentia indiget Filio, ut productum à Patre. Ergo Pater indiget Filio, ut à se productum. Minor probatur. Quilibet res indiget eo, cum quo se ipsa identificat: quemadmodum quilibet res indiget se ipsa. Sed Essentia Patris se ipsa identificatur cum Filio, ut productum à Patre: siquidem identificatur cum Filio, & cum omni productione Filij. Ergo Essentia Patris indiget Filio, ut à Patre  
pro.

producto. Idem argumentum potest fieri de Spiritu Sancto respectiue ad Patrem, & Filium.

145 Respondeo sub nomine *indigentiae* non quacumque necessitatem intelligi in presenti, sed qua vel in imperfectione, vel dependentia fundetur. Ceterum, licet necessitarium sit vt existat extremum A. quod existat B. hac tamen necessitas ita duntaxat in connexione fundatur, vt extremum A. neque dependeat in existendo à B. dependentia, vel a posteriori, qua B. tribuat entitati A. vel existere, vel perfecte existere, neque B. perficiat A. Id circo in hoc casu non dicitur A. *indigere* B. sensu proprio, & rigoroso. Cum igitur Filius non perficiat proprie Patrem, neque tribuat Patri, vel existere, vel perfecte existere: hinc deducitur proprie loquendo Patrem non indigere Filio, aeque Patrem, & Filium indigere Spiritu Sancto: ac per consequens solum ex fecunditate Patrem producere Filium, Patremque, & Filium Spiritum Sanctum spirare.

146 Hinc ad argumentum in forma: nego minorem primi syllogismi. Ad eius probationem, nego etiam minorem: & ad probationem huius, distinguo minorem. Quae libet res indiget ex vno, cū quo realiter identificatur: identitate reali, & virtuali, concedo: identitate tantum reali, sub distinguo, si ab ea perficiatur proprie loquendo, vel dependeat, concedo; aliter: nego minorem; & nego consequentiam in sensu iam explicato.

Dico secundo. Productiones diuinae sunt etiam vitales vitalitate intentionali. Probat. Per generationem actiuam, & passiuam, vt potè distinctas à loquutione actiua, & passiuā, Pater loquitur, & per spirationem Pater, & Filius spirant. Sed loqui mentaliter, & spirare sunt tendentiae intentionales. Ergo Pater per Generationem, & etiam Pater, & Filius per Spirationem operantur intentionaliter, & tendunt intentionaliter in obiectum. At quae libet tendentia intentionalis est vltima intentionalis, vt iam diximus. Ergo tam Generatio, quam Spiratio sunt vltima intentionalis. Probat. minor. Operationes intellectus, vt talis, & voluntatis, vt talis sunt operationes intentionales, & tendentiae intentionales circa obiectum loquutione manifestatum, & in quod voluntas pondere affectiuo fertur: nam operatio intentionalis est operatio facultatis intentionalis, vt talis, quales sunt intellectus, & voluntas. At qui loqui, & spirare sunt operationes propriae intellectus, & voluntatis, vt talium. Ergo sunt operationes vitales.

147 Obijc. Omne ferri intellectum in obiectum est illud intelligere, & omne ferri voluntatem in obiectum est illud amare.

Sed

Sed loqui, & spirare non sent intelligere, & velle. Ego neque sane ferri intentionaliter in obiectum. Nego maiorem absolutè sumpt às quia, vt supra probauimus, non solum feruatur intellectus, & voluntas in obiectum intelligendo, & amando; verum etiam loquendo, & spirando, & quidem, dum semel statuatur, vt supra diximus, loqui, & spirare non esse virtualiter intelligere, cum ex alio capite negari non possit esse operationes intellectus, & voluntatis circa obiectum loquutum, consequenter negari non potest esse tendencias intentionales in obiectum.

148 In calce aduerto, quod qui propugnare voluerit in Deo esse vitam physicam, adhuc præsciendò à productione reati, ita vt Deus, præcisè, vt vnus, sit viuens physicè, & Spiritus Sanctus, qui nihil ad intra producit, sit viuens vita physica, poterit faciliè cū Quiedo in cursu Philosophico tract. de Anima controu. 2. punct. 2. sic viuens definire. *Viuens est, quod operatur operatione immanenti distincta à simplici emanatione, non ab alio physice proueniens.* Cum igitur Deus, etiam præcisè, vt vnus, sit operatus intentionaliter operatione (nimirum intellectuone, & volitione) secum identificata, quæ identicas perfectissima immanentiæ est; & deinde hæc operatio non sit simplex emanatio: cum de ratione simplicis emanationis sit esse veram eductionem, quod longe àbest à tendentiã intentionali diuina. Et denique volitio non proueniat physicè aliunde, quam à Deo; hinc fit Deum, vt intelligentem, esse viuentem vitam physicam non præcisè quia intelligit; sed quia intelligit à se.

149 Nec obstat volitionem, & intellectuonem non esse actiones physicas de prædicamento actionis, quia hoc non tollit quominus sint operationes per modum actus purissimi nullam, vel involuentis, vel supponentis potentialitatem. Etenim conceptus vitæ physice prout distinguitur à vita purè intentionali, non petit actum physicum possitiuè: hoc est actionem effectiuiam termini distincti ab efficienti, sed vagè vel physicam productionem actiua possitiuè, vel negatiuè per exclusionem, videlicet essendi ab alio: qui modus ex genere suo perfectior est, quàm modus producendi, & causandi physicè.

150 Hæc ratione ductus censeo vitam physicam, seu, viuens physicè posse brevius, & expeditius definire inempe *quod habet à se aliquem terminum immanenter, aliter quàm per simplicem emanationem,* & hic est tertius modus defendendi vitam physicam in Deo. Cum igitur Deus respectu cuiuscumque prædicati essentialis ita se habeat: ideo non solum quatenus intelligens, & volens; verum quatenus

tenus omnipotens, & immensus, præscindendo ab operatione intentionali, vivit vita physica: quia habet illud prædicatû à se aliter, quam per simplicem emanationem. Iuxta quam explicationem productiones in divinis sunt actiones vitales physica, præcise ex eo, quod producant aliquid immanenter, aliter, quam per simplicem emanationem, præscindendo à quolibet alio. Verum de hoc fusius alibi,

QVÆST. V.

*De virtute immediate producenti, seu de Principio quo.*

**H**ic usque egimus de processioneibus divinis: videlicet de productionibus actibus, & passivis personarum: nunc agendû nobis est de virtute producentes: utrum, & qua ratione detur: & in quo virtualiter consistat.

SECT. I.

*Verum detur in Deo vera ratio potentia physicae producendi ad intra?*

**H**æc quæstio, licet acris de illa apud graves authores controversatio sit, vix quidquâ habet difficultatis, quæ de nomine non sit. Ut autem hoc innotescat, quæ certa in hac materia apud catholicos sunt, præmittere oportet.

1 Certum est primo: Patrem verè, realiter, & physicè producere Filium: Patremque, & Filium producere physicè; & realiter Spiritû Sanctû. In hoc apud catholicos dissensio non est: quia qua ratione Pater est Pater, producit Filium (& idem proportione servata dicendû est de Patre, & Filio respectu Spiritus Sancti) sed Pater Æternus physicè, & realiter, & non solum logicè, aut metaphysicè est Pater. Ergo physicè, & realiter generat Filium.

2 Certum est secundo: hanc quæstionem dependentem non esse ab eo, quod Pater generet Filium per Filiationem, quasi Pater eatenus esset potens physicè generare, quatenus præcise per generationem extrinsecam distinctam realiter à Patre, tenentemque se ex parte Filij, posset extrinsecè generare Filium: non enim in hoc sensu examinatur quæstio, sed, supposito quod Pater solum generet per generationem secum identificatam, verum sit

fit adhuc potēs physice generare vel dato quod generet intrinsecē, & constitutiue se ipso, & extrinsecē per Filiationē: an non solum fit physice potens extrinsecē generare; verum etiam physice potens fit generare intrinsecē? Quia cum difficultas ex eo oriatur, quod principium generans identificetur cum exercitio generandi: agitanda est questio pro casu talis difficultatis; aliter enim difficultas non est: si enim Pater per generationem à se di-  
 stinctam generet Filium, cum tam terminus, quam generatio di-  
 stinguantur à principio: non est cur Pater non sit physice potens ad generandum.

4 Certum est tertio in sententiā, quam defendimus asserente Patrem per Paternitatem constitutiue generare Filium: in hac, inquam, sententiā certum est principium nō distingui realiter à generatione, siue à principiatiōe, cum per illam in esse talis constituitur intrinsecē. Vnde solum restat questio: an, vt aliquid sit potens physice producere terminum, debeat potētia physica distingi, cum à termino, tū ab eius productione: vel sufficiat à termino distingui? Si sufficiat, Pater Æternus erit potens physice producere Filium: quia reuera facultas illam producendi distinguitur realiter à termino productō, vtique Filio. Si vero hoc nō sufficiat, sed vterius requiratur distingui potētiam productiua à productione: certum erit Patrem non habere potentiam physicam ad generandum: siquidem, vt constat ex præsuppositis, Pater non distinguitur à generatione: quia per illam in esse Patris, & in esse generantis constituitur. Ecce iam tota præsens questio ad significationem huius termini *potētia physica* deolvitur: vtrū videlicet, de conceptu potētiae physicae sit distingui à suo exercitio, vel potius possit cum eo identificari?

5 Censeo igitur (& hæc sit nostra conclusio) potentiam physicam dicere in suo conceptu distinctionem realē ab exercitio, per quod talis potentia exercetur. Vnde potētia physica generandi debet distingui ab eo, quod est actus generare: icūque Pater nō distinguitur realiter à generatione: hinc deducitur nō habere potētiam physicam generandi: consequenterque cū Patre, & Filio non distinguantur realiter à productione Spiritus Sancti, similiter non habere potentiam physicam spirandi, seu producēdi Spiritum Sanctum. Vt igitur hæc conclusio melius intelligatur, asserimus Patrem vere, & physice producere, & generare Filium: itē habere potentiam logicam, vt physice, & realiter generet Filium; nō tamen habere potentiam physicam, vt Filium generet. Et idē ob-

eandem rationem dicendum est de Patre, & Filio respectu Spiritus Sancti.

6. Hæc conclusio probatur. Potentia physica dicitur in suo conceptu esse actum primum physicum. Sed in Patre non datur actus primus physicus generandi. Ergo neque potentia physica. Consequentia est bona. Minor videtur certatquia actus primus physicus debet realiter distingui ab actu secundo, relatè ad quem dicitur actus primus. Sed in Patre non datur aliquid realiter distinctum ab actu secundo generandi: siquidem Pater adequatè realiter identificatur cum generatione. Ergo in Patre non datur actus primus physicus generandi. Iam vero maior: videlicet potentiam physicam esse actum primum physicum, videtur ex ipsis terminis notum: nihil enim intelligimus nomine actus primi, nisi potentiam physicè completam ad operandum. Ergo ea ratione, qua datur potentia physica completa ad operandum, dari debet actus primus physicus generandi.

7. Confirmatur. Potentia physicè operatiua, seu operandi physicè, debet esse physicè prior quam ipsum mer operari: quia ea ratione, qua datur potentia, & actus, debet potentia præcedere ad actum. Si ergo physicè, & realiter datur potentia generandi, realiter prioritate naturæ debet præcedere potentia generatiua ad ipsum generare. Sed in Patre non est prius posse generare, quam ipsum actum generare: quandoquidem ipsa generatio, ne constituitur in esse potentis generare. Ergo in Patre non datur potentia physica generandi.

8. Obijcies. In Deo est principium realiter formaliter producens Filium, & principium realiter formaliter producens Spiritum Sanctum. Ergo tale principium habet aliquid, vi cuius producat. Sed id, vi cuius principium producit realiter formaliter terminum, est vis, & potentia productiua realiter formaliter termini. Ergo in Patre est vis, & potentia productiua realiter formaliter Filij, & in Patre, & Filio vis, & potentia realiter formaliter productiua Spiritus Sancti.

9. Respondeo hunc terminum *Potentia* dupliciter accipi posse: primo prout opponitur ineptitudini, seu in capacitati ad id, quod dicitur posse. Hac ratione vnio est potens vnire: quia non est inepta ad vnendum, nec incapax ad copulandum extrema, cum se ipsa extrema copulet, & vniat. Et hac ratione sumuntur cõmuniter *virtus, facultas*, & alij termini. Secundo accipitur *potentia* non præcise pro aptitudine, & conducentia; sed pro facultate,

quæ reuera reducitur ad actum per exercitium, quod est vera operatio egrediens à tali potentia. Hac ratione homo est potens amare: quia habet vim, & facultatem, quæ verè per proprium exercitium potest transire de potentia ad actum: & facultas huius generis est, quæ appellatur potentia physica. Potentia vero primi generis appellatur logica: nam solum logicè habet hoc, quod est prodire, seu transire in actum: ubi enim distinctio potentia ab actu non est physicè, & realiter; sed solum modo logicè, similiter transitus non realiter; sed tantum logicè dabitur.

10 Hinc ad argumentum in forma, concesso primo antecedente, distinguo consequens: ergo principium de facto produciens habet aliquid, ut cuius producat: aliquid se ipso constitutum in actu producendi, concedo: aliquid potens transire de potentia ad actum, nego consequentiam: & deinde distinguo similiter secundum consequens. Sed id, ut cuius principium producit, est vis, & potentia potens transire de potentia ad actum, nego: vis, & potentia se ipsa constituta in esse producentis, concedo consequentiam.

11 Ecce quomodo questio reuocatur ad purum nomen aduersarijenim nomine potentia physica operatiua (solum intelligit principium physicè operans, nos vero ultra hoc, quod est physicè operari, in super requirimus quod possit physicè transire de potentia ad actum: quare de re (sensu questionis, ritè intellecto) nullum dissidium versatur.

## SECT. III.

*In quo consistat principium quo processionum iuxta varias authorum sententias?*

12 **D**Vplex est in diuinis distinguendum principium respectu processionum, nempe principium quod, & principium quo. Principium quod est virtus proximè, & immediatè operatiua, ratione cuius totum suppositum denominatur operans. Principium autem quod est quod ratione principij quo operans denominatur. Principium quod Filij esse Patrem integrè acceptum, & principium quod Spiritus Sancti esse Patrem, & Filium integrè etiam acceptos, certum est apud Theologos. Dubium, ergo reliquum est circa principium quo, seu virtutem immediate

est operatiuum; ratione cuius totam suppositum denominetur operans.

13 Plures sunt authorum sententiæ, & ferè nulla ex cogitari potest, quam aliqui graues authores non tradiderint. Prima sententia tenet principium *quo*, seu potentiam productiuam ad intra, esse in Deo solam essentiam, aut aliquod predicatum essentialiale; connotato tamen in principio procedente ut *quod* relatione propria, ut conditione, siue ut requisito, ut potentia proximè operetur. Ita Scotus in 1. dist. 7. quæst. 1. §. *ad questionem igitur*. Suarez lib. 6. cap. 5. adducens pro se Capreolum, & Martellium. Tenet etiam eandem sententiam P. Gasp. Hurt. disp. 1. dist. 9. qui in fauorem sue sententiæ allegat D. Thomam quæst. 41. cum Gaetano, & alijs Thomistis.

14 Secunda sententia docet potentiam remotam esse essentiam; proximam vero intellectum, aut voluntatem, connotata tamen proprietate personalis: non ut cunque; sed ut intrinsecè, licet in obliquo, pertinente ad rationem formalem potentia proximè, seu principij ut *quo*. Ita Canariensis quæst. 41. artic. 1. P. Molina ibidem. P. Vazq. disput. 164. cap. 3. P. Grad. tractat. 13. disput. 3. & Beccan. cap. 7. quæst. 3.

15 Tercia sententia distinguit inter potentiam productiuam, & communicatiuam: ita ut munus potentia communitatiue sit communicare essentiam; munus vero potentia productiuæ sit producere terminum distinctum. Docet ergo prædicta sententia potentiam communicatiuam esse essentiam: quia hæc sola communicabilis est; potentiam vero productiuam esse personalitatem: quia hæc sola respicit terminum distinctum. Ita Magister Albiz cum alijs relatis à Durando in 1. dist. 7. quæst. 1. num. 18.

16 Quarta sententia tenet potentiam productiuam; seu principium *quo* esse essentiam, & relationem equè principaliter, & in recto: ita tamen, ut essentia cum relatione sit principium remotum, proximum vero intellectum, aut voluntatem cum relatione. Ita Henric. quodlib. 3. Richard. in 1. distinct. 12. P. Valentia disput. 2. quæst. 13. punct. 2. P. Zuñiga disp. 16. dub. 6. P. Ruiz de Montoya disp. 110. lect. 5. præcipuè num. 6. & 9. & R.R. Complutenses.

17 Quinta sententia tenet potentiam proximam, seu principium *quo* esse solam relationem; connotata tamen ut conditio per se requisita essentia diuina. Ita D. Bonau. P. Amicus:



P. Martinon: quos sequitur P. Quiros in 1. p. tract. 7. disput. 40.  
 f. & 2.

## SECT. III.

*Eligitur hæc ultima sententia, & statuitur prima eius conclusio.*

18 **D**Vplicem partem continet prædicta conclusio. Prima est: relationem non esse extra principium *quo*, sed saltem in adæquatè esse principium *quo* termini producti. Secunda est: non solum non esse extra adæquatam cōceptum principij; verum etiam esse adæquatam principium. Porro, licet ex hac secunda parte illa prima legitime inferatur; habet tamen illa prima conclusio speciales probationes, quas placuit non omittere, quia peculiarem continent doctrinam ad tractatum præsentem maxime perè necessariam.

19 Probatur primo ex Concilio Lateranensi cap. *Dænamus de summa Trinitate*, ubi docetur dici non posse quod *Essentia generat*. At, si *Essentia* foret adæquatam principium *quo*, *Essentia* propriissime generaret. Ergo iuxta dictum Concilium *Essentia* non est adæquatam principium *quo*. Consequentia est bona. Minor probatur, tum à paritate, quia ex eo non solum *Christus* dicitur intelligere; verum etiam natura humana, quia natura humana est principium immediatum intellectus. Item non solum homo dicitur intelligere; verum etiam (admissa distinctione potentiarum ab anima) ipse intellectus intelligere dicitur, quia est principium *quo* intelligendi. Ergo pariter *Essentia Divina* dicitur generare, si semel principium *quo* adæquatam constituitur. Tum etiam probatur ratione à priori consequentia eadè quia illud generat, quod producit, & elicit terminum, qui generatur. Sed, si *Essentia* est principium *quo*, *Essentia* elicit, & producit terminum generatum. Ergo *Essentia* generat.

20 Probatur secundo eadem conclusio. Si *Essentia* esset adæquatam principium *quo* producens, superflueret relatio spiratoris (virtualiter superaddita Patri, & Filio) ad producendum Spiritum Sanctum. Sed relatio spiratoris ita distincta, ab omnibus Theologis, quos ego viderim ponitur necessaria. Er-

20 Essentia non est adæquatam principium, quo producens. Minor est certa, & consequentia legitima. Maior, in qua est difficultas, probatur. Ideo ponitur relatio spiratoris, ut principium quo producens Spiritum Sanctum sit unicum etiam virtualiter, ita ut etiam simplex sit. Sed si Essentia esset adæquatam principium quo, tota hæc simplicitas, & unitas (ut ita dicam) virtualis salveretur, quin opus esset relatio spiratoris. Ergo in hac sententia locum persuit relatio spiratoris. Maior constat ex communi Theologorum doctrina. Minor conspicua apparet: Essentia enim eadem virtualissimè est in Patre, & Filio. Si ergo Essentia est adæquatam principium quo, tota simplicitas principij Spirantis salvatur in; dependenter à relatione spiratoris superaddita.

21 Tertio denique probatur eadem conclusio. Inter producens verè, & realiter, & productum debet realis distinctio intercedere. At principium quo propriissimè, & verissimè producit terminum. Ergo principium quo, saltem adæquatè, debet distingui realiter à termino productò. Sed Essentia nulla ratione distinguitur realiter à Filio, & Spiritu Sancto. Ergo Essentia non est adæquatam principium quo Filij, & Spiritus Sancti. Hanc rationem magis urgebimus in sequentibus.

22 Obijecit primò contra hanc conclusionem Ioannes Theologus in Concilio Florentino (scilicet 18. ubi ait, *dixi Filium ex Patre & ex Patris substantia generari: ita enim est Pater sit generans; principium autem, quo ipsa persona generat, est id, quod solum est communicabile est.* Vbi quamvis non dicat solum esse principium, quod communicabile est; dum tamen solum assignat pro principio, quod communicabile est, satis innuit solum agnoscere pro principio, quod communicabile est, nempe Essentiam. Respondeo solutionem colligi debere ex verbis alijs eiusdem Ioannis Theologi scilicet 19. cum enim iterum docuisset Essentiam esse principium quo, seu per quod, ipse se explicat sequentibus verbis: *non tamen secundum eius absolutam considerationem; & iterum subiungit: propterea tamen non sequitur, ut hæc substantia secundum suum esse commune, & absolutam, principium sit, per quod.* Ergo Ioannes Theologus, ita tribuit Essentia rationem principij quo, ut non ipsi tribuat secundum esse commune, & abstractum; sed secundum esse proprium, & respectuum personæ producentis.

23 Sentio ergo Ioannem Theologum solum velle Essentiam dici principium quo, quatenus Essentia est id, quod communicatur: per se quidem in sensu formali; per respectum autem in

Aniu & ind. Hæc explicatio colligitur ex ipso Concilio Floren-  
 tino sess. 19. §. *Iacob*: ubi hæc habentur: Porro autem quoniam ipsa  
 Patris persona in generando Filio substantiam ei communicat, idcirco  
 iuxta Doctores Filius ex Patris, Spiritus autem ex Patris &  
 Filij que substantia dicitur esse. Ecce quomodo loquendo de com-  
 municatione formali tribuit Essentia rationem essendi id, ex quo  
 est Filius, nec non Spiritus Sanctus. At vero loquens idem Cõci-  
 lium de communicatione actiua negat Essentia rationem comu-  
 nicantis, & principij his verbis eadem sess. 19. *Nãque cum substã-  
 tia vna numero sit: siquidem generare possit, proculdubio in diuinis ef-  
 set distinctio, quandoquidem non se ipsam; verum quidquam aliud ge-  
 neraret.* Igitur ex Concilio, & ex verbis eiusdem Ioannis Tholo-  
 gi, colligitur principium quo sumi in sensu formali: in quo sensu  
 Essentia est quo, seu ex quo est Filius; loquendo autem in sensu a cõ-  
 no Essentia non est principium quo secundum se, seu per se; sed se-  
 cundum esse respectiuum, ne ob distinctionem, quæ inter produ-  
 cens, & productum intercedere debet, inferatur Essentiã, à Filio;  
 & Spiritu Sancto realiter esse distinctã. Hæc eadẽ ratione explicã-  
 di sunt PP. assertores Filium esse ex substantia Patris, procedere  
 ex Deitate, & alia id generis: quibus loquendi modis vtitur An-  
 selmus epist. de Spiritu Sancto cap. 6. & 10. & Concilium Floren-  
 tinum sess. 13. & 19.

24 Obijcies secundo: Potentia generatiua Filij assimila-  
 lat sibi Filium. Sed Filius non est similis Patri nisi in Essentia. Er-  
 go potentia generatiua assimilat sibi Filium in Essentia. Ergo sola  
 Essentia est principium quo generatiuum. Probatur hæc vltima  
 consequentia. Principium quo generatiuum Filij debet esse simile  
 Filio. Sed Filius solum est similis suo principio generati in Essen-  
 tia. Ergo sola Essentia est principium quo generans Filium.

25 Responderi potest primo: principium quo, non aliam  
 similitudinem intendere cum principiato, quam vnitatem Essen-  
 tia: cumque, quamvis principium quo, vtique Paternitas, secundũ  
 se, prout virtualiter distinctum ab Essentia, simile non sit Filio; eã-  
 dem nihilominus Essentiam habeat cum Filio, habet consequen-  
 ter similitudinem intentam. Hoc confirmatur ex communi senten-  
 tia distinguente potentias a substantia operante *vt quod*: in qua  
 quidem sententia potentia immediatè producens substantiam nõ  
 euadit similis alteri substantiæ productæ similitudine specificã; sed  
 tantum est similis quatenus habet eandem naturam (non Essen-  
 tiam) quam habet effectus productus. Pariter ergo in nostro casu  
 prin-

principium *quo*, nempe relatio Paternitatis, producit Filium; nõ tamen ad hoc requiritur, quod relatio secundum se sit similis formaliter Filio; sed solum quod Paternitas habeat eandem naturã, quam habet Filius. Hoc alijs terminis explicatur: nempe similitudinem in natura non debere intervenire inter effectum, & principium *quo*; sed inter effectum seu terminum, & principium *quo*; proximum; qua ratione reperitur in creatis.

26 Hac etiam ratione potest responderi Scoto inferenti ex eo quod Essentia non sit principium *quo*, quod productiones divinæ sint æquivoce, siquidem non proveniunt à principio simili. Respondetur, inquam, productiones univocas esse: quia ad univocationem in productione nõ requiritur similitudo inter terminum productum, & principium *quo* sumptum formaliter; sed quoad naturam: hoc est requiritur, quod eadem sit natura in producente, ac in producto, modo quo supra diximus.

27 Responderi potest secundo: ipsam relationem Paternitatis prout virtualiter distinctam ab Essentia habere similitudinem cum Verbo, utriusque intentionalem: Verbum enim est imago Generatoris: hancque distantiam similitudinem ad rationem Filij sufficere, modo quo infra latius explicabimus, dũ quæramus cur Verbum sit Filius potius quam Spiritus Sanctus.

28 Obijcies tertio. Per id constituitur Pater potens producere; propter quod constituitur secundus. Sed Pater per Essentiam constituitur formaliter secundus, & non per relationem. Ergo per Essentiam, & non per relationem Pater constituitur potens producere Filium Minor probatur. Per id constituitur secundus, per quod constituitur communicans, seu potens communicare Filio suam Essentiam. Sed Essentia solum est communicabilis, & nõ aliud. Ergo ratione solius Essentia constituitur Pater secundus.

29 Respondetur facile Patrem constitui secundum per potentiam communicativam activam; non vero per potentiam communicativam formaliter. Unde quamvis Essentia solum sit communicabilis, ipsa Essentia communicatur activè per relationem: quapropter per relationem constituitur Pater secundus; non vero per Essentiam; siquidem per Paternitatem constituitur communicativus activè: in qua communicabilitate activa consistit secunditas. Alii sunt argumenta, quæ solum probare intendunt Essentiam in eodẽ in principio *quo*; quæ postquam secundam con-

clusionem tradidimus, syllabatim sol-

ventus;

## SECT. IV.

Proponitur, & propugnatur secunda conclusio nostra sententia.

30 **S**it secunda conclusio. Sola relatio prout virtualiter distinguitur ab Essentia est principium quo in diuinis. Hæc conclusio mihi probabilior apparet. Probatur primo. Principium producens debet distingui à termino producto. Sed in Patre sola relatio distinguitur à termino producto, nam Essentia communis est Patri, & Filio: Ergo in Patre sola relatio est principium producens Filium. Consequentia vi detur bona, & minor certa. Maior, præter quam quod à nemine negatur, est etiam totum fundamentum distinctionis personarum, ubi enim intercedit productio, & distinctionem intercedere necesse est. Ideo Cirill. lib. 1. in Ioan. cap. 2. hæc habet. *Quod enim ut splendor emanat à Filio, non à se ipso necessario emanabit: nulla enim ratio patitur, ut quod ab alio effuxerit, ab eo, à quo effuxit, non distinguatur.* Hinc igitur conficitur argumentum. Principium quo totaliter totalitate ex parte principij producit propriè immediatè, & proximè suum terminum Ergo totaliter ex parte principij debet distingui à termino: Sed in Patre nihil est, quod adæquatè, & totaliter distinguatur à Filio, nisi relatio. Ergo relatio est in Patre totum principium quo producens Filium.

31 Dices: non esse inconueniens, quod principium influens inadæquatè identificetur cum termino producto, sicut in conueniens non est, quod id, quod præsupponitur identificetur inadæquatè cum eo, ad quod præsupponitur: Pater enim ut habens Essentiam præsupponitur ad Filium ita ut Essentia, ut in Patre, præsupponatur ad Filium: & tamè Essentia identificatur cum Filio. Cur ergo non poterit id, quod influit in Filium inadæquatè identificari cum Filio?

32 Non acquiesco: quia hoc, quod est verè, & realiter producere, apud omnes PP. est argumentum infallibile distinctionis; nõ tamen apud ipsos est distinctionis efficax argumentum quolibet præsuppositio. Ergo stando authoritati Patrû non tenet paritas à præsuppositione ad influxû. Præter quâ quod hæc præsuppositio

Essen:

Essentia ad Filium sufficit, in plurimum sententia, quod sit virtua-  
lis, quatenus Essentia sit ratio Filiationis aliqua ratione, qua Fil-  
iatio non sit ratio Essentia. At vero in nostro casu principium quo  
vere, & realiter influit:quare opus est vera, & reali distinctione  
adeo totali, ac est totale principium. Ergo debet principium quo  
totaliter distingui a termino producto.

33 Probatur secundo nostra sententia. In diuinis potest  
tia ad intra est actus purissimus. Ergo idem est virtualiter in di-  
uinis posse, & operari. Sed operari, seu producere Filium, identifi-  
catur adæquatè virtualiter cum proprietate personali, vt supra  
probatum est. Ergo etiam posse producere, seu principium quo idem  
tificabitur adæquatè cum relatione, seu proprietate personali.  
Confirmatur primò. Vis generatiua in Patre est posse esse Patrè.  
Sed in Patre idem est virtualiter adæquatè posse, & esse Patrè.  
Ergo vis generatiua in Patre est esse Patrè. Sed esse Patrè est  
ipsum met generare Filium. Ergo vis generatiua in Patre est ipsa  
met generare.

34 Confirmatur secundo. Essentia non est ratione sui,  
adhuc inadæquatè, fundamentum referendi Patrè ad Filium. Ergo  
neque est fundamentum, adhuc inadæquatè, producendi: conse-  
quenterque neque adhuc inadæquatè, est principium quo. Antea-  
cedens est certum: quia distinctio Patris à Filio non fundatur, vel  
inadæquatè, in Essentia communi vtrique; sed in relatione pro-  
pria Patris, vt indubitatum est. Consequentia vero probatur. Nò  
minor distinctio requiritur inter producentem, & productum, quam  
inter id, quod refertur, & id, ad quod primum, refertur. Sed ob  
hanc distinctionem non potest aliquid commune vtrique esse fun-  
damentum, vel inadæquatè, referendi. Ergo ob eandem ratio-  
nem nihil commune poterit esse, adhuc inadæquatè, fundamentum  
producendi.

35 Obijcies primo plures PP. tribuentes Essentia vim  
generandi. Ergo Essentia saltem inadæquatè cõstituit vim gene-  
ratiuam. At hoc est esse, inadæquatè saltem, principium quo. Ergo  
Essentia, saltem inadæquatè, est principium quo. Quod autem  
PP. vim generatiuam tribuant Essentia, videtur pluribus ex locis  
constare: nam Athanasius dialogo de Trinit. pag. 668. *uterum* id  
est Essentiam, ex quo gignitur Filius, vim gignendi interpretatur  
& dialog. 2. contra Arium hæc habet. *Si Filius, eo, quod sit ge-  
nitus, non gignit, ne Pater quidem, quia non genitus est, gignit, sed  
eo quantum Deus est.* Ergo tribuit Patri vim generatiuam quia  
Deus

Deus est. Ergo Deitati. Ergo Essentia. Basil. lib. 1. contra Eunomium etc. *Pater nativus virtute indivisibiliter generat*, hanc hanc virtutem vocat generativam *Essentiam*, Hilarius 11. de Trinit. columna. 3. *nativitas in natura eius sit virtute, qua genuit*. Anselm. in monolog. cap. 32. loquens de processione Spiritus Sancti ait *non ex eo procedit, in quo plures sunt Pater, & Filius, sed ex eo, in quo unum sunt*. Quod postea dicit esse suam Essentiam. Ergo P. P. tribuunt Essentia vim generativam.

36 In primis hae loquutiones nimium videntur probare remam si vt sonant accipiendae sint, poterit absolutè dici quod *Essentia generat* quod quidem damnatum est in cap. *Damnatus de summa Trinit.* Hoc inferri ex verbis adductis, si ad speciem sumantur, patet ex ipsis, si attente legantur, praesertim ex Cuius vocante virtutem generativam *generativam Essentiam*. Ne igitur in errore damnatum ab Ecclesia prolatabatur, aliter Sancto, gum Patrum verba explicanda sunt.

37 Ceterum quae optior explicatio, quam quae ex Concilio Florentino supra adducta est nempe: *quonia ipsa Patris persona (repeto iterum verba Concilij) in generando Filio substantia si communicat ad circumstantia Doctores Filius esse Patris, Spiritus autem ex Patre, Filijque substantia dicitur esse*. Sic igitur iuxta Concilium haec, & alia similia Patrum verba, intelligo, & explico. Sub nomine vis generativae intelligunt Patres non solum vim generativam prout distinctam à communicativa formali; sed utramque vim indivisibiliter intelligunt: siquidem per vim generativam intelligunt esse *Filium à Patre* utque communicabilitatis formalis conveniat Essentiae deo ratione huius communicabilitatis formalis, quam habet Essentia, dicitur vis generativa convenire Patri vt Deo secundum suam Essentiam, licet communicabilitas pure activa conveniat Patri secundum relationem.

38 Respondeo secundo huic argumento, sub nomine vis generativae non intelligi potentiam, qua immediate producitur terminus; sed potius id, cui tribuitur terminus, seu cuius potentia est vis producendi: cumque relatio sit potentia naturae, & naturae principaliter tribuatur opus suarum potentiarum, ideo natura dicitur esse vis generandi, seu in cuius vi potentia generat: diciturque *Pater producere quia Deus ex eo quod Deitas est natura cuius est potentia relatio Patris ad Deitatis*. Hac ratione dicitur *homo vt homo* in sententia distincta

guente potentias à substantia) generare alterum hominem, quam  
vlt: non immediatè se ipso; sed mediis potentia superaddita  
illum generet. Pari ergo ratione dicendum est in nostro ca-  
su.

39. Obijcies secundo. Potentia, quæ realiter immédia-  
tè producit Filium, communicat illi Essentiam. Ergo debet cõti-  
nere Essentiam formaliter aut eminenter: alioqui Essentiam non  
posset communicare, siquidem nemo communicat quod non con-  
tinet, vel formalite, ve eminenter. Atqui relatio vt virtualiter  
distincta à Paternitate neque continet Essentiam formaliter, ne-  
que eminenter, cum potius relatio contineatur eminenter in Es-  
sentia. Ergo relatio prout virtualiter distincta ab Essentia non  
immediatè communicat Filio Essentiam: consequenterque neque  
producit Filium.

40. Respondeo primo: posse dici falsum esse prin-  
cipium immediatè produciens, vt *quo*, aut communicans, vt *quo*  
terminum, debere continere formaliter, aut eminenter terminum;  
sufficit enim contineri in natura, cuius principium *quo* poten-  
tia est: sicut in sententia distinguente potentias à substantia, ignis  
productus immediatè à calore non continetur aut formaliter,  
aut eminenter in calore; sed in igne, cuius calor potentia  
est.

53. Respondeo secundo: principium immediatè produ-  
cens, & communicans debere continere terminum productum &  
communicatum continentia reali; non vero continentia virtuali;  
cumque relatio realiter contineat per identitatem realem essen-  
tiam, cum realiter identificetur Essentia: hinc fit relationem ha-  
bere continentiam requisitam vt sit principium *quo*. Quod  
autem requiratur continentia plusquam realis gratis dici-  
tur.

42. Ob. tertio. Pater producit Verbum per intellectum  
& intellectiõnem. At hoc nequit fatelliigi, nisi intellectus, vt intel-  
ligens, vel sit principium, vel principiatio. Ergo intellectus, vt in-  
telligens debet se tenere, vel ex parte productionis, vel ex parte  
principij immediatè producentis. Non se tenet ex parte produc-  
tionis, vt supra probatum est. Ergo ex parte principij immé-  
diati. Ergo iam aliquid absolutum virtualiter distinctum à rela-  
tione est principium *quo*. Ergo & Essentia poterit esse, quia ob-  
stat identitas cum Filio.



43 Hæc obiectio exposcit explicationem huius loquutionis auctoritate Scripturæ, Conciliorum, & Patrum contra Durandum stabilitæ; nempe; *Pater producit Filium per intellectum & Pater, & Filius producunt Spiritum Sanctum per voluntatē*, quin exinde sequatur rationem principij immediati, adhuc inadæquatē, intellectui, aut voluntati convenire.

44 Dico igitur primo: ex eo posse dici Patrem producere Filium per intellectum: quia intellectus se tenet priori fecunditatis, quin opus sit esse principium: particula enim *per* non significat necessario influxum causæ aut principij; sed solum aliquam specialem conducentiam, ratione cuius peculiari modo tribuitur terminus illi entitati, per quam dicitur existere. Hæc ratio non solum dicitur ignis v. g. existere per ignem, & per actionem; verum etiam existere per applicationem, quatenus applicatio specialiter concurrat vt conditio ad existētiā ignis. Hæc igitur ratione potest dici Filius procedere à Patre per intellectum: non quia intellectio principium sit, aut actio, qua producatur Filius; sed quia se tenet ex parte fecunditatis vt conditio, qua Paternitas producit Filium.

45 Respondeo secundo *ly per intellectum* non significare intellectum, vt præcisse intelligentem; sed reduplicare intellectum, vt in actu secundo operantem quatenus talem: cumque non solum sit opus intellectus vt talis cognoscere obiectum, verum etiam exprimere illud alteri per Verbum mentale; hinc fit rectè dici procedere per intellectum: quia *ly intellectum* significat quælibet operationem intellectus, vt talis: qua propter, licet intellectus non sit principium aut actio; cum autem actio producens Verbum sit actus intellectus, vt talis, rectè appellatur intellectus in actu secundo: ideoque quando producit loquutionem, potest dici produci per intellectum.

46 Ob. quarto. Ex hac ipsa doctrina infertur intellectum constituere principium immediatum Verbi: quidē Verbum mentale ex suo conceptu dicit prodire ab intellectu. Ergo Verbum diuinum habet pro principio immediato intellectum. Respondeo Verbum mentale non petere necessario intellectum pro principio, sed præcisse, quod producat per æunte intellectus directione. Cæterum directio non necessario debet esse principium: sufficit enim quod se teneat in priori fecunditatis, vt conditio prærequisita ad productionem, quin in illam, aut in terminum inueniat, vt principium.

47 Ex dictis inferitur in hac loquutione *Verbum procedit per intellectum* aliquando particulam *per* de notare intellectum & intellectionem essentialem se tenere in priori secunditatis ut conditionem: & in hac acceptione *ly per* significat influxum conditionis: & iuxta hanc acceptionem potest dici *Verbum procedere per intellectum*, & intellectionem, prout intellectus, & intellectio virtualiter distinguuntur ab omni relativo. Aliquando vero in prædicta loquutione solum illa particulam *per* significatur formalis influxus: & in hoc casu *Verbum procedit per intellectum* non ut virtualiter distinctum à relativo, sed per intellectum, ut virtualiter cum relativo identificatum: hoc est per actum intellectus, ut talis: & tunc intellectus est ipsa met loquutio: est enim intellectus in actu secundo tali, seu est aliquis actus secundus intellectus ut talis.

QVÆST. V.

De subsistentijs, & Personalitatibus  
divinis.

POst quam originum, & Processionum rationem explicuimus, de subsistentijs, & Personalitatibus divinis agendum nobis est. Et potissimum de constitutione Personarum disputabimus. Quæstio sane, quæ ab aliquibus omnium, quæ in tractatu de Trinitate continentur, gravissima, & difficillima existimatur, & in immensum protenditur. Mihi vero, horum gravissimorum authorum pace, si à nostris imperfectissimis concipiendi modis præscindere velimus, & quid de re in ea sit, duntaxat discutiamus, nõ utique adeo vastæ molis esse videtur, ut in quæstionis de cursu apparebit.

SECT. I.

Nonnulla præmittuntur.

**P**ersona, ut constat ex Boetio lib. de duabus naturis, est *Rationalis natura individua substantia*. Quam definitionem Theologi communiter amplectuntur: id est, *suppositum ratio*.

*rationale seu individuum completum rationale:* Hæc est apud Theologos propria huius nominis acceptio. Vnde proprie, & in rigore sermonis sunt in diuinis tres Personæ realiter distinctæ: quidquid in oppositum dicat nescio quis ridendus Grammaticus.

2 Personalitas, vt colligitur ex definitione Personæ, & vt constat ex Metaphysica, est *subsistentia nature rationalis*: id est id, per quod unum suppositum rationale redditur incommunicabile alteri supposito rationali, seu id, quo ita ultimo terminatur, vt quatenus ita terminata, nequeat ulterius terminari. Dixi Personalitatem esse subsistentiam nature rationalis: quia iudico de conceptu subsistentiæ esse constitutere suppositum, & præstare in communicabilitatem. Quoniam autem qui admittunt in Deo subsistentiam communem tribus Personis, iudicant sufficienter saluari conceptum subsistentiæ in Perfectitate excludente dependentiam ab alio tanquam a sustentante, tamen non præstet in communicabilitatem: id circo, vt ab his sententijs præscindatur, dicendum est Personalitatem esse *subsistentiam, per quam ultimo terminatur natura rationalis*: quatenus vt ita terminata ulterius terminari non potest.

3 Ex hac Personalitatis explicatione, & ex dictis circa subsistentiã inferitur contra Aureolum Relationem Spiratoris non solum Personalitatem non esse, verum neque subsistentiam. Quia ad rationem subsistentiæ requiritur, vel tribuere perfectitatem excludentem dependentiam ab alio, tanquam a sustentante, vel tribuere in communicabilitatem. Neutrũ ex his præstat relatio Spiratoris. Ergo Relatio Spiratoris subsistentia non est. Minor probatur. Independentem à Relatione Spiratoris iam natura diuina se ipsa existit omnino perfectè: ita vt antecedenter ad quamlibet relationem intelligatur perfectissime operans, vtique intelligens & amans. Ergo independentia ab alio tanquam a sustentante, & Perfectitas in perfectissime existendo non prouenit natura à Relatione Spiratoris. Ergo quoad hoc minus Relatio Spiratoris subsistentia non est.

4 Deinde neque præstat in communicabilitatem. Ergo nullum minus proprium subsistentiæ conuenit Relationi Spiratoris. Antecedens hoc vltimum facile probatur. Nam ad præstandam hanc incommunicabilitatem requiritur ita certissime natura, & complere vltimo individuum, vt natura, quatenus ita terminata, alteri non communicetur. Cum vero

Spiratio communis sit Patri, & Filio, hinc fit naturam diuinam, vt habentem Spirationem adiuam, communicabilem esse: consequenterque Relationem Spiratoris non reddere naturam incommunicabilem. Vterius. Eatenus præstaret hanc incommunicabilem, quatenus constitueret cum natura indiuiduum singulare, distinctumque ab omni alio indiuiduo. Cum autem ex vi Spirationis, vt efficientis naturam diuinam, non resuletur aut Pater distinctus a Filio, aut Filius distinctus à Patre: hinc fit Relationem Spiratoris non tribuere naturæ diuinæ hanc incommunicabilitatem: & consequenter hoc substantiæ munus non habere.

5 *Hypothasis* apud plures ex antiquioribus vsurpabatur pro eodem, ac *Substantia*, siue *essentia*, & ideo recusabant tres in Deo hypothases concedere, ne viderentur tres substantias, aut Essentias admittere. Ita videntur loquuti. Athanasius, Epiphanius, Marius Victorinus, Concilium Sardicense. Liberius Papa, Hieronymus, & Augustinus apud eruditissimum P. Ruiz de Montoya de Trinitate disputatio. 31. sect. 3.

6 Quod autem iam nomen *Hypothasis* debeat semper vsurpari pro supposito, suppositiuitate, Persona, siue Personalitate, & quod in eo sensu Patrem Filium, & Spiritum Sanctum esse tres Hypothases profiteri teneamur, adeo certum est, vt erroris nota digna sit hoc tempore contraria sententia. Quoniam hoc dogma constat ex communi consensu Conciliorum, & Patrum, etiam eorum, qui prius de significatione *Hypothasis* aliter sentiebant. Hoc constat ex Concilio Nizeno, Ephesino, Constantinopolitano secundo, & tertio. Athanasio, Iustino, Niseno, Basilio, Chrysostomo, Cirillo, Damasceno, Augustino, & Boetio apud eundem Ruiz de Montoya eadem disp. 31. sect. 4. His positis.

7 Quæstio celeberrima apud Theologos est. Per quid Personæ in esse talium constituantur? Ceterum: cum in Patre v.g. præter essentiam, & naturam diuinam communem tribus Personis reperiantur hæc singulares rationes (saltem aliquo nostro concipiendi modo distinctæ) nempe *Generatio actiua*, qua Filium, producit. *Personalitas*, qua in esse talis indiuidui constituitur, & *Paternitas*, siue *Relatio Paternitatis* qua ad Filium refertur: dubium est, qua ex his primo constituatur?

8 Et quidem certum est quodlibet indiuiduum rationa-

le constitui ultimo inesse talis per suam indiuiduationem, & cum indiuiduato Patris v.g. (& idem sua proportione dicendum est de reliquis Personis) sic sua Personalitas, certissimum, & extra dubium est Patrem constitui ultimo in esse talis Personæ per suam Personalitatem. Ceterum de hac ipsa Personalitate, seu indiuiduali ratione dubium est: in quo consistat? Ex primo dubitatur. An hæc Personalitas sit aliquod prædicatum absolutum distinctum aliqua ratione à quolibet respectivo? Nimirum tum à Generatione actiua, quæ est productio Filij, tum à Relatione Paternitatis, quæ nostro concipiendi modo videtur ex Generatione resultare, & in ea fundari? Secundum dubium. At concessio quod Pater non ultimo constituatur per aliquid absolutum, sed per respectum quod sit hoc respectiuum? an videlicet sit Generatio, & Origo actiua, an vero sit Paternitas, quæ Generationem subsequi nostro concipiendi modo videtur? Circa hanc questionem plures sunt sententiæ.

9 Prima tenet Personas diuinas se ipsis adæquate inter se distingui, & consequenter non habere duo constitutiva virtutaliter distincta. Putant enim hi auctores non esse in Patre v.g. (& idem est de reliquis Personis) vnã rationem communem, & alteram singularem, sed indiuisibiliter totam Personam distingui ab alia Persona. Hanc sententiã, vt diximus quæst. 1. sect. 5. tenent Gregorius Ariminensis in 1. dist. 26. & 27. tenet etiam Prepositinus relatus à D. Thoma quæst. 32. art. 2. & quæst. 40. art. 1. Eandem sententiã videtur sequi Aureolus 1. disp. 1. q. 1. art. 2. apud P. Christophorum de Ortega de Trinit. disp. 8. quæst. 3. certam. 1.

10 Secunda sententiã docet Personas diuinas constitui proprietatibus absolutis. Ita Scotus in 1. disp. 46. quæst. 1. §1. Tertia opinio, refertur pro ea Lyonensi, & Ripam. Tenet sententiã eandem, licet oppositam videatur postea defendere Schillingus disp. 2. quæst. 1. membro 10. Nouissime hanc sententiã totis ingenij, & eruditionis viribus defendit doctus noster Christophorus de Ortega de Trinit. disp. 9. quæst. 1. & 2. apud quem eandem propugnant Guillelmus Parisiensis S. Bonau. OKã Liebetus, & Gaspar Hurtado: eamque satis probabilem reddit noster Salmeron tom. 2. in Euangel. tractat. 12. pag. 157. & 157.

11 Tertia sententiã docet Personas diuinas constitui diuinis relationibus, non sub conceptu relationum, sed sub con-

cepta originum. Hęc, vt asserit Illustrissimus Godoy, tribuitur S. Bonau. in 1. dist. 26. art. vnico quæst. 3. Citantur pro hac sententiâ etiam ab Ortega loco citato certam. 1. Henricus, & Alexander.

12 Quarta sententia docet Personas diuinas constitui, & distingui per proprietates relatiuas, vt tales. Hęc est communior apud Theologos. Longum censum authorum, qui eam defendunt, vide apud Illustrissimū Godoy de Triadisp. 96. §. 1. qui in eandem sententiam propugandam, & illustrandam longissimè diffunditur.

13 Hęc quæstio duplicem sensum habere potest. In primo est quæstio de re admodum graui: nimirum: an in Patre v. g. præter essentiam dentur plures notiones inter se virtualiter distinctæ, ex quibus vna illarum cum essentia constituat Personam, secus alia? & quæ sit hæc notio? Explicatur hoc. Posset aliquis dicere in Patre esse præter essentiam communem tribus Personis, tres notiones, siue tres formalitates inter se virtualiter distinctas nempe. *Subsistentiam absolutam personalem*, quæ in sensu virtuali, neque esset productio, neque relatio, sed solum individualitas, siue *Personalitas* singularis, & *Generationem*, quæ in sensu virtuali neque esset subsistentia, neque relatio, & denique relationem distinctam virtualiter à Generatione, & subsistentia. Quibus notionibus, siue formalitatibus personalibus, virtualiter inter se distinctis admissis, dicendum esset Patrem in esse singularis, & indiuidui, siue in esse Personæ, constitui per subsistentiam absolutam personalem distinctam virtualiter ab origine, & relatione: nam conceptus formalis Personalitatis est constituere Personam, seu indiuiduum.

14 Posset etiam quis dicere non esse quidem indiuiduationem aliquam absolutam distinctam realiter, & virtualiter ab origine, & relatione: quia in diuinis nollet concedere quidquam absolutum præter essentiam: esse tamen inter se virtualiter distinctas Generationem a se ipsam, & relationem Patris, siue Paternitatem. Quæ distinctione virtuali supposita; quæstio posset esse, per quam ex his formalitatibus virtualiter inter se distinctis constitueretur, secunda Trinitatis Persona in esse singularis, & indiuidui: siue cui ex his formalitatibus conueniret in sensu virtuali esse Personalitatem, an Generationem: an Paternitatem? In quo sensu quæstio hæc est de re, & Theologico examine digna.

15 Secundus sensus huius quæstionis potest esse purè logicus, & præcisè de nostro concipiendi modo, nimirum asserendo

hæc tria nomina *Personalitas* primæ personæ Trinitatis, *Generatio*, & *Paternitas* idem realiter, & virtualiter significare; ideoque in sensu virtuali, tam Generatione, quam Paternitate constitui primam Trinitatis Personam in esse singularis, & indiuidui: imò idem esse constitui vnâ, ac constitui alterâ: quia vnâ, & alterâ idem realiter, & virtualiter sunt. Nihilominus adhuc restat quaestio de nostro concipiendi modo. An, videlicet, dum primam Trinitatis Personam in esse singularis, & indiuidui cognoscimus, Personalitatem cognoscamus admodum, & per speciem actionis, & productionis: an per speciem Relationis: an denique admodum rei penitus absolutæ non exprimentis ex parte nostri modi concipiendi respectum aliquem ad aliam Personam? vel quia absolutè non exprimitur ex parte modi talis respectus, vel quia nostro modo concipiendi tam Generatio, quam Relatio apparent vt quid distinctum à Persona generante, & Relata? Quod quidem in prima Persona potest esse, quia generatio, & Relatio concipiuntur ad modum rerum consequentium Personam, ex parte vero Filij, quia Generatio actiua concipiatur, vt via ad Personam, Relatio vero, vt Personam iam constitutam supponens.

16 Hæc quaestio in hoc secundo sensu mihi leuis momenti esse videtur, cum tota ad nostrum concipiendi modum deuoluatur. Verum enim vero cum plures ex antiquis distinctionem virtuales (quæ in susceptione duplicis prædicati oppositi in sensu reali consistit) cum distinctione pure mentali confundant, & Thomistæ omnem distinctionem, quæ realis absolutè non sit, sub nomine *distinctionis per rationem* comprehendant, nec hoc termino *Distinctio virtualis* ad distinctionem pure *distinctionis per rationem*, vti vellent, ne ab alijs, vel quoadmodum loquendi alij quid didicisse videantur. Hinc, (inquam) oritur in præsentis quaestione discussione vnâ cum altero sensu crebro confundere, & cum quaestio de constitutione Personarum grauis, & de re esse cœperit, sensim ad nostrum imperfectum concipiendi modum dilabatur, & infinitis, prolixis, & inutilibus logicæ præcisionibus implicetur.

17 Vtèrius animaduertendum est: quod cum plures ex authoribus, vt supra quaest. 4. iam vidimus, Origines suæ Productiones asserant consistere: non in relationibus duntaxat, sed in aliquo essentiali connotata Relatione, adeo, vt in eorum sententia, *Generatio actiua*, sit intellectio prout in Patrem quo conceptu intellectu dicitur in se, & proprietates Personalis Patris

In obliquo, siue de connotato: in hac, inquam, sententia certum est Personam ultra essentiam non dicere ut constitutum, & distinctum Personæ Generationem, iadaquate sumptam, neque secundum quod dicitur in recto: siquidem dicitur in relectionem, quæ communis est tribus Personis; solum ergo est dubium: an Persona constituatur ultimo in esse talis, distinguaturque ab altera Persona per Generationem secundum proprietatem Personalem, quæ dicitur in Generationis obiectiuo conceptu.

18 Dico. 1. Supposita identitate virtuali, & obiectiua inter Personalitatem, Originem, & Relationem, Persona constituitur nostro concipiendi modo, seu formaliter per rationem loquendo, aliquo absoluto, non autem constituitur aut per Generationem, aut per Relationem. Probat hęc conclusio. Nos, dum concipimus Patrem Æternum generare Filium, id concipimus per species, & ad modum creaturæ. Sed in creaturis prius est esse individuum, quam Generare, & Referri. Ergo: dum concipimus Patrem Æternum generare Filium, concipimus in Patre Æterno rationem Personæ, & individui, ut quid præcedens ad Generare, & ad Referri. Ergo nostro modo concipiendi non constituitur prima Trinitatis Persona in esse individui, siue per Generationem, siue per Paternitatem, sed per individuationem, subsistentiam, & Personalitatem non innoventem aliquid respectiuum. Ergo nostro modo concipiendi constituitur Persona per aliquid absolutum.

19 Idem suo modo dicendum est de secunda, & tertia Persona. Nam in rebus creatis generatio passiva non est constitutiva Personæ generate; sed se habet, ut via ad Personam generatam. Deinde intelligitur Persona generata; & ultimo intelligitur Relatio, per quam Persona generata refertur ad generantem, siue quia realiter sit modus superadditus, siue quia à nobis ad modum alienius superadditi apprehenditur. Cum ergo secundam Trinitatis Personam per species filiorum creatorum agnoscamus; hinc sit secundam Trinitatis Personam conceptam à nobis, ut constitutam per aliquid absolutum, non vero per aliquid respectiuum. Et eodem suo modo ob eandem rationem dicendum est de Spiritu Sancto.

20 Huic conclusioni nihil, quod solidum sit, potest opponi. Non quidem ab authoritate: quia Concilia, & PP. licet afferant (quod libenter concedo) Personas constitui aliquo Relatiuo, & etiam per Relatiuum inter se distingui; nõ loquuntur



de constitutione, quæ solum sit ex nostro modo concipiendi, sed de constitutione obiectiua, & reali: ita vt sicut in sensu reali vera est hæc propositio. *Essentia non distinguit Patrem à Filio, sed Personalitas, & etiam hæc. Per aliquid proprium primæ personæ constituitur Pater in esse indiuidui singularis; non vero per essentiam:* ita pariter asserunt Concilia, & PP. in sensu reali verum esse Patrem constitui in esse singularis, & distincti ab alijs Personis realiter per relationes, non vero per aliquid realiter absolutum quod & nos concedimus. Quod vero ipsa relatio realiter virtualiter, & in sensu obiectiuo accepta, non concipiatur à nobis ad modum, & per species trium rerum inter se distinctarum, nempe substantiæ, & Personalitatis absolutæ, & actionis generatiuæ supponentis personam, & relationis resultantis ex Generatione, nec continentur Concilia, & Patres, nec res adeo exigui momenti Concilio rum, & Patrum intento deseruire valebar.

21 Neque à ratione quid quæ potest obstare: quia quod vere realiter, & à parte rei Pater constituatur relatione, & Generatione: in d, & quod id ipsum cognoscamus ita esse, non tollit quod *Personalitas, Generatio, & Relatio* apprehendantur ad modum distinctorum, & quod Personalitas concipiatur per species, & ad modum rei absolutæ. Nam etiam noscimus Angelos, & Deum non esse quid corporeum, & adhuc per ipsam propositionem, per quam hæc in corporeitatem affirmamus, per species, & ad modum rei corporeæ *Deum, Animam rationalem, & Angelos* cognoscimus.

## SECT. II.]

*Realiter, & obiectiuo loquendo Personæ nec constituuntur, nec distinguuntur per aliquid absolutum.*

22 **P**ROBATUR hæc conclusio. Primo ex Concilio Toletano II: ubi dicitur. *In relatiuis Personarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, & Spiritus Sanctus ad utrumque refertur.* Et subdit paulo inferior. *Ergo hoc solo numero insinuat quod ad inuicem sunt, & in hoc numero caret, quod in se sunt.* Ergo Personæ constituuntur in esse singularium & distinctarum ab inuicem per hoc, quod est ad inuicem esse, sicut legi. *Consonæ Florentinum sess. 18. Ita vt in nullo alio*

*diffe-*

*differat nisi quod Pater est Pater, Filius est Filius. At Patrem esse Patrem, est referri ad Filium; & Filium esse Filium, est referri ad Patrem. Ergo differunt Personæ quatenus referuntur. Clarius loquitur idem Concilium scilicet 19. In nullo alio differunt Personæ nisi in relatione. Idem tenet Boetius 1. de Trinitate cap. 12. Sola Relatio multiplicat Trinitatem.*

23 Confirmatur ex communi axiomate Theologorum desumpto ex Anselmo, & Boetio. *In divinis omnia sunt unum, ubi non obviat Relationis oppositio.* Ergo omne est in Trinitate commune præter relatiuum. Ergo nihil absolutum est personale. Confirmatur secundo ex ipso Concilio Florentino in decreto unionis, ubi dicitur. *Pater dedit Filio omnia, quæ habet, præter esse Patrem.* Ergo in Patre solum est proprium, & singulare, quod alteri communicat. Si ergo omnia communicat præter esse Patrem: in Patre solum erit singulare esse Patrem quod est relatiuum. Ergo in Patre solum Relatiuum est singulare. Ergo in Patre nihil absolutum est singulare.

24 Prima solutio, quæ his, & alijs autoritatibus adhiberi posset, traditur à nostro doctissimo; & eruditissimo Salmerone tract. iam citato pag. 156. colum. 2. per hæc verba. *Quod si Patres interdum omnia absoluta communia tribus Personis dixerunt, de absolutis illis intellexerunt; quæ cum essentia convertuntur; & non de proprietatibus; & cum per Relationes Personas constitui dicunt, vel ex opinione sunt loquuti, non ex fide, de qua per Concilia, aut decreta non ita evidenter constat; vel Relationes, ut notas proprietatum constituentium Personas accipiunt, quia alia nomina priora non occurrebant. Et quod habetur in Concilio Tolitano II. nihil definit; sed illud Provinciale Concilium 19. Episcopus exponit suum sensum, & intelligentiam de mysterio Trinitatis, & nihil ut prius disputatum, & cognitum sciret tanquam de Fide ab omnibus tenendum. Quemadmodum etiam Concilium Florentinum nihil ibi de articulo tanquam dubio, & controverso tenendum definiuit sed obiter, & aliud agens illam sententiam sequutum est.* Hæc tenet hic auctor.

25 Hæc solutio pluribus nominibus mihi displicet. Primo; quatenus asserit Patres ex eo asseruisse omnia absoluta esse communia, quia loquebantur de absolutis illis, quæ cum essentia convertuntur, non vero de proprietatibus. Hæc, in quam solutio se ipsa firmat argumentum in hunc modum. Si Patres in divinis cognoscere alia absoluta præter ea, quæ cum essentia

conuertuntur, non semper, ac loquuntur de absolutis, loquerentur de absolutis cum essentia conuertibilibus: tum quia, si semper loquuntur de absolutis conuertibilibus cum essentia, non est unde diuinare possimus eos alia absoluta cognouisse: tum quia, si non distinguerent de quibus absolutis loquerentur, confusse, & obcurissime procederent: quod concedendum non est. At in Patribus asserentibus omnia absoluta esse communia, non legimus distinctionem aliquam inter absoluta, quae conuertuntur cum essentia, & absoluta, quae proprietates sunt. Ergo id circo est, quia praefati Patres non alia absoluta agnouere praeter ea, quae cum essentia conuertuntur.

26 Secundo displicet data solutio quatenus docet Patres praedictis in locis ex opinione fuisse loquutos, non ex fide, de qua per Concilia, aut decreta non ita euidenter constat. Et quidem haec responsio eludit omnes Patrum authoritates non asserentes id ipsam quod concilia, & decreta euidenter tradunt: omnibus enim eadem responsio adhiberi potest. Caeterum, licet concedamus PP. ex opinione, non ex fide loquutos fuisse, negari tamen non potest doctrinam oppositam esse contra mentem, & sensum Patrum. Ergo neque negari potest pronostri sententia (stando huic responsioni) habere authoritatem Patrum, prout authoritas Patrum a Fide, & de terminatione conciliorum distinguitur.

27 Tertio etiam displicet qua parte praedicta solutio docet, dum Patres asserunt Personas constitui relationibus, & distingui: relationes non ut formalia constitutiuas, & distinctiuas, sed ut notas Proprietatum constituentium Personas accipi debere. Haec enim responsio diuinatoria est. Ecqua enim, obsecro, est ratio, et quod ut fundamentum praebent uerba Patrum, ut in sensu adeo improprio accipi debeant, & explicari? Hoc enim nullum aliud potest habere fundamentum, nisi quod alibi Patres id asserant, vel insinuent, quod tradit praedicta solutio, vel doceat Personas constitui, & distingui per absolutum. Cum igitur nullum ex his Patres pro nostra sententia adducti significent, fit plane datam solutionem liberam, & sine fundamento adhibitam fuisse. Nec satis Patrum reuerentiae congruere mihi uidetur asserere eos relationum nonibus ufos fuisse: quia alia priora nomina non occurrerant, quasi PP. in tanti mysterij explicatione, non consilio, & delecta uerba indagassent, sed quae se ultro, & fortuito efferrent, quasi tu multuaris arripissent.

28 Vltimum, quod asserit ex concilijs Tolitano, & Florentino, nimirum nihil de finisse per ea uerba, sed suum sensum circa

rem nõ disputatã aut cõtrouerfã duntaxat expoffiffes: multũ de trahit Cõciliorũ authoritatẽ. Cõcilia enim etiã ea, quæ fine difputacione fupponũt, fua authoritate confirmanẽ. Sed demus prædicta verba nõ cõtinere fidei definitionẽ, negari tamẽ nõ potest approbatiã Concil. quo fierẽã fẽtẽriã tot Patrũ authoritate firmari.

29 Secunda folutio, quæ his authoritatibus, & pluribus alijs, quæ facile poffent adduci, adhiberi folet, & rã quã magis germana à P. Ortega recipitur, aſerit has, & alias authoritates non loquide metaphifical, & formali conſtitutione Perſonarũ, nec de formali perſonarũ diſtinctione; nam PP. de hoc parũ curabant. Sed de argumento, quo conuicitur contra Sabellianos, Ariano. Eunomianos, & alios Hæreticos eſſe in Trinitate vnitatẽ eſſentię & Perſonarũ diſtinctionem, Cũ que hæc perſonarũ diſtinctio nulla alia ratione melius probetur, quã ex ratione Generantis, Generati, & Procedentis: ideo PP. aſerunt diſtingui per relationes: non quia relationes ſint formalis diſtinctio, ſed quia relationes ſunt argumentum irrefragabile diſtinctionis, quom̃ ſolum cũ vnitatẽ eſſentię contendebant PP. euincere.

30 Fateor id fuiſſe præcipuum Patrum intentum. Negari tamen non debet alia plura de hoc myſterio tradidiſſe PP. & Concilia præter vnitatem eſſentię, & Perſonarum diſtinctionem: alioquin præter id, quod fides docet, nihil, ne probabiliſſer quide ex Patrum doctrina diſcere poſſimus. Cum ergo Patres verbis ſupra relatis conſtitutionem, & diſtinctionem Perſonarum per relationes tradant, nõ eſt cur nõ poſſimus, imo, & debeamus, ex illi mare eos proprie, & exaſte fuiſſe loquutos: niſi extra ſcholæ limites, vt rudes, & illi ſcholarũ imperitos, omnino relegare velim̃.

31 Deinde Patres non ſolum vt cumque aſerunt Perſonas relationibus diſtingui, verum etiam negant vilo alio diſtingui. Similiter Cõcilium Florentinum abſolute aſerit omne, quod non eſt eſſe Patrem, Patrem Filio communicare. Ergo aſerit etiã nihil eſſe in Patre præter Paternitatem, quod commune non ſit. Sed neque illa propoſitio negans quodlibet diſtinctiuũ, quod relatio nõ ſit: neque, que abſolute aſſerit omne nõ relatiuũ eſſe cõmune, ſufficienter poſſunt verificari, nec habere congruum ſenſũ ex eo quod ex relatione inferatur ſingularitas, & diſtinctio. Ergo quod relatio ſit optimum argumentum ad hæc duo inferenda nõ ſufficit ad ſaluandas prædictas propoſitiones.

32 Ad hæc. Si verba Patrum, ac Conciliorũ hanc vſque adẽ laxam interpretationem acciperent, nihil ex verbis Cõciliorum,

& Patrum in rebus scholasticis ex eis inferre iure liceret. Quo fieret, ut & alie authoritates, quæ pro parte opposita allegarentur, eadem expositione, quin alia opus esset, nullius convincerentur efficacitatis. Id circo hæc responsio non tam difficultati satisfacit, quam compendium tradit irritam, & casam reddendi omnem authoritatem Conciliorum, & Patrum, quæ in qualibet Theologica difficultate possent allegari.

33 Probatur secundo eadem conclusio ratione, qua inter alios utitur Illustrissimus Godoy. Proprietates constituentes Personas, illasque inter se distinguentes, illæ sunt, quæ in Scriptura agente de Trin. mysterio proponuntur, & explicantur. Sed proprietates, quæ in Scriptura, dum traditur mysteriū Trinit. proponuntur, & explicantur, sunt Relatiuæ, & non absolutæ. Ergo proprietates relatiuæ, & non absolutæ sunt constitutiuæ, & distinctiuæ Personarum Trinitatis. Consequentia est legitima, & maior videtur certa. Cum enim non ex alio fonte Trinitatis notitiam hauriamus, quam ex Sacra Scriptura, ex ea Trinitatis constitutione, primo, & potissimum petere debemus.

34 Iam vero minor facile ostenditur ex omnibus verbis Euangelij, quibus traditur mysterium Trinitatis. Nam ijs omnibus locis traditur Trinitas sub nomine Patris, Filij, & Spiritus S. & c. Tunc sic. Nomina Patris, Filij, & c. Relatiua sunt, Sed proprietates personales semper traduntur in Euangelio sub nominibus Patris, Filij, & Spiritus Sancti. Ergo proprietates personales semper traduntur in Euangelio sub nominibus relatiuis. Minor constat ex Euangelij verbis. *Math. ultimo. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. i. Ioann. ultimo. Tres sunt qui testimonium dant in cælo Pater, verbum, & Spiritus Sanctus. Ioann. i. Quasi unigeniti à Patre.*

35 Probatur tertio ratione Theologica iã supra insinuatã: In Trinitate omnia sunt communia, vbi non obuiat relationis oppositio, ut est iã ab omnibus Theologis receptum axioma traditum ab Anselmo, & Boetio. Ergo, non intellecta relatione, & relationis oppositione, nec intelligitur singularitas communitati opposita, nec intelligitur distinctio. Ergo neque Personæ constituantur in esse singularium, neque ab invicem distinctarum per aliquid, quod sit absolutum, & non relatiuum.

36 Respondet Ortega loco citato: hoc axioma verum esse loquitur de statu realitatis; nõ præcisionis formalitatum: in statu vero realitatis oppositio est relationis formalis realis inter Personam

& Personā, tā principij, & principiātis, & producētis, & produci quam Patris, & Filij, nō, & inter Personalitates ipsas, quarum quæuis in statu realitatis, ita determinatō est hęc Persona produ- cens, vt nequeat esse alia procedens, licet, formaliter loquendo, & præcisue, nec producens, nec procedens sit, sed alterā vnaquæque constituens vltimos, & determinans: primo relationem trans- cendentalem, & secundo relationem prædicamentalem.

37 Sed contra. Sensus huius axiomatis inde erui debet, vnde ipsum axioma desumptum est. Sed, iuxta doctrinam Boetij, & Anselmi, ex qua hoc commune proloquium sumpsere Theolog- gi, ideo solum est distinctio, vbi est Relatio, quia distinctio funda- tur in Relatione. Ergo hoc axioma non est pure materialiter acci- piendum, sed formaliter: ita vt sensus sit: solum dari distinctionem secundum eam rationem, secundum quam est relatio, siue solum re- periri distinctionem, quatenus reperitur Relatio. Minor proba- tur: tum ex Boetio lib. de Trinitat. vbi hæc habet. *Quoniam nula Relatio ad se ipsam referri potest, idcirco facta est Trinitatis nu- merositas in eo (attē de) quod est prædicatio Relationis. Sed seruata est substantia unitas in eo, quod est indifferentia vel substantia, vel operationis, vel omnino eius, quæ secundum se dicitur prædicationis. Ita igitur substantia continet unitatem, Relatio multiplicat Trini- tatem: at quæ ad eos sola sygillatim proferuntur, at quæ separatim, quæ Relationis sunt.* Ecce quomodo, iuxta Boetium, non solum inueni- tur distinctio, vbi reperitur specialis relatio, verum etiam dis- tinctio, siue numerositas sit in ipsa Relatione: id est, secundum ip- sum prædicatum relativam. Qua propter in Trinitate solum duo distinguit, nempe substantiam, & Relationes: ex quibus substan- tiam asserit commune esse, Relationes vero proprietates Per- sonales. Ergo Boetius nō alium constitutum singularis, siue dis- tinctiuum Personarum agnoscit, nisi Relationes. Ergo, iuxta ip- sum proloquium Theologorum, in Trinitate omnia sunt commu- nia, nisi vbi obviet Relationis oppositio: non identicē, & materia- liter; sed formaliter intelligendum est.

38 Probatur etiam ex Anselmo eadem minor, non so- lum ex lib. de Incarnatione Verbi cap. 3. vbi id satis perspicue cō- tinetur. Verum præcipue ex tota fere Epistola contra Græcos de processione Spiritus Sancti. In hac ego Epistola cap. *credunt;* quod est secundum, post medium. *Hęc (inquit) sola causa pluralita- tis est in Deo, ut Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus dici nō possint de inuicem, sed alij sint ab inuicem quia prædicēis duobus modis*

est Deus de Deo, quod totum potest dici Relatio. Ex quibus verbis hic conficitur syllogismus. Deum à Deo procedere totum est Relatio: & hoc ipsum est sola causa pluralitatis, & distinctionis. Ergo totum, quod est Relatio, est vnica, & sola causa distinctionis & pluralitatis.

39 Confirmat hoc ipsum sequenti cap. 3. non longè à principio, vbi dicit: *Supradicta Relationis oppositio, quæ ex eo nascitur: quia supradictis duobus modis Deus de Deo est prohibet Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum de invicem dici, & propria singulorum illis attribui.* Ex qua doctrina in eodem cap. inter hanc propositionem. *Nec vnitas amittit aliquando suam consequentiam, vbi non obviat aliqua Relationis oppositio.* Et cum ante dixisset vnitatis consequentiam esse per quam colligitur esse quamlibet personam quod est alia: planè docet quod vbi non obviat oppositio Relationis, omnia sunt communia: & hoc ex eo est, quia *supradicta Relationis oppositio prohibet propria singulorum illis (nè quæcunque personæ) attribui:* & quia quod sit Deus de Deo est sola causa pluralitatis in Deo. Ergo iuxta doctrinam Boetij, & Anselmi illud axiomata: *Omnia sunt communia, vbi non obviat Relationis oppositio,* non pure loquendo de statu realitatis, sed in sensu formalis intelligendum est.

40 Probatur vitimo nostra sententia. Nulla distinctio realis debet in diuinis admitti, non cogente fide, vel immediate, vel mediate, quatenus ex principijs Fidei ea distinctio legitimè inferatur. Sed neque fides docet dari distinctioem realem inter predicata absoluta, vt patet, neque ex aliquo principio fidei legitime inferatur: vt constabit ex solutione argumentorum. Ergo nõ debet constitui aliqua distinctio realis inter predicata absoluta: Dein terti Personæ constituerentur proprietatibus absolutis, et absolutæ proprietates distinguerentur virtualiter, tum ab Essentia, tum à proprietatibus relatiuis: siquidem in sensu reali verificæentur hæc propositiones. *Personalitas prima Personæ distinguit Patrem à Filio non tamen refert Patrem ad Filium: Paternitas verò refert, & non distinguit.* Et similiter nisi fides, vel manifestatio cogat, non sunt multiplicandæ virtualitates in diuinis. Ergo neque admittendæ proprietates absolutæ.

## SECT. III.]

*Fit satis adversariorum argumentis.]*

41 **O**B. I. D. August. 7. de Trinit. cap. 6. sub initio ubi ait. *Nō enim aliud est Deo esse, aliud personam esse: nam si esse ad se dicitur, persona vero relativè, inferretur (inquit) Patre Personam esse Filij, aut Filium Personam esse Patris. Sed neque Persona, ita dici alicubi solet, neque in hac Trinitate, cum dicimus Personam Patris, aliud dicimus quam substantiam Patris. Quo circa, ut substantia Patris ipse Pater est, non quo Pater est, sed quo est, ita, & Persona Patris non aliud, quam ipse Pater est. Ad se quippe dicitur Persona, non ad Filium, vel Spiritum Sanctum, sicut ad se dicitur Deus, & magnus, &c. Et quemadmodum hoc illi est esse, quod Deum esse: ita hoc illi est esse, quod Personam esse. Ex quibus verbis videtur colligi, tum quod Persona non dicatur relativè, & consequenter Relatione non constituatur. Tū etiam quod Persona dicatur ad se, prout dici ad se, non est dici relativè ad aliud: & consequenter Personam constitui per absolutum, quod est ad se, non vero per relativum, quod est ad aliud.*

42 In primis dubitari non potest iuxta Augustinum distinctionem, & pluralitatem sumi in Trinitate à Relationibus: nam eodem libr. 7. cap. 6. Inter medium, & finem ad illa verba Evangelij Joann. 10. Ego, & Pater unum sumus, ait: *Et unum dixit, & sumus: unum secundum Essentiam, quod item Deus: sumus secundum relativum, quod ille Pater hic Filius. Aliquando, & tacetur unitas Essentia, & sola pluraliter relativè commemoratur.* Clarius adhuc loquitur paulo infra, ubi asserit pluralitatem in Trinitate, non aliunde, quam à relationibus provenire: nam ad illa verba Gen. 1. *Faciamus hominem:* ait. *Et faciamus, & nostram, pluraliter dictum est, & nisi ex relativis accipi non potest.* Ergo iuxta August. tota distinctio in divinis à relationibus, & non aliunde provenit. Atqui iuxta authores, quibuscum contendimus, eadem est ratio constitutiva singularis personæ, ac ratio distinguens ab altera personæ. Ergo stando huic sententiæ, & Augustini auctoritati, Personæ, & constituuntur, & distinguuntur per aliquid relativum. Hoc supposito,



43 Dico Augustinum, ut iam pramonui: hæc tria nomina, *Substantia, Subsistentia, & Persona* pro eodem omnino accipiuntur, quia nunquam plene recipere voluit nomen *Hypostasis*, ut quid aliqua ratione distinctum à substantia significans. Constat autem prædictos terminos inter se non distinguere: nam substantiam, & subsistentiam pro eodem reputat 7. d. Trinit. cap. 4. sine: ubi hæc habet *Sicut enim ab eo quod est esse appellatur Essentia, ita ab eo quod est subsistere substantiam dicimus: absurdum est autem, ut substantia relative dicatur: omnis enim res ad se ipsam subsistit. Ergo subsistere cum substantia confundit. Quod vero Personam non à substantia distinguat, constat etiam: quia pluribus locis dicit in Trinitate esse unam Essentiam, & tres substantias, siue Personas: Ita eodem cap. paulo ante verba relata dicit quod, cum conaretur humana inopia loquendo proferre ad hominum sensus, quod in secreta ratio mentis pro captu tenet, &c. *Quæ sunt quædam tria dicere, & dicit substantias, siue personas. Et cap. 6. paulo post initium ait: nec que in hac Trinitate, cum dicimus Personam Patris, aliud dicimus, quam substantiam Patris. Et paulo infra magis ad medium, quam ad initium ait: tres illæ quas appellamus substantias, siue Personas. Idem repetit in fine capituli, & libri. Ergo Augustinus substantiam, & Personam idem significare existimavit, licet cap. 5. hæc habeat. *Fortassis igitur commodius dicuntur tres Personæ, quam tres substantiæ, & ideo alijs in locis asserit apud Latinos recitari in Deo tres substantias admitti, sicut tres Essentias.***

44 Igitur Augustinus asserit Personam dici ad se, non relative. Non quidem, quia Persona in esse singularis individui non constituitur per quid relatiuum, sed quia hoc nomen *Persona*, iuxta Augustinum, non explicat ex se rationem, per quam una Persona constituitur singularis, & distinguitur ab alia; solū enim explicat, iuxta Sanctum Doctorem, rationem substantiæ: ut imitramen illarum quia non habemus vocem peculiarem. Sicut vocamus Spiritum Sanctum, & procedentem, tertiam Trinitatis Personam, licet quælibet persona sit Spiritus, & Sanctus, & licet Filius sit etiam procedens. Quamobrem non negat Augustinus personas constitui, & distingui per relatiuum. Sed solum asserit hoc nomen *Persona* id non exprimere, sed nos vocabulo communi uti ad significandum speciale: quia Augustinus sentiebat non esse nomen significans multipliciter in diuinis, nisi *Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus* exprimerentur: putabat enim Sanctus Doctor, ut iam dixi, nomen *Persona* solum significare substantiam: & cum nomen

Græcum *Hypothesis* non reciperet, non illi suppetebat nomen ad pluralitatem in Trinitate significandum.

45 Constat hoc ex ipso Augustino qui hanc vocum inopia ad significandum in quo sit in Trinitate pluralitas, ingenue fatetur 7. de Trinitate cap. 4. ad initium per hæc verba. *Cum ergo queritur quid tria, vel quid tres? Conferimus nos ad inveniendum aliquod speciale, vel generale nomen, quo cõpletur amur hæc tria, neque occurrit animo, quia excedit super eminentia divinitatis vñtati eloquij facultatem.* Ideo dicit Augustinus nos dicere esse in Deo tres Personas, & quia non invenitur alius aptus modus loquendi; & ne omnino interrogati taceamus; non, quia sit omnino iuxta rigorem sermonis (prout ab Augustino intelligebatur) sed ne omnino pluralitas in Trinitate negaretur. Audiatur Augustinus 5. de Trinitate cap. 9. ad initium. *Cũ queritur quid tres, magna profus inopia humanum laborat eloquium. Dicitur est tamen tres persone (attende) non ut illud diceretur, sed ne taceretur.* Et idem repetit lib. 7. cap. 6. magis ad principium, quam ad medium per hæc verba. *Quemadmodum illi hoc est esse, quod Deum esse, quod magnum, quod bonum esse: ita hoc illi est esse, quod Personam esse.* Ecce quoad rigorem sermonis videtur confundere Personam cum substantia. Deinde immediate subdit. *Cur ego non hæc tria simul unam Personam dicimus, sicut unam Essentiam, & unum Deum; sed tres dicimus Personas, cum tres Deos, aut tres Essentias non dicamus? Nisi quia volumus vel unum aliquod vocabulum servire huic significationi, qua intelligitur Trinitas, ne omnino taceremus interrogati, quid tres, cum tres esse fatemur.* Ecce non aliam rationem reddit cur dicamus tres Personas, nisi quia nos vocum cogit inopia v surpandum terminum communem ad significandum speciale.

15 Denique quod Sanctus Augustinus hanc loquutionem non omnino propriam iudicet, & patet ex fine libri 7. ubi hæc habet. *Aut si iam placet propter disputandi necessitatem, & iã exceptis nominibus relativi pluralium numerum admittere, ut uno nomine respondeatur, cum queritur quid tria; & dicere tres substantias sive tres Personas nulle molis: ubi docet nullam cogitandam esse inæqualitatem.* Et tandem concludit. *Quod si intellectum capi non potest, fide teneatur.*

47 Si tamen volueris sine tanto interpretationum sumptu ab argumento te expedire, poteris brevius respondere sic D<sup>o</sup> August. docere hoc nomen *Persona* non esse relatiuum ad aliud

sub tali expressione: siue hoc nomen *Persona* non ita referri ad aliud, vt dicatur esse alterius persona, siue personans aliud; non tamen excludere quod sit relatiuum sub alia expressione, siue sub alia denominatione. Quapropter solum colligitur nomen *Persona* non esse formaliter, & ex nostro modo concipiendi relatiuum, sed eius veto realiter, & virtualiter.

48 Obijcitur secundo authoritas plurimum Patrum, tam eorum, qui Personam per *Hypostasim*, & subsistentiam explicant, vt Augustinus, & Cyrillus, & plurimi alij, tum aliorum, qui Personam per existentiam, & modum existentie declarant, vt Iustinus Martir in expositis fidei sub initio. Damascen. 2. de Fide cap. 11. Richardus Victorinus 4. de Trinitate. cap. 24. & alij. Atqui *Hypostasis*, *subsistentia*, & *existentia* non sunt formaliter quid relatiuum, sed absolutum: siquidem non explicantur in ordine ad aliud, sed ad se: ergo Persona in diuinis non dicit respectum ad aliud.

49 Respondeo iuxta dicta: concedendo hos terminos. *Subsistentia*, *Personalitas*, & *Hypostasis* non exprimere formaliter aliquid relatiuum: distinguendo tamen secundam partem, videlicet: exprimere aliquid absolutum: prout absolutum dicit potest tunc non esse realiter, aut virtualiter ad aliud: nego: prout praesentit ab his conceptibus, & solum dicit esse ad se: concedo intentionem. Et deinde distinguo consequens. Ergo Personalitas in diuinis non dicit respectum ad aliud: formaliter sub expressione Personalitatis, concedo sub alia expressione: nego consequentiam. Ex quo solum inferitur formaliter ex nostro modo concipiendi per hunc conceptum *Personalitas*, non constitui Personam per aliquid relatiuum, sed per aliquid absolutum: hoc est per aliquid, quod concipitur a nobis ad modum absoluti: Non tamen inferitur, quod in sensu virtuali non constituantur Personae per aliquid relatiuum.

50 Obijc. 3. Eodem modo constituendae sunt Personae homines, ac vna, vel per absoluta, vel per relatiua. Atqui vna ex Personis constituant Patres per aliquid absolutum. Ergo omnes Personae constitui debent per aliquid absolutum. Maior est certa, & consequentia bona. Minor probatur, Personam Patris constitui per *Innasibilitatem* Sed *Innasibilitas* non est proprietatis relatiua, sed absoluta. Ergo Pater non constituitur per aliquid relatiuum, sed per absolutum. Discursus est legitimus. Maior probatur ex Athanasio quae sit. 5. ex anonymis, ten de natura

D. I. Vbi proprietates, quibus constitui, ac distingui personas dixerat, sic enumerat. *Proprium enim Patris Ingentum esse, Filij vero Genitum, Spiritus procedere.* Idem tradunt. Nysen, Nazianc. Basilii, Anathasius Synaita, Anasthasius Theopolitanus, Iulianus Martir, & Damascenus apud Ortega quaest. iam citata certam. 3.

51 *Iam vero minor: videlicet Innascibilitatem esse quid absolutum; non vero relatiuum. Probat ex Augustino 5. de Trinitate. cap. 6. initio: vbi hæc habet: Non est hoc dicere Ingentum, quod est Patrem dicere: quia, & si Filium non genuisset, nihil prohiberet eum dicere Ingentum. Et si gignat quisque Filium, &c. non de eo ipso ingentus est: quia, & geniti homines ex alijs hominibus, gignunt & ipsi alios: atque intra. Nec ideo quisque Pater, quia ingentus, nec ingentus ideo quia Pater.*

52 *Respondeo r. iuxta doctrinam iam datam. Concedendo maiorem, & distinguendo minorem. Patres constituunt vnã Personam per aliquid absolutam: realiter, vel virtualiter, nego: per aliquid absolutum nostro modo concipiendi præcisive: concedo minorem, & nego consequentiam. Ad minoris probationem, concessa maiori: distinguo minorem. Innascibilitas non est proprietas relatiua, sed absoluta: realiter, aut virtualiter, nego: formaliter nostro modo concipiendi, subdistinguo: sub omni expressione, nego: sub hac expressione Innascibilitatis mitto minorem sensu iam explicato, videlicet per hanc expressionem apprehendi Innascibilitatem præcisive à conceptu relatiuo, & etiã (quod parum interest) ad modum, & per speciem alicuius absoluti. Verba D. Augustini hoc, & nihil aliud ad summum probant: solum enim contendit Augustinus per hunc conceptum Ingentum nõ exprimi formaliter Paternitatem, quod teste probat paritas desumpta ab hominibus, qui gignunt, siue ingentis, vt Adamus, & Eua, siue geniti, vt alij homines. Quando autem ait Augustinus, quod Prima Trinitatis Persona, licet non generaret, ingentita esset, loquitur etiam in sensu formalis hoc est, licet negaremus ei Paternitatem, nõ cogeremur negare Innascibilitatem: quia prædicti conceptus in affirmatione, & negatione separabiles sunt.*

53 *Ante secundam responsionem: non possunt non mirari hunc per doctum auctorem vltim fuisse prædictis August. verbis ad probandum Innascibilitatem esse quid absolutum: & adeo incaute ex præiudicio processisse, vt non viderit verba, quae profertur, esse argumentũ hæreticorũ, cui postea satisfaciit August.*

igitur cum docuisset Augustinus toto cap. 4. & 5. Relationes in Trinitate non convenire accidentaliter Personis, sed neque relationum dici de Personis secundum substantiam ( idest Essentiam ) quia, quamvis diversum sit Patrem esse, & Filium esse: cum tamen non habeant diversam Essentiam, neque esse Patrem ad se dicatur, sed relatiue, & ad aliud: idcirco *esse Patrem, & esse Filium* (inquit Augustinus) neque est accidens, quia non predicatur contingenter, aut mutabiliter: neque dicitur secundum substantiam, prout substantia cum Essentia convertitur, quia non diversimodum; sed eiusdem Essentia sunt omnes personae.

54 Adversus hoc catholicum assertum aliquis ( Augustinus ait ) ita forsam opponet. Sicut Pater, & Filius ad alterum dicuntur; *Genitus* tamen, & *Ingenitus* ad se dicuntur. Atque de *Genitum* & *Ingenitum* distinguuntur, ergo Personae distinguuntur in diuinis secundum aliquid quod ad se dicitur; sed dici ad se ipsum est dici secundum substantiam. Ergo Personae distinguuntur in diuinis secundum substantiam. Hoc argumentum sibi obijcit Augustinus cap. 6. initio per haec verba. *Si autem huic sic putant resistentium esse sermoni* ( nimirum doctrinae, qua asseruerat Patrem, & Filium non dici secundum substantiam, aut Essentiam ) *quod Pater quidem ad Filium dicitur, & Filius ad Patrem. Ingenitus tamen, & Genitus ad se ipsos dicuntur, non ad alterutrum: non enim hoc est dicere Ingenitum, &c. subditque verba nobis obiecta: Postquam addit perficiens adversariorum argumentum. Inquiunt ergo Pater ad Filium dicitur; Filius ad Patrem. Ingenitus autem ad se ipsum, & Genitus ad se ipsum dicitur. Et id, si quidquid ad se ipsum dicitur secundum substantiam dicitur, diversum est autem Ingenitum esse, & Genitum esse: diversa igitur substantia est. Ecce adversariorum argumentum, quod suae doctrinae opposuit Augustinus.*

56 Huic argumento minime concedit *Ingenitum* dici ad se, seu secundum substantiam: ( hoc enim non Augustinus tradidit, sed qui suam doctrinam impugnabant ) sed respondet *Ingenitum* esse quid pure negans *Genitum*: quod dicitur ad aliud; id vero, quod negat predicatum pertinens ad vnum predicamentum, nihil in alio predicamento collocat, sed praecise negat, quod ad illud predicamentum pertinebat. Quamobrem cum *Genitus* dicatur ad aliud, *Non genitus*, sive *Ingenitus* non dicitur ad se, sed negative dicitur ad aliud. Haec est Augustini responsio, ut eadem rursimè constat ex eius verbis. Nam post verba relata, immediate respondens ad argumentum propositum, docet *Genitum* dici ad aliud;

aliud, non ad se. Genitum utro (sic Augustinus) mira cecitate non advertunt dici non posse nisi ad aliquid. Ideo quippe Filius, quia Genitus, & quia Filius utriusque Genitus. Sicut autem Filius ad Patrem sic Genitus ad Genitorum refertur, & sicut Pater ad Filium ita Genitor ad Genitum. Verum instant advertarij; quod licet Genitus dicatur ad alios; Ingenitus tamen dicitur ad se: id est secundum substantiam: & cum Filius non sit Ingenitus, erit diversæ substantiæ, ac Pater. Ita refert Augustinus paulo inferiorius. Dicunt ergo: si aliquid ad se ipsum dicitur Pater, quod ad se ipsum non potest dici Filius. & quidquid ad se ipsam dicitur, secundum substantiam aicitur & ad se ipsum dicitur Ingenitus; quod dici non potest Filius. Ego secundum substantiam dicitur Ingenitus, quod Filius: quia dici non potest, non eiusdem est substantia. Ecce advertarij instanciam contra Augustini doctrinam, Audiamus iam Augustini solutionem.

56 Cui versutia (sic Augustinus respondens immediate ad argumentum propositum) respondetur, ita ut ipsi cogantur dicere secundum quid sit æqualis Patri Filius, &c. Vbi ex eo, quod Filius sit æqualis Patri secundum id, quod ad se dicitur, inferunt nihil esse in Patre, si dicitur ad se, quod non reperitur in Filio. Deinde directe respondet ad argumentum propositum, asserendo: quod per ly *Ingenitum* non significatur, quid Pater sit, sed quid non sit: cum vero negatur relatiuum, non affirmatur aliquid absolutum, sed præcisè prædictum relatiuum negatur: negatio enim non extrahit rem à proprio prædicamento. Cum vero *Ingenitus* (inquit Augustinus) dicitur Pater, non qui sit, sed quid non sit dicitur: cum autem relatiuum negatur, non secundum substantiam negatur, quia ipsum relatiuum non secundum substantiam dicitur. Hoc exemplis planum faciendum est. Et paulo infra hæc habet. Negativus ergo ista particula Non non id efficit, ut quo sine illa relatiue dicitur, eadem præposita substantia liter dicatur: sed id tantum negatur, quod sine illa a tebatur, sicut in cæteris prædicamentis: velut cum dicimus homo est, substantiam designamus. Qui ergo dicit non homo est, non aliud genus prædicamenti enantiat: sed tantum illud negat. Sicut ergo secundum substantiam aio homo est: sic secundum substantiam nego, cum dico: non homo est. Et cum quaritur quantum sit, & aio quadrupedalis est, id est quatuor pedum, secundum quantitatem aio: qui dicit non quadrupedalis est, secundum quantitatem negat. Deinde apponit alia exempla aliorum prædicamentorum, & tan

dem concludit. Non ergo receditur à relativo predicamento: cum Ingenitus dicitur. Sicut enim genitus non ad se ipsum dicitur, sed quod ex genitore sit: ita cum dicitur Ingenitus, non ad se ipsum dicitur, sed quod ex genitore non sit ostenditur. In eodem autem predicamento, quod relatiuum vocatur, utraque significatio vertitur.

57 Hæc adeò ex professo ex Augustino protuli, ut clarè pateat, non solum non fauere Augustinum aduersarijs; verum eos manifestè refellere: solumque ex negligentia in eo legendo potuisse in oppositæ sententiæ fauorem ab aduersarijs adduci. Nam neque Augustinus primam Trinitatis Personam per Innascibilitatem constituit: cum, iuxta Augustinum, sit conceptus purè negatiuus; nec innascibilitas dicitur ad se, cum potius oppositum totis viribus Augustinus contendat. Et, quod caput est, nihil, quod propriè dicatur ad se, distinguit Patrem à Filio.

58 Obijc. 4. Ex P. Amico. *Paternitas*, & *Filiatio* sunt proprietates Patris, & Filij respectu Spiritus Sancti, cum apud nos etiam ab Spiritu Sancto per eas distinguantur: & nihilominus non sunt Relationes ad Spiritum Sanctum, cum per Relationem Spiratoris ad Spiritum Sanctum referantur. Ergo ratio distinguens non est necessario relatiua: & consequenter, neque ratio constituens necessario relatiua erit.

59 Respondeo: minimè nos docere de conceptu distinctiui vnus Personæ ab alia esse Relationem ad illam aliam: sed solum quod in diuinis nulla sit proprietas personalis, quæ Relatio non sit, etiam virtualiter: quia in diuinis nulla est proprietas personalis absoluta. Vnde ad argumentum in forma: concessio antecedenti, distingo consequens. Ergo ratio personalis constituens, & distinguens, non est necessario relatiua ad terminum à quo distinguit, concedo: absolute potest non esse relatiua; nego consequentiam. Ex eo autem quod non sit relatiua ad terminum, à quo distinguit, non inferitur debet esse absolutam.

60 Obijc. 5. Prius est rem esse, quam operari, & prius quam referri ratione operationis. Ergo prius est in Patre esse Personam, quam generare Filium, in qua Generatione fundatur Relatio. Confirmatur: quia prius est rem esse in se, quam esse ad aliud. Ergo prius est Personam constitui, quod est esse in se; quam referri, quod est esse ad aliud. Respondeo: distinguendo utrumque antecedens. Prius est esse rem, quam operari: prius

praecise nostro modo concipiendi: omittos prius realiter, aut virtualiter ordine naturae: nego antecedens vniuersaliter loquendo: quia potest res per ipsum operari, & referri in esse talis constitui. In quo casu idem est realiter, & virtualiter esse, & operari. Cum igitur in nostro casu Pater in esse singularis per actuum Generare constituitur, & ipsum Generare sit referri hinc sit Patrem esse quid singulare: & etiam simul esse similitate omnimodae identitatis, etiam virtualis, generare, & referri, licet à nobis per species distinctorum concipiatur, & licet à nobis esse personam singularem apprehendatur ad modum alicuius, quod est prius natura, quam sua operatio.

61 Ex dictis manifestè Interitur Personas diuinas, v.g. Personam Patris, loquendo in sensu reali, siue virtuali, non constitui potius Origine, quam Relatione: quia realiter, & virtualiter idem sunt. Si vero loquamur nostro imperfecto modo concipiendi, Personalitatem constituentem, & distinguentem, apprehendi, vt quid prius: deinde Generationem apprehendi vt quid immediatè subsequutum: Relationem autem concipi à nobis vt quid supponens Generationem supponentem Personam constitutam. Sed cum hic modus cognoscendi solum fundetur in eo, quod in creaturis ita res se habeant, & nos per creaturarum speciem etiam Deum ipsam concipere necessario debeamus, parum curandum nobis est de his distortis, & finistris cogitandi modis, siquidem veritatis ipsarum rerum nihil intersunt.

## SECT. III.

*Verum detur in Deo subsistentia absoluta communis tribus personis?*

62 DVplex hic potest moueri questio. Prima: an in Trinitate praecise detur vna subsistentia, qua per Relationes determinetur, vt sit subsistentia trium Personarum: ita vt Relatio non sit subsistentia (intellige virtualiter) sed tantum modus, seu quasi modus subsistentiae? Hoc est, quod Paternitas v.g. non sit subsistentia; sed tantum determinatio, per quam subsistentia communis determinetur ad Patrem. Et ita de Filiatione, & Spiracione.



64. Secunda quaestio est. Adhuc concessio dari in Deo tres subsistentias relativas: an præter has subsistentias relativas, detur alia subsistentia absoluta communis tribus Personis, per quam quælibet Persona sit hic Deus? Circa hæc dubia.

64. Prima sententia negat subsistentias relativas, solumque concedit subsistentiam absolutam: quæ per tres Relationes, sicuti per tres modos incommunicabilitatis, contrahitur, & determinatur ad tres Personas. Ita Scotus in 1. distinct. 1. quaest. 2. & etiam in 3. distinct. 1. quaest. 2. Durandus in 1. distinct. 13. quaest. 2. numer. 23. & distinct. 33. quaest. 1. numer. 37. & in 3. distinct. 1. quaest. 2. numer. 7. Albertus, Argentina, Marsilius, & alij apud Illustrissimum Godoy disputat. 84. §. 1. Ex quibus Marsilius pro opposita sententia citatur à P. Vazquez, Ex Thomistis tenent eandem sententiam Capreolus in 1. distinct. 26. quaest. 1. artic. 1. conclus. 3. ad argumenta contra tertiam conclusionem. Et in 3. distinct. 1. ad argumenta contra quartam conclusionem Ferrara 4. contra Gentes capit. 26. Ex nostris fauet huic sententiæ (licet aliter sentiat Illustrissimus Godoy) noster Bellatminus tom. 1. libr. 2. de Christo cap. 15.

65. Secunda sententia admittit subsistentiam communem tribus Personis, & ultra hanc, etiam tres relativas subsistentias concedit. Ita Caletanus 1. p. quaest. 30. artic. 4. §. ad evidentiam. Et 3. p. quaest. 3. artic. 2. & communiter Thomistæ. Ex nostris tenet eandem sententiam Suarez libr. 4. de Trinitate capit. 11. & 14. & 3. p. tom. 1. disput. 11. à section. 3. tenentque eandem sententiam Molina, Fonseca, Ragusa, & alij apud Salmanticenses disput. 9. dub. 4. & 5. Ex Scotistis defendit eandem sententiam Smisingus tom. 1. tractat. 1. disput. 2. quaest. 2. numer. 48. qui dicit hanc sententiam Scotistis, & Thomistis esse communem.

66. Tertia sententia negat, præter subsistentias relativas dari aliam subsistentiam communem. Ita Vazquez disputat. 125. in 1. p. capit. 7. refert pro illa Alexandrum, Bonaventuram, Richardum, Marsilium, & Genebrardum, tenet etiam Valentia hic quaest. 13. punct. 3. quaest. lib. 2. §. possumus. Ruiz de Montoya disput. 34. à sect. 5. & communiter Societatis auctores. Ex Thomistis tenet eandem sententiam Bannez quaest. 40. art. 14.

67. Verum antequam circa hanc difficultatem nostrum feramus iudiciū, animadvertendū est, diuersimods explicari à plurimis

substantiæ conceptum. Nam communiter Thomisæ censent esse de conceptu substantiæ constituere suum terminum, tum existentem, tum independentem ab alio, tanquam à subiecto sustentante, & ultra hæc duo munera, etiam prestare ne terminus subsistens, alio subsistente terminari possit. Nos vero communiter censemus, nec existentiam, nec independentiam à subiecto sustentante provenire formaliter à substantiâ; nam de ratione substantiæ solum est reddere suum terminum incommunicabilem alteri.

Advertendum est 2. dum quærimus: an detur substantia communis, posse in dubium verti, & an detur substantia communis gerendo omnia munera substantiæ? Et etiam: an detur substantia communis, quæ licet non omnia; gerat saltem aliqua munera propria substantiæ?

68 Advertendum est 3. supponi debere: tum non dari in Deo Personalitatem communem, aut Hyposthasim communem, tum etiam dari in Deo tres Personalitates. Hoc ultimum manifestum est. Nam Persona ratione Personalitatis multiplicatur. Cum ergo tres Personas realiter distinctas doceat fides Catholica in Trinitate; ideo tres Personalitates realiter etiam distinctas concedere necesse est.

69 Hinc apparet hanc difficultatem, quatenus inquirat: an Essentia Divina antecedenter ad relationem subsistat, præsciendendo ab eo, quod etiam Relationes sint, vel non sint substantiæ, partim esse de nomine, & partim purè philosophicam. Est quidem philosophica, quatenus in dubium vertitur: an qualibet res constituatur formaliter independens ab alia, tanquam à subiecto sustentante per substantiam, vel potius per aliquid aliud. Et etiam quatenus dubitatur: an omnis res se ipsa formaliter existat, vel per aliquid aliud constituatur existens? Continet etiam hæc questio multum de nomine. Nam concessio, ut concedi debet, Essentiam Divinam se ipsa formaliter esse existentem, & independentem à subiecto sustentante, restat dubium: an hæc prædicata sufficiant, ut absolute Essentia Divina, prout virtualiter distincta

Et à Personalitatibus, appellanda sit substantia?

## SECT. V.]

## Resolvitur primum dubium.]

70 **S**it prima conclusio contra Scotum, Durandum, & alios pugnantes sententiã primo loco relatam. Dantur in Deo tres subsistentiæ relatiuæ distinctæ virtualiter ab Essentiis: & consequenter falsum est dari præcisè in Deo vnã subsistentiam communem, & per Relationes determinabilem. Etenim tres Relationes: Paternitas, Filiatio, & Spiratio passiva, sunt veræ, & propriè subsistentiæ. Hæc sententiã (pro qua apertè stat Sanct. Thom. quest. 30. art. 4. constat ex Concilio Nicæno lib. 2. propius ad medium, quam ad finem §. in lib. Iob vbi dicitur. *Vna Diuinitas. S. Trinitatis in tribus subsistentijs perfectis, æqualibus consideratur.* Et ex Concilio Constantinopolitano 1. quod est Generale secundum in Epist. ad Damasum (quæ in antiquioribus editionibus præmittitur ante Concilium) circa medium Epistolæ per hæc verba. *In tribus perfectissimis subsistentijs, siuè in tribus perfectis Personis, vt neque Sabellij languor locum habeat confusione subsistentiarum, aut peremptione proprietatum.*

71 Idem tradunt Chalcedonense Concilium, quod est Generale quartum a. 16. in responsione apud Martianum Imperatorem in professione fidei propè initium contra Rhotinum, atque Marcellum. Concilium Constantinopolitanum secundum, quod est Generale quintum collat. 8. anathematis: 26 Concilium Constantinopolitanum tertium, quod est sextum Generale a. 4. in Epistol. Agathonis Papæ, quæ est instructio legatorum column 2. Concilium Nicenum secundum, quod est Generale septimum a. 3. in confessione fidei Tharastij. Et denique Lateranense Concilium particulare secundum, habens tamen inæfallibilem auctoritatem, quia celebratum, & approbatum fuit à Martino 1. consolat. 5. can. 1. nostram sententiã tradit, & oppositam apertè damnare videtur per hæc verba. *Siquis non confitetur secundum Sanctos P.P. propriè, & vere Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum Trinitatem in vnitatem, & vnitatem in Trinitate: hoc est vnum Deum in tribus subsistentijs consubstantialibus, anathema sit.*

72 Probatur secundo ex Patribus: Nam tres subsistentias tradunt Iustinus in exposit. fidei de Sancta Trinitate, in medio, & quæst. 17. ad Orthodoxos sine, & etiam quæst. 18. & 129. Alexander Alexandrinus in Epistol. ad Alexandrum Constantinopolitanum column. 3. & 4. Athanas. tom. 2. in quæstionibus quarum prima est. *Quid sit Deus?* quæstion. 7. Gregor. Nisenus Orat. catechetica cap. 3. sub initio. Naziancenus Orat. 25. ad Arianos, & de se ipso propè finem. Cyrillus Alexand. Dialog. de Trinitate libr. 2. column. 5. ac Dialog. de Trinitate libr. 3. multo propius ad medium, quam ad finem. Damascenus libr. 1. fidei, cap. 9. in medio. Ambrosius in symbolum Apostol. cap. 2. in medio. Hilarius libr. de Sinodis multo propius ad medium, quam ad principium §. *Volens*. Hieronimus, aut qui cumque author expositionis symboli ad Damasum apud Hieronimum tom. 9. Epist. 17. non procul à principio. Propter vsque adeo ingens authoritatis pondus eruditissimus P. Ruiz de Montoya de Trinit. disp. 74. sec. 2. iudicat errorem negare tres subsistentias relativas.

73 Probatur 3. à ratione nostra conclusio: quia subsistentia est ultimum complementum naturæ, cum quo natura est impotens inesse alteri. Sed hoc habet quælibet relatio in Trinitate. Ergo quælibet Relatio in Trinitate est subsistentia. Minor probatur. In Paternitate v.g. Essentia terminata Paternitate habet, prout sic terminata, non posse communicari Filio: quia, licet secundum se communicetur: non tamen prout terminata Paternitate. Ergo Paternitas est ultimum complementum Naturæ Divinæ.

Confirmatur à paritate. Non ob aliam rationem subsistentia humana dicitur ultimum complementum naturæ humanæ, nisi quatenus nequit natura humana prout tali subsistentia terminata communicari alteri supposito. Sed hoc idem habet Paternitas. Ergo Paternitas est subsistentia.

74 Probatur ulterius alio discursu Theologico. In divinis sunt tres Personæ. Ergo, & tres Personalitates. Ergo, & tres subsistentiæ: siquidem Personalitas idem est ac subsistentia propria naturæ rationalis. Prima consequentia etiam est certa: nam (vt supra dicebamus) Persona accipit multiplicationem à Personalitate: hæc enim cœcreta sumunt multiplicationem ab ea parte, quæ explicatur: & ideo in Trinitate nõ est triplex Deus, sed unus

tantum Deus. Ex qua doctrina sic conficitur argumentum. In his concretis substantialibus multiplicitas sumitur ab ea parte, seu quasi parte, quæ explicatur sub tali termino. Sed hoc nomen *Persona* exprimit, & declarat Personalitatem. Ergo esse tres Personas in Deo est esse tres Personalitates: siquidem signum multiplicatis debet cadere supra Personalitatē, quæ in hoc nomina *Persona* declaratur.

75 Confirmatur. Esse triplicem Personam dicit multiplicitem, vel Naturæ, vel Personalitatis, seu subsistentiæ. At in Deo nulla est multiplicitas Naturæ. Ergo tota multiplicitas tenet ex parte Personalitatis. Ergo in Deo datur triplex Personalitas: & consequenter dantur tres subsistentiæ. Quapropter Relationes erunt realiter, & virtualiter subsistentiæ.

76 Obijecitur 1. D. August. qui 7. de Trinitate, cap. 4. ait. *Omnis res ad se ipsam subsistit, quanto magis Deus. Et antea dixerat: sicut ab eo, quod est esse, appellatur Essentia, ita ab eo, quod est subsistere, substantiam dicimus: absurdum autem est, ut substantia relatiue dicatur.* Ex quibus verbis colligitur subsistere iuxta Augustinum non esse ad aliud, sed ad se. Ergo subsistere non est Relatio: Relatio enim ut ralis ad aliud est.

77 Respondent aliqui: *Subsistere* posse considerari secundum præcisum conceptum subsistendi, præscindēdo ab hoc, & illo subsistere: & posse considerari prout tale subsistere determinatū. Dicunt ergo hi authores Augustinum tantum dicere hoc, quod est subsistere, secundum præcisum conceptum subsistendi, non esse ad aliud: quod intelligendum est præcisivè, non positivè: sicuti animal secundum se non est brutum. Non, quia animal secundum se dicitur non esse brutum, sed quia non dicitur esse brutum. Sic similiter in nostro casu conceptus subsistendi non dicitur esse ad aliud: non quia neget, sed quia præscindit. Quod autem hoc subsistere determinatum Patris Æterni v. g. Sic ad aliud: non quidem prout præcisè est subsistere, sed prout tale subsistere, minime (inquiunt authores huius solutionis) aduersatur Augustino. Hac solutione utitur Quiros tract. de Trinit. disp. 29. sect. 2. num. 12.

78 Verum si recte expendantur Augustini verba in prædicto loco, ut expendit Vazquez disp. 125. de Trinit. cap. 5. manifestè apparebit S. Augustinū non solum contendere hoc, quod est subsistere, non esse relatiuum secundum formalem conceptum subsistendi, sed absolute non esse relatiuum, modo ipso, quo Essentia relatiua non est: adeo, ut, sicut in Deo non datur, absolute loquēdo,

triplex essentia neque detur triplex *subsistere*. Nam si (ait Augustinus) hoc est Deo esse, quod *subsistere*: ita non erunt dicenda tres *subsistia*, ut non dicuntur tres *essentia*: & paulo infra. Sicut enim ab eo, quod est esse, appellatur *essentia*, ita ab eo quod est *subsistere*, *subsistentiam* dicimus: absurdum autem est, ut *substantia* relative dicatur. Ergo Augustinus non solum in sensu formali, verum absolute, & simpliciter negat conceptum *subsistendi* esse multiplicabilem: & consequenter negat esse in Deo triplicem *subsistentiam*.

79 Respondeo ergo cum P. Vazquez loco citato D. Augustinum prædictis verbis accipere *subsistere* pro actu correspondenti *substantia*; non autem prout à nobis *subsistere* usurpatur. Patet ex ipsis Augustini verbis. Sicut enim (ait Augustinus) ab eo, quod est esse, appellatur *essentia*: ita ab eo, quod est *subsistere*, *substantiam* dicimus. Ergo Augustinus non accipit *subsistere*, pro *subsistentia*, ut à nobis accipitur, & prout huius quæstionis argumentum est, sed pro *substantia*. Non ergo nobis aduersatur Augustinus.

80 Rationem huius tradit sacris doctè, & eruditè Pater Vazquez; nempe D. Augustinum semper habuisse in spectum nomen *Hyposthasis*: nunquamque plene eo usum fuisse pro aliquo relativo, sed semper pro Græco nomine. *Hyposthasis*, *substantiam* vertisse. Nam cum *Hyposthasis* olim pro *substantia* acciperetur, ne forsam aliquis in Deo tres *substantias*, sicut tres *Hyposthases* admitteret, semper Augustinus (sicut, & Hieronymus) reuocavit *hyposthasim* pro aliquo relativo, siue personali usurpare. Qua propter Augustinus sub nomine *subsistendi*, non quod nos in quæstionem modo inducimus, intellexit: & ideo nobis contrarius non est. Sed de mente August. iterum in secunda cõclusionione sermo redibit.

81 Ob. 2. *Subsistere* est perfectio simpliciter simplex; cum melius sit *subsistere*, quam non *subsistere*. Atqui Relatio non est perfectio simpliciter simplex: nam loquendo de Relatione particulari, v.g. de Paternitate, non est melior *Paternitas*, quam non *Paternitas*, nempe *Filiatio*, aut *Spiratio*. Ergo Relatio non est *subsistere*.

82 Respondeo primo: distinguendo maiorem: *Subsistere*, ut quod, seu in concreto, est perfectio simpliciter simplex: concedo: *Subsistere* ut quo, & in abstracto: nego maiorem. Et concessa minori: distinguo consequens. Ergo Relatio non est *subsistere* sumptam, ut quod, & in concreto: concedo: sumptam, ut quo, & in abstracto: nego consequentiam. Explicatur solutio,

83 *Subsistere, ut quod est verificari esse subsistens. Subsistere autem ut quo est forma, seu quasi forma, à qua quod subsistit subsistens denominatur. Igitur perfectio simpliciter simplex est; quod aliquid sit subsistens: ideoque Deus necessario subsistens est & essentia divina etiam debet esse subsistens. Ceteram esse subsistens, ut quo, & in abstracto, id est, esse id à quo, quod subsistit, subsistens denominatur, potest negari esse perfectionem simpliciter simplicem. Quam ob rem Relatio potest esse subsistentia, quia sit perfectio simpliciter simplex.*

84 *Respondeo 2 subsistere etiam ut quo, & in abstracto acceptum, esse perfectionem simpliciter simplicem, ita ut quilibet divina Relatio, v. g. Paternitas perfectio sit simpliciter simplex; & ideo neganda erit minor superioris syllogismi. Neque obstat ratio, quæ in probationem minoris adducitur; videlicet non esse meliorem Paternitatem, quam non Paternitatem, ex eo, quod non sit melior Paternitas, quam Filiatio, quæ non est Paternitas. Hæc in quam ratio non obstat.*

85 *Ettenim perfectio simpliciter simplex dupliciter solet explicari. Primo: quæ est perfectio nullam dicens imperfectionem. Et in hoc sensu quilibet Relatio divina perfectio est simpliciter simplex; siquidem nulla Relatio divina imperfectionem involvit. Secundo modo solet explicari perfectio simpliciter simplex, nempe quæ est melior ipsa, quam non ipsa. Verum hoc non ita intelligendum est, ut debeat esse melior ipsa, quam quodlibet aliud, quod non sit ipsa; sed ita, ut sit melius illam habere, quam ea omnino carere. Cum igitur, licet Paternitas non sit melior, quàm Filiatio, nec è contra: nihilominus cum melius sit habere Paternitatem, siue per identitatem, siue per circuminseccionem quam, quam nullatenus habere: siquidem quælibet Trinitatis Persona duas Relationes habet per circuminseccionem: ideo quælibet*

*Relatio est perfectio simpliciter simplex, licet*

*una Relatio non sit me-*

*lior alia.*

## SECT. VI.

Deciditur secundum dubium: *Utrum videlicet præter Subsistentias relativas detur Subsistentia absoluta, & communis?*

86 **I**nter AA. qui negant Subsistentiam absolutam in Deo communem tribus Personis, alij censent essentiam se sola, & pro signo antecedenti ad Relationes, non habere formaliter perfectam existendi independentem ab alio tanquam à sustentante; sed formaliter id à Relationibus provenire, licet radicaliter ab essentia proveniat. Ita videtur sentire P. Vazquez, licet sub obscure, dicta disp. 125. capit. 6. num. 26. & 27. Ita etiam magis à perté docet P. Ruiz de Montoya disp. 34. sect. 10. à num. 9. & P. Zuñiga quæst. 30. dub. 10. memb. 2. Alij vero, præsertim Rk. iudicant essentiam divinam se sola, id est pro signo antecedenti ad Relationes, existere per se perfecte excludente dependentiam ab alio tanquam à sustentante, vel cui in existere debeat indigendo illo, ut perficiente aliquo modo in ratione existentis.

87 Itaque hi authores existimant essentiam in signo antecedenti ad Relationes ita esse omnino absolutè perfectam in ratione existendi, ut nullatenus ex indigentia existendi habeat in sequenti signo relationes; sed tantum ex secunditate naturæ tanquam ob rem Subsistentiæ Relatiæ minimè in ratione existendi Deitatem perficiunt, sed tantum sunt perfectiones in ratione operandi; & in ratione reddendi essentiam ita ultimo terminatam, ut ulterius interminabilis sit.

88 Nihilominus asserunt hi AA. non dari in Deo Subsistentiam absolutam: quia sub nomine Subsistentiæ non intelligunt præcise existentiam omnino perfectam per se perfecte excludente dependentiam ab alio, tanquam à sustentante, siue tanquam à complemte in perfectione existendi, sed ulterius ad rationem Subsistentiæ requirunt incommunicabilitatem. Hac sententiarum diversitate supposita.

89 Censio inter AA. primo modo negantes Subsistentiam absolutam, & AA. Subsistentiam absolutam, & communem propugnantes, esse questionem de re. Ac resco inter concedentes



substantiam absolutam, & A A, eam negantes commemoratos secundo loco, esse magis quaestionem de nomine; grauem tamen, & minimè contempnendam, quia ex acceptione huius termini. *Substantia* dependet intelligentia Conciliorum, & Patrum circa profundissimum Trinitatis mysterium, quid Catholice sentiri debeat decernentium. Hæc diuersitas patet ex dictis. Nam de re, & nō de puro nomine disceptatur, cum indubium vertitur: an essentia se ipsa, ut virtualiter distincta a Personalitatibus, non solū radicaliter, verum & formaliter perfectissimè existat omnino cōplete; vel an potius perfectio existendi ita formaliter proveniat à relationibus, ut ab illis in esse existentis aliqua ratione depēdeat: adeo, ut antecedenter, ad Relationes nō intelligatur essentia perfecte formaliter existens; sed solum radicaliter; modo quo, qui distinguuntur virtualiter essentiam ab attributis, asserunt pro signo duntaxat essentiam non intelligi essentiam formaliter *æternam omnipotentem* &c. sed solum radicaliter.

90 At vero qui concedunt essentiam antecedenter ad Relationes, habere formaliter perfectionem omnimodam in ratione existendi, excludereque formaliter dependentiam ab alio tanquam à sustentante in ratione existendi, adhuc negant substantiam communem: magis de nomine, quam de re decernant cū authoribus substantiam communem propugnantibus: quia solū videtur esse questio de acceptione huius nominis *substantia* an videlicet significet solum in communicabilitatem, vel an etiam significet perfectitatem in ratione existendi? Aliquid nihilo minus si voluitur de re circa naturam existentiam: videlicet: an pertineat saltem in adæquate ad naturam substantiæ non solum reddere naturam in communicabilem; & ultimo terminatam; verum etiam constituitur naturam formaliter perfecte existentem; & ultimo cōpletam in ratione existendi?

91 Explicatur hoc amplius. Dum natura humana Petri, v. g. existit terminata sua propria substantia, dupliciter potest philosophari circa eam. Primo asserendo naturam humanam Petri antecedenter ad substantiam esse perfecte formaliter existentem; ita ut in linea existendi nihil accipiat à substantia: quia solum accipit ab illa in communicabilitatem; existimādo nimirū, se in adæquate quidem pertinere ad conceptum substantiæ perfectiore naturam in ratione existendi. Secundo potest dici naturam à substantia habere perfici formaliter in ratione existēcis: quod vocatur pendere à substantia tanquam à sustentante. Si, hac se-

cun:

cunda sententia admissa, concedatur essentiae divinae à se; & per se perfecte existere, iam concedetur illi aliqua ratio saltem inadaequata subsistentiae. Si vero hanc perfectitatem modo explicato extra rationem subsistentiae sit; & sic a perfectitas in existendo essentiae divinae tribuatur, nulla propria ratio: nullum ve munus subsistentiae ei tribuere necessarium erit. Hec notare placuit, quia ad quaestiones decisionem valde conducere existimaui.

92. Dico 1. Non est de ratione subsistentiae perfectitas in existendo excludens dependentiam ab alio tanquam à sustentante. Probat. Hae sustentatio vel deberet esse per modum subiecti inhesionis, & receptionis, vel per modum alicuius praecise terminantis. Neutro modo congruenter explicatur haec sustentatio. Hae ergo sustentatio commentitia est. Minor quoad primam partem probatur. Independentem à subsistentia natura substantialis, v.g. natura humana Petri, est independens omnino à subiecto inhesionis, siue receptionis. Ergo haec independentia non provenit formaliter à subsistentia. Antecedens probatur. Natura resultat ex materia prima, & anima rationali, qua parte dicitur materiam, se ipsa excludit habere subiectum, in quo recipiatur. Anima rationalis etiam se ipsa excludit habere subiectum, in quo recipiatur; imò, licet reciperetur in materia sicuti aliæ formae substantiales materiales; non tamen in alio subiecto distincto. Ergo natura humana Petri antecedenter ad subsistentiam habet perfectitatem excludentem dependentiam ab alio tanquam à subiecto recipiente.

93. Confirmatur. In eo signo intelligitur res existens independentem à subiecto recipiente, in quo intelligitur producta per productionem, quae non siteductio illius rei ex aliquo subiecto. Sed pro signo antecedenti ad subsistentiam intelligitur natura humana producta per productionem, quae non siteductio naturae humanae ex aliquo subiecto. Ergo pro signo antecedenti ad subsistentiam intelligitur natura humana existens independentem à subiecto eam recipiente. Minor probatur: quia antecedenter ad subsistentiam intelliguntur producta materia, & anima rationalis; quae productiones ex se habent non esse eductiones, per quas natura recipiatur in aliquo.

94. Secunda pars illius primae minoris, videlicet sustentationem, quae formaliter excludi dicitur per subsistentiam, non congruenter explicari per terminationem, probatur. Nam eate- nus haec terminatio sufficeret ad sustentationem, quatenus natu-

ra humana v.g. antecedenter ad subsistentiam non intelligeret  
tur perfecte existens, sed indigens aliquo existenti pro posteriori,  
si, à quo dependeret, vt à complemento perfecti iuo in linea existe  
di. Sed hæc indigentia, & dependētia minime datur; aut satis per  
ceptibilis est. Ergo hæc terminatio non sufficit ad sustentationē.  
Maior est tota aduersariorum doctrina. Minor probatur. Prefig  
no antecedenti ad subsistentiam intelligitur natura omnino ter  
minans actionem suæ causæ, quin per aduentum subsistentiæ, vel  
novam terminet actionem, vel melius, aut perfectius terminet ac  
tionem, quam terminat antecedēter. Sed perfecte existere, est per  
fecte terminare actionem suæ causæ. Ergo natura pro signo ante  
cedenti ad subsistentiam intelligitur ad eum perfecte existens, ac in  
signo subsistentiæ. Verum de hoc plura, tum in metaphisica, tum  
tract. de Incarnatione.

95 Dico secundo. Erit si admitteremus provenire  
formaliter à subsistentia perfectitatem prædictam in existendo; ad  
ascendendum essentiam divinam antecedenter ad Relationes. exis  
tere *per se* hoc perfectitatis genere, opus non esset absolute conce  
dere dari in Deo subsistentiam communem; sed tantum cum ad  
dito limitante; nempe subsistentiam *in adequatam*, siue *in comple  
tam*. Probatur. *Subsistentia* ex conceptu suo habet præstare perfec  
tatem, & in communicabilitatem. Ergo ea forma, seu quali foe  
ma, quæ vnum ex his effectibus duatæ præstaret, non ad quæ  
tē, sed inadequate solum subsistentiæ conceptum perciperet.

96 Dico tertio & sic nostra præcipua conclusio. Non dat  
tur in Deo subsistentia communis distincta virtualiter à subsisten  
tiis relationis. Probatur 1. Nam apud Concilia, & PP. non solum  
verum est, & affirmandum, dari in Deo triplicem subsistentiam,  
sed absolute negatur vna subsistentia communis. Ergo subsisten  
tia cōnans nō datur. Cōsequētis est bonū. Antecedēs probatur.

97 Primo. Nam in sexta Synodo a. II. Sophronius  
Patriarcha constantinopol. episc. profess. fidei colum. 3. ( recipi  
tur autem ab eadē Synodo act. 13. ) ait. *Neque secundum quod Tri  
nitas vnus Deus agnoscitur, & subsistentiæ tres, & tres Personæ  
Pater, Filius & Spiritus sanctus dicitur contractus, vel compo  
situs, vel confusus. & in vnâ se ipsum colligens subsistentiâ in vnâ  
quæ continens non numerabilem personam. Sabellianorum ista est præ  
vitiā in vnâ subsistentiâ tres confundere subsistentias. & in vnâ  
Personam eisdem tres conspergens Personas. Et post pauca subiun  
git. *Vtrumque est impiam, tam singularitas circā subsistentiam, quā**

*Trinitas in naturis.* Ecce quomodo Sophronius eum Concilij approbatione eadem censura damnat, cum vnam personam, tam vnam subsistentiam.

98 Consonat Ambrosius in Symbolum Apost. cap. 22 prope finem per hæc verba. *Sabellius docuit vnam subsistentiam esse se Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, vnamque trinominè Personam; sed, dū omnes vnam esse Personam reputat, nihil esse vnam, quamque designat ex quibus verbis aperte colligitur iuxta Ambrosium idem esse inconueniens vnam subsistentiam, ac vnam Personam in Deo concedere;*

99 Hilarius lib. de Synodis multo propius ad medium quam ad finem post 27. canon. Synodi Syrmicæ, hæc habet loquens, de Deo. *Non vnum subsistentem sed vnam substantiam non differentem.* Ergo negat esse vnam subsistentiam eo sensu, quo affirmat esse vnam substantiam.

100 Cyrillus Alexandrinus lib. 1. Thesauri de Trinitate cap. 9. non solum negat vnam subsistentiam, & vnum subsistens per hos terminos; verum etiam stilo scholastico id ipsum magis declarat, dum ita arguit. *Si voluntas Dei subsistentia sit, & per se subsistat, quomodo Filius vnigenitus erit, cum sit tertius à Patre? Præcedit enim eum talis voluntas secundum vos. Quod si non subsistere in se voluntatem huiusmodi putatis, indocte nimirum in duarum hyposthasum similitudinem queritis, sed hyposthasum non hyposthasi conferre studetis.* In quo discursu supponitur subsistere, nulli conuenire, nisi hyposthasi: & consequenter quod si voluntas per se subsisteret, hyposthasis esset, dareturque duplex hyposthasis ante Filium, scilicet hyposthasis voluntatis, & hyposthasis Patris; quo fieret Filium esse tertium à Patre.

101 Probatur secundo eadem conclusio etiam ab auctoritate. Nomen latinum *subsistentia* idem significat apud Concilia & PP. ac nomen Græcum *Hyposthasis*. At *Hyposthasis*, licet prius pro *essa*, siue pro *substantia* acciperetur, iam postrectam à Patribus hanc significationem, solum pro supposito vsurpatur, & *Hyposthasis rationalis* pro *Persona*. Ergo per hoc nomen *subsistentia rationalis* solum significatur *Persona*, siue *Personalitas*. Ergo non significatur Natura diuina antecedens ad supposita. Consequentia est bona, & minor certa.

102 Maior probatur ex Martino V. in Concilio Lateranensi consultat. 5. canon. 1. ubi ex professo definit Deum esse vnitatem in Trinitate; & hoc explicans discrete ait esse vnum Deum.

Deum tribus subsistentijs. Constat etiam ex Athanasio, qui sermo in Euangelium de Sanctissima Deipara inter principium, & medium, ait. *Hyposthasis sua interpretatione designat id, quod subsistit: necnon ex Ioanno. Maxentio, qui in I. professione fidei propius ad principium quam ad medium docet: apud Synodum, videlicet Chalcedonensem id ipsum esse subsistentiam, quod, & Personam: & etiam ex Iustitiano Imperatore in edicto fidei ad Pontificem Ioan. 2. multo propius ad medium, quam ad principium: ubi attulit omnes Sanctos Patres consonanter docuisse. Subsistentiam siue Personam significare hoc quod est spectabile. Idemque tradunt Damascenus, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, & Boetius, quorum verba refert voster Ruiz de Montoya disp. 34. sect. 3. Denique Sanctus Thomas in 1. p. quæst. 29. art. 2. in solutione ad 1. ait. Ad secundum dicendum: quod sicut nos dicimus in diuinis tres Personas, & tres subsistentias, ita Græci dicunt tres Hyposthasis. Ergo iuxta D. Thomam Hyposthasis Græcè, & subsistentia latine idem omnino significant.*

103 His, & alijs Patrum testimonijs respondet Illustrissimus Godoy disp. 84. § 3. hoc nomen *subsistentia* duplicem habere acceptionem apud Patres latinos, qua significat existentiam per se perfectam excludente dependentiam à sustentante: & aliam (quæ statè preesse magis communem) qua accipitur pro existente in communicabiliter alteri supposito. P. P. ergo in verbis allegatis (inquit hic author) loquuntur iuxta hanc secundam acceptionem magis usitatam: iuxta quam idem est latine *subsistentia* ac Græcè *Hyposthasis*. Ceterum hoc non tollit, quod iuxta aliam acceptionem, quæ licet minus communis, usitata tamen est, non idem sit latine *subsistentia*, ac Græcè *Hyposthasis*: iuxta quam solum acceptionem asseritur dari subsistentiam communem, quatenus nimirum Natura diuina se sola habet existere per se perfecte excludente dependentiam à sustentante.

104 Sed contra. Hoc nomen *subsistentia* proprie loquendo, & iuxta acceptionem Conciliorum, & Patrum, solum significat *Hyposthasim*, & aliquid, quod non sit commune. Ergo proprie, & à vultu potest usurpari pro aliquo communi.

105 Antecedens huius discursus probabitur, si prius supponamus, quod videtur à nemine posse negari: videlicet, Concilia, & Patres, tunc potissimum credendos esse seligere diligenti studio verba propria, & impropria verba euitare, dum tradunt fidei

fidei regulam, præsertim in explicando Trinitatis mysterio, propter summam illius profunditatem, ac necessitatem occasionem errorum prætauendi. Hæc autem regula loquutionis exacta, & propria, impropria, & abusuam euitanda, tunc maxime obseruari existimanda est, quando plurimi auctores diuerso loco, & tempore explicantes Trinitatis mysterium, in eundem loquendi modum conspirant. Hoc supposito.

106

Sic conficitur argumentum. Concilia, & PP. dum contendunt ex professo explicare Trinitatis mysterium, & declarare, quam exactissimè possint, quo modo, vel sub qua ratione seu formalitate Deus sit Trinus, & vnus; differtè aiunt Deum esse vnum secundum Naturam, & substantiam, & consequenter secundum omnipotentiam, Bonitatem, & reliqua attributa esse tamen Trinum, quantum ad tres subsistentias realiter distinctas. Et quoties de subsistentijs loquuntur, dicunt esse tres distinctas in ratione subsistentiarum. Ergo iuxta PP. dum exactè loquuntur, non datur vna subsistentia tribus Personis communis, sed dantur solum tres subsistentia reuera realiter distinctæ inter se. Consequentia est bona, & antecedens constat, tū ex omnibus locis modo adductis ad probandū Hypothesim, & subsistentiam idem penitus esse apud Concilia, & Ecclesiæ PP. tum etiam ex omnibus autoritatibus allegatis secū. proximè antecedenti, in quibus Concilia, & PP. mysterium Trinitatis explicantes, sine vlla præmissa explicatione specialis acceptionis vocum, & terminorum, absolutè, & sine restrictione asserunt Deum esse vnum in substantia, & Natura, & Trinum in Relationibus, & subsistentijs; imò negant esse vnam subsistentiam eadem ratione, ac negant esse vnam Personam. Ergo quia hæc vox *subsistentia* absolute, & sine restrictione prolata, solum significat Hypothesim, non vero aliquid commune.

107

Confirmatur I. Quia, si hæc vox *subsistentia* iuxta propriam acceptionem significaret, tum *Hypothesim*, tum aliquam aliam rationem communem. PP. dum absolutè pronuntiant non esse in Deo vnam subsistentiam, nec non Deum esse vnum in natura, & Trinum in subsistentijs, quin distinguere acceptionem, iuxta quam subsistentiam vsurpabant: & oberrissimè procederent, & erroris grauissimi præberent occasionem: cum non satis declararent quo sensu vnitatem subsistentiæ insciabantur, & multipliciter accipiebant. Ne ergo Patribus, & Con-

cilijs hanc scēdissimam iuramus notam, dicendum est nomen  
*subsistentia* solum *Hyposthasim* proprie significare.

108. Confirmatur 2. quia, vt rectē notant Vazquez, &  
 Ruiz de Montoya, Concilia, & PP. nunquam vsi sunt hoc termi-  
 no *subsistentia* (licet vtantur verbo *subsistere*) pro *Natura*, aut *es-*  
*sentia*. Ergo cum semper vtantur eo termino pro *Hyposthasi*, *Hyp-*  
*osthasim* proprie significabit; non verō significabit proprie ali-  
 quid commune. Authoritates verō, quę ab adversarijs adducuntur  
 ad probandum hoc nomen *subsistentia* etiam accipi à Conci-  
 llijs, & Patribus pro essentia infra opportunius explicabimus.

109. Probatur tertio nostra conclusio ratione à priori.  
 Hoc nomen *subsistentia* solum significat illud complementum na-  
 turę, quo redditur vltimo terminata, & in communicabilis al-  
 teri. Sed hic conceptus pugnat cum *subsistentia* communi, vt est  
 evidens. Ergo in Deo non datur *subsistentia* communis. Ma-  
 ior, in qua est difficultas, probatur. Primo, quia, vt supra dice-  
 bamus, adhuc in humanis, v.g. in Petro, natura non habet forma-  
 liter à *subsistentia* perfectam excludentem dependentiam ab  
 alio tanquam à sustentante. Sed, ablato à *subsistentia* hoc con-  
 ceptu, solum illi restat reddere in communicabilem naturam, &  
 vltimo terminatam. Ergo in hoc conceptu ratio *subsistentiæ* con-  
 sistit.

110. Secundo, quia, etiam si natura creata haberet for-  
 maliter à *subsistentia* hanc Perfectam: cum in hoc solum conce-  
 ptu non consisteret ratio *subsistentiæ*, ad summum inferretur esse  
*subsistentiam* secundum quid, & incompletam, non vero absolū-  
 te, & simpliciter esse *subsistentiam*: imò ex hac ipsa completio-  
 ne in ratione *subsistentiæ* inferretur noua implicatio. Nam, si na-  
 tura diuina esset *subsistentia* partialis, esset etiam Relatio *subs-*  
*istentia* partialis, ex quibus duabus *subsistentiis* partialibus tota  
*subsistentia* resultaret. At hoc implicat. Ergo, & illud ex quo  
 inferitur. Minor subsumpta probatur. *Subsistentia* partialis non  
 terminat aliam *subsistentiam*, sed simul cum illa alia cōstituit *sub-*  
*sistentiam* completam terminantem naturam adæquate. At  
 Relatio Paternitatis terminat naturam diuinam. Ergo Relatio  
 Paternitatis non est *subsistentia* in completa, quę cum essentia  
 completam *subsistentiam* constituat.

111. Probatur 4. ratione à posteriori. Si daretur præ-  
 ter *subsistentias* Relatiuas alia *subsistentia* communis tribus Per-  
 sonis, darentur quatuor Personę; tres realiter distinctę inter se.

& alia ab illis tribus virtualiter distincta. At hoc nequit concedi. Ergo neque dari subsistentiam communem. Consequentia est bona, & minor à Theologis indubitata. Nam, licet Caietanus 3. p. quæst. 2. art. 2. sine, & Carthusius in 1. distinct. 26. quæst. 7. prope finem, videantur concedere in Deo, unam Personam absolutam in completam communem tribus suppositis relatiuis, quam vocant *semipersonam*, hoc fere ab omnibus reijcitur. Cæterum admittere in Deo quartam Personam à tribus vel virtualiter inædequatè distinctam, quæ simpliciter, & absolute loquendo sit Persona; nemo Catholicorum vsquam fuit ausus.

112. Iam vero hoc inferri ex subsistentia absoluta. Probatur. Si daretur subsistentia absoluta, darentur quatuor Personalitates. Ergo, & quatuor Personæ. Antecedens probatur. Personalitas nihil aliud est, quam subsistentia naturæ rationalis. Sed hæc subsistentia absoluta esset etiam subsistentia naturæ rationalis. Ergo, & Personalitas. Ergo præter Personalitates relatiuas daretur alia Personalitas absoluta: cõsequenterque quatuor Personalitates, quatuorque Personæ darentur in diuinis.

113. Respondent: personam in suo conceptu dicere ultimo terminari. Cum autem Essentia, licet se ipsa subsistens sit; non tamen se ipsa sit ultimo terminata, siquidem ulterius terminabilis est subsistentijs relatiuis: hinc est Essentiam se ipsa subsistere, non autem se ipsa personari.

114. Sed contra. Primo: quia Personalitas non distinguitur à subsistentia ex maiori, vel minori in communicabilitate præstanda; sed præcisse ex eo quod Personalitas dicat supra rationem communem subsistentiæ, esse complementum naturæ rationalis. Ergo eo ipso quod admittatur subsistentia communis naturæ rationalis diuinæ, debet admitti Personalitas diuina communis. Antecedens probatur ex communi modo loquendi Patrum: qui quidem, dum loquuntur de natura rationali, hæc tria *Hypothasis*, *Subsistentia*, & *Persona* inter se confundunt, & pro eodem omnino reputant. Ita fere omnes, quos supra retulimus, *subsistentiam*, & *Hypothasim* confundentes. Inter quos clarissimè Maxentius, Hieronymus, & Damasenus. Quibus adde Theodoretum in Breuiario liberati in cap. vltimo additionum, quod incipit *quid est natura*. Vbi hæc habet. *Subsistentia*, & *Persona* in nullo (attende vniuersalitatem) *significatorum differunt, nisi nomine. Subsistentia enim Persona est. Sed natura quidem, & substantia, generale quoddam subsistentia vero, atque Persona, quoddam proprium significat.*



114 Secundo. Quia, iuxta aduersarios. *Hic Deus dicitur natura naturam se ipsa subsistentem præscindendo ab alijs subsistentijs relatiuis. Et ideo dicunt verificari de qualibet Persona seorsim quod sit hic Deus; quia est hæc Essentia se ipsa subsistens. Ergo Essentia se sola præscindendo à quolibet alio est hic Deus. Ergo & hoc indiuiduum rationale diuinum. Ergo & hæc Persona: siquidem indiuiduum rationale Persona est, sub nomineque Personæ nihil aliud quam indiuiduum rationale intelligimus.*

## SECT. VII.

*Soluuntur obiectiones ab authoritate.*

115 **O**B. verba Agathonis Papæ in quadam epistola, vbi hæc habet. *Confitemur Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, non tres Deos, sed vnum Deum: non trium nominum subsistentiam, sed trium subsistentiarum seu Personarum vnã subsistentiam.* Ergo iuxta hunc Pontificem, & dantur tres subsistentiæ relatiuæ, & datur vna subsistentia communis. Quæ quidem verba sunt non solum Agathonis Papæ, sed etiam Romanæ Synodi instruētis legatos missos ad sextam Synodum Generalem, in cuius actione 4. extat præsens epistola, & recipitur postea ab eadem sexta Synodo act. 11. & actione 17.

116 Sed respondetur non esse legendum in vltimis verbis. *Vnã subsistentiam, sed vnã substantiam.* vt rectè annotauit Iouerius in summa Conciliorum, & ita legunt correctiora exemplaria latina, vt videre est in exactissima editione facta sub Xisto V. tom. 3. Conciliorum pag. 259. & etiam in codicibus impressis Coloniz Agripinæ anno 1606. pag. 21. tom. 3. Respondet Illustrissimus Gadoy posse vtramque lectionem admitti, quia sibi nõ opponuntur. Sed præterquamquod sufficit diuersitas lectionum, vt non sit efficax argumentum, quod nobis opponitur, si atente consideretur huius epistolæ totus contextus, & conferatur eũ alia eiusdẽ Agathonis, quæ etiã refertur in eadẽ actione 4. per spicue videbitur nõ posse legi in verbis nobis obiectis subsistentiã: quia

quia mens Pontificis est omnino aliena à subsistentia communi.

117 Ob. 2. Basilins homil. 27. de Spiritu Sancto prope finem iuxta nonnulla exemplaria ait. *Spiritus eorum Deo promanans eiusdem cum illo subsistentia.* Verum cum, ut iam olim adnotauere nonnulli eruditissimi viri, ea non sit homilia specialis, sed vltimum caput lib. 5. contra Eunomium, legenda sunt hæc verba, qua ratione in libro contra Eunomium leguntur. In libro autem contra Eunomium non leguntur ea verba ut nobis obijciuntur; sed hac longe diuersa ratione. *Verum ipse* (loquitur de Spiritu Sancto) *à Deo manans subsistit.*

118 Ob. 3. D. Iovs Augustinus loco supra citato, ubi hæc habet. *Sicut ab eo, quod est esse, appellatur essentia, ita ab eo, quod est subsistere subsistentiam dicimus: absurdum autem est ut substantia relatiue dicatur: omnis enim res a se ipsam subsistit, quanto magis Deus.* Ergo iuxta Augustinum datur subsistentia absoluta, quæ non sit relatiua, nempe, quæ sit ad se, & non ad aliud. Vrgetur ex D. Hieronymo Epistol. ad Damasum 57. quæ incipit. *Quoniam vetusto: ubi ait. Taceantur tres hypostases, si placet, & vnate- neatur.* Cum ergo Hypostasis apud nos idem sit, ac subsistentia, dum Hieronymus vnâ hyposthasim teneri vult, vnâ quoque subsistentiam contendit debere concedi.

119 Pater Vazquez in 1. p. disp. iam citata 125. cap. 5. numer. 16. ait, quod *Augustinus, & Hieronymus non satis intellexerunt significationem nominis Hypostasis, quæ postea communi consensu etiam in Ecclesia latina recepta fuit, & antea in Græca iam satis fræquens apud PP. fuerat.* Ex quo natum est Augustinum, & Hieronymum vnâ subsistentiam communem concessisse: quia cum *subsistentia* idem sit ac *Hypostasis*, & apud ipsos *Hypostasis* non pro Personalitate, sed pro substantia accipiebatur, quemadmodum non tres substantias, sed vnâ in Trinitate agnoscebant, ita nec tres subsistentias, sed vnâ duntaxat existimabant.

120 Illustrissimus Godoy pietate erga Patres, & indignatione aduersus Vazquez commotus, eum audaciæ insimulat per hæc verba, *Dicere autem Hieronymum, & Augustinum non satis intellexisse significationem, audacia est. Nisquæ melius cum his Patribus ignorare, quam cum Vazquo sapere arbitramur.* An religione erga Sanctos Patres: an liuore in Patre Vazquez hæc verba scripta sint, non obscure innotescet, si eorum

dem Sanctorum verba referamus, quibus id ipsum, quod Vazquez ingenua veritate testatur, apertissime continetur.

121 Asserit Vazquez Augustinum, & Hieronymum significationem huius nominis *Hypostasis* non satis intellexisse. Et hoc, si catholicè, loquamur, omnes fateri debemus. Nam hoc nomen *Hypostasis*, licet iuxta suam primariam significationem nomini latino *substantia* correspondeat, & pro *substantia* aliqui ex antiquioribus Patribus acceperint, iam ex communi Patrum, & totius Ecclesiæ acceptione, pro supposito, & Persona accipitur, & pro *substantia* repudiatur. Quam ob rem pleno ore, & esse in Deo tres *Hypostases* fatemur, & esse unam *Hypostasim* communem constantissimè concedere recusamus. Hanc ergo significationem non admittere, erit huius nominis *Hypostasis* significationem ignorare.

122 Audiamus modo Hieronymum, & Augustinum quid sentiant de significatione *Hypostasis* Hieronymus loco supra citato scilicet epistol. ad Damas. 57. quæ incipit. *Quoniam vetusto hæc habet. Taceantur tres Hypostases, si placet, & una beneatur nomen hoc (attende) non bona suspitionis est: & paulo post: mihi credite venenum sub melle lateat transfiguratur se Angelus Satane in Angelum lucis.* Existimabat ergo Hieronymus nomen Græcum *Hypostasim* semper idem omnino significare, ac nomen latinum *substantia*. Ergo non plene noverat Hieronymus eam significationem huius nominis *Hypostasis*, vi cuius possumus, quin in verborum melle venenum hæresis lateat, & quia Angelus Satane in Angelum lucis se transfiguret, absolutè concedere in Deo tres *Hypostases*. Denique Hieronymum non attendisse ad significationem *Hypostasis* ab Ecclesia receptam, sed solum in *Hypostasi* antiquiorem significationem pure secularem reperisse, constat ex verbis proxime sequentibus. *Totum secularium literarium sibi, lanihil aliud Hypostasim nisi usiam nouit (quæ vox idem significat Græce, ac latine essentia, siue substantia) & quis ergo ore sacrilego tres substantias predicabit.*

123 Augustin. consentit Hieronymo libr. 5. de Trinitat. cap. 8. ubi sic ait. *Essentiam dico, quæ usiam Græce dicitur, quam usiatius substantiam vocamus dicunt quidem, & illi (scilicet Græci) Hypostasim. Sed ne scio quid volunt interesse inter usiam, & Hypostasim.* Ecce ipse Augustinus fatetur se non discernere quid intersit inter has duas voces *usiam*, & *Hypostasim*.

Et cum certissimum sit diversum significatum habere. Ergo hæc diversitas non dum perfectè explorata erat. Dicit Augustinus. Hoc idem asseruit Vazquez. Non ergo Vazqui verba ex temeritate, aut audacia profecta sunt, sed ex ipsi Augustini, & Hieronymi verbis iam relatis: imò, si dicamus Augustinum, & Hieronymum significationem *Hypothese*, penitus agnovisse, necessario etiam dicemus tres Hypotheses in Trinitate negasse, sensu, quo ab Ecclesia Catholica conceduntur. Dum ergo Catholica Ecclesia tres hypothèses in Trinitate concedat, Augustinus, vero, & Hieronymus non admittant, melius eorum reverentiæ consulitur, dum significationem *Hypothese* non penitus intellexisse sincera veritate asseratur, quam scienter, & consulto modum loquendi catholicum deseruisse pronuntiemus. Satis ergo in tempestivè Illustrissimus Godoy pietatem, & religionem obtendens, nostrum doctissimum Vazquium, ut ultra modum audentem fugillet.

124

Igitur, ut constat ex citatis verbis, dicitur, dicitur Augustinum, & Hieronymum non loquutos fuisse de *substantia* in sensu, quo præsens examinatur quæstio: quia sub nomine *substantia*, idem, quod sub nomine *substantia* intellexerunt, ut constat ex eorum verbis: & ulterius confirmatur ex Augustino, qui in verbis nobis obiectis non solum affirmat *subsistere* esse ad se, verum absolutè negat *subsistere* dici relativè: quod non aliter potest intelligi iuxta contextum, nisi quia Augustinus sub nomine *substantia* substantiam intellexerit, ut patet ex eius verbis. Sicut enim ab eo, quod est esse, appellatur *essentia*, ita ab eo, quod est *subsistere* substantiam dicimus: absurdum autem est, ut *substantia* relativè dicatur: omnis enim res ad se ipsam *subsistit*. Ecce quomodo substantiam, & substantiam inter se confundit.

125

Ob. 3. ex Patre Suarez. Hoc nomen *substantia* non solum significat *hypothese* ex acceptione Patrum, verum etiam hoc, quod est *perseverare*, licet hæc *perseverantia* non sit *Hypothese*. Ergo hæc vox *substantia* iuxta proprietatem sermonis potest accipi pro *perseverantia*, quæ *Hypothese* non sit. Antecedens probatur ex Boetio, qui lib. de duabus naturis quatuor distinguit vocabula Græca *essentia*, *substantia*, *Hypothese*, & *Personam*, quibus ait respondere quatuor latina, *essentia*, *substantia*, *Hypothese*, & *Persona*. Distinguit ergo in rigore sermonis *substantiam*, tum ab *essentia*, tum ab *Hypothese*. Unde intra subdit hominem *subsistere*, licet *Hypothese* non sit.

126

Respondeo Boetium in explicacione significationis harum vocum *subsistentia*, *substantia*, & *Hyposthasis* parum constanter processissemam aliquando Hyposthasim explicat per substantiam, aliquando loco substantiæ ponit subsistentiam, quo videtur *subsistentiam*, & *subsistentiam* non omnino distinguere: & etiam alibi subsistentiam à substantia discernit, quoniam firmum ex Boetio colligere possumus. Constat hoc ex eius verbis. Nam citato libro de duabus naturis paulo propius ad medium, quam ad principium, ait *Peritior Gracia sermonum Hyposthasim vocat individua subsistentiam*, & intra *Persona est rationalis natura individua subsistentia*: cum paulo superius dixisset *individua substantia*: quo videtur substantiam, & subsistentiam confundere. Et nihilominus notat in eodem libro *subtilius intuenti non videri idem subsistentiam, & substantiam*. Et denique *Hyposthasim* aliquando accipit, præcisse pro existente per se, non indigente alio: nam in eodem libro propius ad medium, quam ad principium, hæc habet loquens de Deo. *Est Hyposthasis, id est subsistentia: subsistit enim nullo indigens. Unde dicimus unam esse usam, vel usiosim, id est essentiam, vel subsistentiam*. Vide quomodo ex Perfectitate in existendo in discriminatam essentia, vel subsistentia intulic unitatem.

127

Ob. 4. Hylarius 7. de Trinitat. in fide loquens de Patre, & Filio, quorum vnus dicitur esse in alio, ita scribit. *Non est corporalium rerum ista conditio; ut insint sibi invicem, ut subsistentia natura habeant perfectam unitatem*. Ergo cognoscit Hilarius subsistentiam naturæ. Respondeo cum Vazquez: Hilarij verba non exactè, sed male, & mendose citari: non enim dicit Hilarius: *ut subsistentia natura habeant perfectam unitatem, sed ut subsistentis natura habeant perfectam unitatem*: quod quidem non indicat vnam subsistentiam, sed vnam naturam subsistentem, licet non ab vna, sed à pluribus subsistentijs, subsistens redatur.

128

Obijciunt 5. plura testimonia aliorum Patrum & præcipue D. Thomæ, quibus dicitur essentia diuina se sola subsistere, & antequam quid piam relatiuum intelligatur. Ergo aliqua subsistentia intelligitur ante subsistentias relatiuas.

Pro solutione, quæ omnibus his testimonijs adaptari possit, advertendū est sepe sapius, ita, iuxta acceptionem comunem, posse inter se comparari concretū, & abstractū, siue verbū, & nomē illi verbo cor-  
refe

respondens, ut non eadem vim habeant, sed diversimodè accipiantur. Hoc patet in *Esse*, & *Essentia*. Nam licet *Esse* ab *Essentia* dicatur, nihilominus iuxta plurimum Scholasticorum phrasim *Esse* significat existentiam; secus vero *Essentia*; item in divinis facile admittitur triplex esse relatiuum; nihilominus hoc nomen *Essentia* nunquam, vel fere nusquam relationibus adaptatur. Idem patet in his terminis *Substare*, & *Substantia*. Nam, licet *Substantia* à *substare* dicatur, neque omnis *Substantia* substare, ut patet in Deo, neque omne, quod substare, *Substantia* est, ut apparet in quãritate. Quia; cum significatio vocum ab acceptione dependeat, & possit acceptio aliter se habere circa nomen, ac circa Verbum illi nomini correspondens: hinc fit non semper eandem vim ad significandum habere.

119. Dico ergo hoc Verbum *subsistere* aliquando accipi præcisè pro *existere*, aliquando pro *existere per se*, sine dependentia ab alio, & aliquando pro *existere cum incommunicabilitate*. At vero hoc nomen *subsistentia* nunquam accipitur, nisi pro incommunicabilitate, & pro ratione constituyente suppositum. Quã obrem ex eo, quod PP. admittant *Essentiam* Divinam antecederet ad relationes *subsistere*, non infertur posse admitti in Deo *subsistentiam* communem: quia hoc nomen *subsistentia*, apud Concilia, & Ecclesiæ Patres, solum pro *Hypostasi* accipitur, licet hic terminus *subsistere*, siue pro *existere*, ut sic, siue pro *existere independentè ab alio* accipiatur.

120. Quod *subsistere* pro *existere ut sic*, non raro usurpatur, constat ex Scriptura. Iob 3. *Sicut abortivum non subsistens*; & cap. 7. *Si manè me quaesieris, non subsistam*; & cap. 24. 33 & 41. eodem verbo in eadem vitur acceptione, & Psalm. 102. *Spiritus pertransibit in illo, & non subsistens*. Significat etiam hoc Verbum in Scriptura, quiescere, sistere, & alia id generis. In hoc ergo sensu loquuntur nonnulli ex Patribus, qui nobis obijciuntur. Alij vero, ut constat ex eorum verbis, accipiunt *subsistere*, pro *existere à se, & per se*, & omnino independentè ab alio. In hoc advertarijs consentio.

121. Nego nihilominus admitti debere nomen *subsistentia* pro perfectate, & independentia sufficiente, ut res *subsistere* dicatur: quia hoc nomen *subsistentia* nõ omnino equiparatur ad *subsistere*: quod non astante pro venit, quam ab usu Conciliorum, & Patrum semper *subsistentiam* pro *Hypostasi* usurpantium. Ideoque: concesso antecedenti de eo, quod *Essentia* Divina dicatur à

Patribus se ipsa *subsistere*, neganda est consequentia de eo, quod datur communis, & essentialis substantia, propter adhibitam disparitatem in acceptione terminorum.

132 Denique obijcitur S. Thom. in 1, distinct. 26. quæst. 1. art. 1. ad 4. ubi ait. *Quæ dicuntur per respectum ad esse prædicantur singulariter et substantia, & Essentia.* Ergo iam sub formaliter termino *subsistentia* intelligitur aliquid commune. Respondeo Sanct. Thomam in prædicto loco apertè fateri se non accipere substantiam ut accipitur à Patribus, sed pro substantia: propterque continuo subiungit temperamentum. *Quamvis nomen substantia apud usum Sanctorum sumatur pro Hypostasi.* Non ergo loquitur Angelus Doctor in prædictis verbis iuxta strictum modum, quo Sancti Patres loquuntur, sed in alio laxiori, nempe accipiendo substantiam pro substantia.

## SECT. VIII.

### *Argumenta à ratione petita dissolvuntur.*

133 **O**B. 1. Tres Personæ sunt unus Deus. Ergo hic Deus est cōnūnis tribus Personis. Sed *Hic Deus* est Deus subsistens. Ergo datur Deus subsistens communis tribus Personis, & consequenter substantia cōmunis. Prima consequentia probatur. Quia tres Personæ sunt una Deitas, ideo sunt hæc Deitas. Ergo si sunt unus Deus, sunt etiam *Hic Deus.*

134 Confirmatur. Priora sunt absoluta, quam relativa. Sed *Hic Deus* est quid absolutum, Ergo prius datur *Hic Deus*, quam existant relativa. Atqui *Hic Deus*, utpote Deus subsistens, involuit substantiam. Ergo datur in Deo aliqua substantia cōmunis, & absoluta constituens hunc Deum pro priori ad relativa. Ergo datur substantia absoluta communis.

135 In primis instatur argumentum. Nam: si Deus non diceret in suo cōceptu aliquid relativum, sed solum diceret Essentiam cum sua substantia absoluta, non esset vera hæc propositio *Deus generat.* Ac hæc propositio de fide est, sicuti de fide est Verbum Divinum esse Filium Patris. Ergo sub nomine *Deus*, nequit non intelligi aliquid relativum. Maior probatur. Si esset vera hæc propositio *Deus generat*, & per *ly Deus* non intelligeretur, nisi *Essentia*, *Essentia generaret.* At damnata est propositio hæc

*Essentia generat.* Ergo: si Deus non diceret in suo cōceptu aliquid relativum, & personale, sed solum diceret Essentiam per se subsistentem, non esset verum dicere *Deus generat.* Ergo absolutē concedendum est sub nomine *Deus*, non solum Essentiam per se subsistentem, verum aliquid personale intelligi debere.

136 Respondeo ergo, concreta substantialia substantiā va dicere in reāo vtramque partem, seu quasi partem, ex qua cōstant. Ita tamen, vt ea, quae expressē significatur, determinetur per signum determinatiuum, quod cōcreto fuerit appositū. Pars vero, seu quasi pars, quae non dicitur expressē, significetur vagē, quin determinetur, quantumvis detur aliquod signum determinatiuum.

137 Ex quo colligitur hunc terminum *Hic Deus* dicere substantiam, & naturam, & cum apud nos nulla alia sit substantia in Deo, nisi substantia relativa. Hic terminus *Hic Deus* dicit Essentiam, & Relationem: ita tamen vt ly *Hic*, quod est signum determinatiuum, determinet Deitatem; non vero substantiam, quā solum importat vagē. Et ideo *Hic Deus*, est *Hae Deitas*, & *haec vel illa substantia*. Est igitur *hic Deus* communis tribus Personis ea ratione, qua significatur per illū terminum. Comigitur per illū terminum significetur: *Hae Deitas*, & *haec vel illa substantia*; ideo Deitas determinatē sumpta erit realiter communis tribus Personis. At vero *haec vel illa substantia*, solum erit communis praedicabiliter, seu nostro modo concipiendi quatenus ratio substantia praescindit ab hac, & illa substantia. Ex quo etiam absolute infertur, quid *Hic Deus* non sit propriē, quid commune realiter adaequate tribus Personis; sed duntaxat secundum Deitatem. At vero secundum substantiam solum est quid cōmune praedicabiliter, & nostro modo concipiendi.

138 Hinc ad argumentum in forma: concesso primo antecedente: distinguo cōsequēs. Ergo *Hic Deus* est cōmunis tribus Personis: realiter ratione Deitatis, & praedicabiliter solum ratione substantia; concedo: realiter tam ratione substantia, quam ratione Deitatis: nego consequentiam. Deinde distinguo minorē subsumptam. Sed *Hic Deus* est Deus subsistens: significādo determinate substantiam: nego significādo vagē hanc, vel illam substantiam: concedo minorem, & distinguo consequens. Ergo datur Deus subsistens cōmunis tribus Personis: realiter cōmunis ratione Deitatis, & praedicabiliter cōmunis ratione substantia: concedo: cōmunis realiter, etiam ratione substantia: nego cōsequentiā.



139 Ad confirmationem: respondeo: admittendo maiorem, nempe priora esse absoluta, quam relativa, & distinguendo minorem. Sed *Hic Deus* est quid absolutum: secundum Deitatem: concedo, secundum substantiam, quæ quidem dicitur vage in illo concresco: nego minorem, & nego consequentiam.

140 Ob. 2. Deitas ex se prout virtualiter distincta ab omni relativo, est formaliter infinite perfecta. Ergo, ut sic distincta: imbibit formaliter substantiam. Ergo datur substantia absoluta distincta virtualiter à relativo. Antecedens videtur omnino certum, & secunda consequentia legitima est. Prima igitur consequentia probatur. Quod est omnino formaliter perfectum imbibit formaliter omnem perfectionem. Si Ergo Essentia Divina est infinite formaliter perfecta, imbibet formaliter, & non solum radicaliter, omnem perfectionem. Sed *subsistere* perfectio maxima, & principalissima est. Ergo Essentia Divina prout distincta virtualiter à Relationibus imbibit formalissimè *subsistere*. Ergo, & substantiam.

Confirmatur. *Subsistere* naturam est complementum naturæ. Sed non intelligitur natura simpliciter omnino perfecta, nisi intelligatur positivè completa. Ergo non intelligitur natura omnino perfecta, nisi intelligatur positivè subsistens. Si ergo Deitas prout distincta virtualiter à Relationibus est positivè infinite, & omnino formaliter perfecta: antecedenter ad Relationes intelligitur formaliter subsistens.

141 Respondeo naturam divinam esse ex se perfectissimam intensivè prout distinctam virtualiter à Relationibus. Certum perfectio intensiva non involvit formaliter substantiam. Satisficit enim quod involvat formaliter identitatem realem ad illam. Cum igitur natura divina, prout virtualiter distincta à Relationibus dicat identitatem realem, licet non virtualem, cum ipsis Relationibus: ideo dicit secundum se esse omnino perfectam intensivè, & formaliter, licet non extensivè. Ex quo fit, quod antequam intelligatur natura divina completa formaliter per substantiam, intelligi debeat summè perfecta formaliter intensivè: quia substantia naturæ, quæ identificatur cum ipsa natura solum realiter, & non virtualiter, non est perfectio intensiva naturæ prout sic distincta: sed solum perfectio extensiva.

142 Hinc ad argumentum in forma: distinguo primum antecedens. Deitas ex se, prout distincta virtualiter ab omni relativo, est formaliter infinite perfecta: intensivè, concedo: intensivè,

& extensivæ: nego antecedens, & nego primam & secundam consequentiam. Ad probationem: distinguo maiorem. Quod est omnino, & infinitè perfectum formaliter, imbibit omnem perfectionem: ea ratione, qua perfectum est: concedo: diversæ nego maiorem, & distinguo minorem. Subsistere est in Deo maxima perfectio: extensiva, concedo: intensiva, seu intensivè augens perfectionem Essentia, nego, & nego consequentiam.

143. Ad confirmationem: respondeo iuxta doctrinam eandem: concessa maiori, distinguo minorem. Non intelligitur natura omnino perfecta, nisi intelligatur completa: omnino perfecta extensivè: concedo: intensivè, subdistinguo: si natura ex se sit eadem realiter cum complemento, nego: si sit distincta, concedo consequentiam.

144. Ob. 3. Existencia absoluta est propria naturæ divinæ, & distincta virtualiter ab existentijs relativis. Ergo ut sic, est infinita in sua linea existendi, quin compleatur per existentiam relativam: quemadmodum omnipotentia, quia est infinita in se, formaliter ratione sui est completa in linea potentia. At subsistentia est complementum, & perfectio in linea existendi. Ergo existencia infinita naturæ divinæ habebit subsistentiam ratione sui, & non à Relationibus.

145. Respondeo, iuxta superius dicta: subsistentiam non esse perfectionem existendi formaliter secundum lineam existendi; sed esse perfectionem incommunicabilitatis: quia iuxta principia, quæ veriora iudico, & iam supra breviter attigi, qualibet res se ipsa formaliter est suum *existere*, ita ut implicet rem aliquam per aliquid à se distinctum existens constitui. Ex quo etiam infero quamlibet perfectionem cuiusque rei ea ratione, qua à illa distinguitur, implicare quod sit perfectio in esse existentis: quia totum *existere*, à se ipsa habet quamlibet res. Quemadmodum ergo nulla res potest perfici in ratione essendi, seu in suo esse formali, & constitutivo, ab aliquo à se distincto: ita neque in linea existendi. Quo cessat argumentum. Subsistentia ergo solum tribuit perfectionem incommunicabilitatis, minime vero perfectionem existendi.

146. Paulo aliter proponitur hoc argumentum ab alijs: in hunc videlicet modum. *Subsistere* est per se existere independenter ab alio, tanquam à sustentante, ut ei existencia exercite competat. At naturæ divinæ pro priori ad Relationes competit existencia exercite, & per se perfectiæe excludente dependentiam ab alio,

illo, tanquam à sustentante, ut, & nos etiam fatemur. Ergo pro illo priori est subsistens, nosque, dum prædictam perfectam in natura secundum se considerata concedimus, in re, & quoad significatam, subsistentiam communem fatemur, licet quoad verborum usum ab adversarijs dissentiamus.

147 Respondeo: negando maiorem: quia est. Etus formalis subsistentiæ non est independentia a &ualis ab alio, tanquam à sustentante. Sed incommunicabilitas modo iam explicato. Ex quo fit nos cum adversarijs in re convenire quoad prædicata Essentiæ diuinæ; dissentire tamen in re, quoad conceptum subsistentiæ, & etiam quoad prædicata naturæ creatæ: nam iudicamus quamlibet rem, v. g. naturam humanam Petri, se ipsa formaliter, & non à subsistentia realiter distincta, habere quod sit indepēdens ab alio, tanquam à sustentante.

148 Obi. 4. & ultimo. Subsistere, ut quod est prius quam operari. At natura diuina pro priori ad Relationes est intelligens, & volens, ut quod, ergo pro priori ad illas est subsistens. Minor est certa; & consequentia bona. Maior probatur: tum quia operationes sunt subsistentiam: tum, quia subsistentia à natura dimanat, vel nature conuenit prius, quam operatio. Ergo prius est subsistere, quam operari.

149 Respondeo: negando maiorem vniuersaliter sumptam. Ad primam probationem, respondeo: eo sensu operationes esse subsistentium, quo dicitur communiter *operationes sunt suppositorum*: id vulgare Theologorum axioma non *subsistentiū*, sed *suppositorum* a &iones esse pronuntiat. Agitur ut a &iones sint suppositorum, non opus est quod suppositalitas, siue Hyposthasis ad operationes precedat, sed sufficit quod natura, cuius sunt formaliter tales a &iones, terminetur ea Hyposthasi: nam cum hoc saluetur quod totum suppositum sit operans, ut quod, ut patet in Patre, Filio, & Spiritu Sancto, qui omnes dicuntur intelligentes, & volentes, cum tamen Personalitates non intelligantur pro priori ad intellectionem, & volitionem. Eadem ergo ratione a &iones sunt *subsistentium*: non quia subsistentia precedat ad a &iones, sed propterea quia natura, à qua a &iones proueniunt, subsistentia terminatur, etiam si pro posteriori signo ad a &iones prædicta subsistentia terminetur. Ad secundam probationem: nego etiā antecedens, quoniam falsum est, vniuersaliter loquendo, subsistentiam dimanare ab Essentia antecedenter natura ad omnem operationem.

## QVÆST. VII.

## De Relationibus diuinis.

**I**N Trinitate non modo verum est Patrem producere Filium; Patremque, & Filium producere Spiritum Sanctum: verum etiam Patrem referri ad Filium, & vicissim. Similiterque Patrem, & Filium referri ad Spiritum Sanctum, & converso Spiritum Sanctum ad suum principium spiratum referri. Quamobrem quid sub nomine *Respectus*, aut *Relationis*, intelligatur in Trinitate, examinandum est in præsentibus, & nonnullis quæstiones sine multo dissidio dirimenda.

## SECT. I.

*Explicatur natura diuinarum Relationum.*

**D**ARI in Trinitate Relationes reales, & veras supponendæ est tanquam certum de fide: constat enim ex Concilio Toletano II. ita asserente *Pater ad Filium, & Filius ad Patrem, & Spiritus Sanctus ad utrumque refertur*: quam etiã doctrinam tradit Concilium Florentinum scilicet 18. & 19. Vbi Persona Diuina dicuntur esse *ad aliquid*: quam veritatem adeo certo constare ex fide iudico, vt authoritates P. P. August. Anselm. Boetij, & aliorum, ne dum reliquorum Scholasticorum referre, duxerim supervacaneum.

2. Nihilominus Caietanus, & Capreolus, & si relationes reales in diuinis Catholicè defendâr, & asserant habere realitatẽ secundum esse *In*. Negant tamen illis realitatẽ secundum esse *Ad*. Quam sententiam sic cum Recentioribus intelligo, nimirum, sentit Caietanus relationes prout distinctas ab Essentia nullam habere realitatẽ, sed realitatẽ (veluti in plurium sententia perfectionem) ab Essentia illis formaliter provenire: quapropter nullam aliam realitatẽ habent in hac sententia, quam realitatẽ Essentis, in qua reperiuntur, & ideo secundum esse *In*, sunt aliquid reale: quia sunt realiter in Essentia per identitatẽ, non tamen secundum esse *Ad*, sunt aliquid reale: quia secundum esse *Ad*, præsciunt ab Essentia, & consequenter, à realitatẽ,

3 Hæc sententia breuiter impugnatur. Paternitas v̄. g. prout distincta virtualiter ab essentia, est vera Paternitas, verè que constituit Patrem distinctum realiter à Filio, & idem dico de Filiatione, & Spiratione. Sed ratio essendi realiter, & distincti guendi realiter, est realis, & vera. Ergo Paternitas, prout distincta virtualiter ab Essentia, est vera, & realis entitas. Consequentiã est bona, & minor certa. Quod enim in se non habet esse reale, nullum munus reale formaliter potest præstare. Maior autem facile probatur. Pater in esse Patris, & in esse distincti à Filio non constituitur vltimò per Essentiam, quæ eadem reperitur in Filio. Ergo per Paternitatem. Nihil aliud enim restat, per quod possit constitui. Hic discursus, quem modo leuiter libauimus, infra magis declarabitur, dum probemus in Deo esse tres existencias, & tres perfectiones relativas.

4 Difficultas est. An hæc relationes, quæ in diuinis reperiuntur, sint transcendentales, vel prædicamentales? Pro cuius dubij decisione prius explicanda breuiter est distinctio inter relationem prædicamentalem, & transcendentalem, vt possimus in diuinis genus relationis accuratius investigare.

5 Duplex potissima est sententia in Philosophia; alia asserens dari relationem prædicamentalem v.g. similitudinis parietis A. ad parietem B. distinctã realiter ab vtroque pariete: cuius nullum aliud est munus, quam vnum ad alterum referre. Alia sententia mihi verior non admittit veram relationem prædicamentalem; sed asserit coniunctum vtriusque parietis alibi vocari relationem, quatenus concipitur ad modum respectus: re enim vera vnus paries ad alterum non refertur: imò neque Pater, transacta actione generatiua, refertur ad Filium realiter; sed tantum nostro modo concipiendi. Relatio transcendentalis est, quæ datur ratione alicuius muneris realis exercitij inter fundamentum, & terminum: siue est connexio vnus cum alio: ideoque identificatur ad æquatè cum fundamento relato. Hac ratione refertur vnio ad extrinsecum, actio ad terminum, & alia id generis.

6 Iuxta hanc explicationem. Dico: Relationes diuinæ esse relationes transcendentales; non autem prædicamentales. Probatur ex dictis. Relationes diuinæ exercent munus aliquod reale, & verum: quando quidem Pater per Paternitatem producit Filium, & Filius per Filiationem producitur a Patre. Pater, & Filius per spirationem actiuam producant Spiritum Sãdum, & Spiritus Sãctus per spirationem passiuam producitur à

Patre, & Filio. Deinde qualibet ex his relationibus identificatur cum fundamento relato, estque connexio physica cum termino. Ergo est relatio transcendentalis; non autem prædicamentalis.

## SECT. II.

## Quot sint in Deo Relationes?

7 **S**icut nostra conclusio. Dantur in Deo quatuor Relationes reales, nempe *Paternitas*, *Filiatio*, *Spiratio activa*, & *Spiratio passiva*. Ex his *Paternitas*, *Filiatio* & *Spiratio passiva* inter se realiter distinguuntur; *Spiratio vero activa* cum *Paternitate*, & *Filiatione* identificatur realiter, secus virtualiter. Ab *Spiratione vero passiva* realiter distinguitur. Probatur hæc conclusio per partes. Et in primis, quod dentur tres relationes realiter distinctæ, videlicet *Paternitas*, *Filiatio* & *Spiratio passiva* seu *Relatio Spiritus Sancti*, est certum: quia datur in divinis tres personæ distinctæ realiter. Ergo, & tres relationes. Probatur hæc consequentia. 1. Relationes sunt, per quas personæ ( ut supra probavimus ) constituuntur, tanquam per quid proprium, in esse talium. Si ergo sunt tres personæ realiter distinctæ, tres erunt Relationes inter se distinctæ realiter.

8 Secundo probatur. Relationes sunt, per quas personæ distinguuntur. Cum ergo tres sint personæ divine realiter distinctæ, tres erunt relationes, per quas personæ distinguantur. Antecedens constat: tum ex Concilio Toletano 1. asserente in *relatione personarum cernitur numerus*; tum ex Boetio de *Trinitate*. *Relatio multiplicat Trinitatem*; tum ex Anselmo de *processione Spiritus Sancti* cap. 3. ubi ait. *Supra dicta relationis oppositio prohibet Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum de invicem dici, & propria singularum alijs attribui*. Ex cuius Sancti Doctoris doctrina in prædicto capite desumptum est illud commune Theologorum axioma. *In divinis omnia sunt communia, ubi non obstat relationis oppositio*. Ergo relationes sunt ratio distinguendi personas.

9 Secunda pars nostræ conclusionis, videlicet, dari relationem spiratoris communem Patri, & Filio, & distinctam realiter ab Spiritu Sancto, est communis apud Theologos cum Magistro in 1. dist. 13. & 26. & 28. & cum S. Th. hic quæst. 28. art. 4. contra Greg. in 1. dist. 26. Probatur hæc conclusio 1. ex Concilio Florentino sess. 24. & Concilio Lugdunensi, sub Greg. 10. cap. de *Trinitate*. *Gerenci*

bus Patrem, & Filium vna spiratione producere Spiritum Sanctum. Ergo vna relatione communi respiciunt Spiritum Sanctum. Consequentia patet ex dictis: siquidem *relatio*, & *productio* idem realiter, & virtualiter sunt, vt docuimus supra. Confirmatur. Relatio producentis ad productum consistit in ipsa productione, vel saltem fundatur in illa. Sed Pater, & Filius vna spiratione produciunt Spiritum Sanctum. Ergo relatio Patris, & Filij in esse vnius principij producentis Spiritum Sanctum, vel est ipsa spiratio, que iuxta Concilium est vna in Patre & Filio: vel saltem fundatur in illa. Sed, si fundatur in vna spiratione, vna debet esse relatio. Ergo semper insertur vnamsse debere relationem spiratoris, per quam Pater, & Filius referantur ad Spiritum Sanctum. Ceterum quod relatio non fundetur in productione, sed sit ipsa productio, iam supra probauimus.

10 Hæc relatio spiratoris prius est in Patre. Deinde Pater, cum communicet Filio omnia que habet præter esse Patrem, hæc etiam relationem spiratoris ipsi communicat. Qua communicata, Pater, & Filius indiuisibiliter produciunt Spiritum Sanctum. Quamuis igitur hæc spiratio prius est in Patre, quam in Filio: non tamen Pater prius spirat Spiritum Sanctum, quam Filius: quia hæc spiratio se ipsa habet spirare Spiritum Sanctum, non pro quo eum; que signo, pro qua existit; sed solum pro signo, quo intelligitur esse in Patre, & Filio.

11 Ob. 1. Concilium Lugdunense solum dixisse Patrem, & Filium producere Spiritum Sanctum vna spiratione; non autem esse vnicam relationem. Ergo admittimus relationem præter mentem Concilij: respondeo: vt aliqua conclusio tradatur tanquam ex mente alicuius Concilij, necessarium non esse quod omnes præmissæ, ex quibus talis conclusio deducitur, contineantur in Concilio, sed sufficere quod vna præmissa ex Concilio sit, & altera sit magis cõformis doctrine Theologorum. Cum igitur Concilium Lugdunense asserat vnamsse spirationem communem Patri, & Filio: & deinde iuxta communionem Theologorum sententiam relationem nihil addat virtualiter distinctum à productione: hinc rectè, & prudenter deducitur, vt magis Concilio consonum, relationem spiratoris esse vnicam.

12 Ob. 2. Concilium Toletanum docuit Patrem referri ad Filium, Filium ad Patrem, & Spiritum Sanctum ad Patrem, & Filium. Non tamen dixit Patrem, & Filium ad Spiritum Sanctum referri. Signum ergo est huiusmodi relationem non dari: alioqui dimittente  
pro

processisset Concilium in re adeo graui. Respondeo Concilium Toletanum satis id expressisse, dū docuit personas referri ad inuicem: quod est idem ac referri mutuo. Si ergo postea dixit Spiritū Sanctum referri ad Patrem, & Filium. Sentit ergo Patrem, & Filium referri ad Spiritum Sanctum: aliter enim personæ non ad inuicem referretur.

13 Ob. 3. Concilium Lateranense in cap. *Firmiter*, & in cap. *Nannamus* ubi dicitur in Deo tantum esse numerum ternarium, & *Trinitatem* esse unam substantiam secundum proprietates discretam, nulla facta mentione relationis spiratoris. Ergo non datur. Nego consequentiam: primo: quia est argumētum pure negatiuū. Secundo: quia Concilium loquitur de numero. Cum vero relationes constituentes veram numerum tantum sint tres; siquidem relatio spiratoris, utpote identificata cum Patre, & Filio, numerum non constituat: ideo illius non meminit Concilium Lateranense in his capitibus.

14 Ob. 4. S. Basilium epist. 47. ubi ait Filium non habere cum Patre aliquam communicationem notionis secundum proprietatē suam, sicut nec cū Spiritu Sancto. Sed spiratio est notio. Ergo non datur spiratio cōmuni: Patri, & Filio. Respondeo Basilium tantum docere Patrem non habere notionem communem cum Filio, ita ut per eam Pater ad Filium, & Filius ad Patrem referatur. Vel dicit Basilium negare Patri ut præcise Pater est, notionem communem: non vero absolutē: quia intentum Basilij solū erat distinguere personas Patris, & Filij inter se: non autem negare absolutē aliquam communicationem notionis.

15 Ob. 5. Hugonem Victorinum lib. 1. contra Græcos cap. 22. & Albinū Flaccū lib. 1. de Trin. asserētes relationē Spiritus Sancti ad Patrē, & Filium non esse mutua. Ergo nō datur in Patre, & Filio relatio aliqua, per quam ad Spiritum Sanctum referantur.

16 Responderetur: hos authores non negare absolutē relationē Patris, & Filij ad Spiritū Sanctū; sed tantum negare relationē sub his nō minibus: hoc est: quod, quamvis Spiritus Sanctus sit Spiritus Sanctus Patris, & Filij: non tamen Pater est Pater Spiritus Sancti, neque Filius est Filius Spiritus Sancti. Qua propter non negatur ab his authoribus absolutē relatio, sed relatio cum denominatione significata sub nominibus Patris, & Filij. Aliter enim qua ratione posset concipi Spiritum Sanctum referri ad Patrem, & Filium, ut ad principium, & tamen Patrem, & Filium nō referri ad Spiritum Sanctum, ut terminum productum ab illis.



17 Ob. 6 Relatio non competit Deo per resultantiam: id enim imperfectionem involuit. Sed relatio spiratoris, cum supponere debeat Personas Patris, & Filij constitutas, non potest aliter illis convenire, nisi per resultantiam. Ergo non competit Deo. Cōfirmatur. In creatis nulla relatio fundatur in alia. Ergo neque in diuinis.

18. Respondeo. In primis: posse dici relationem spiratoris convenire Patri, & Filio per resultantiã virtutalem, in qua nulla est implicatio, licet implicatio reperiat in resultantia formali. Respondeo secundo: falsum esse quod ad inferendam resultantiã supponitur, nempe ad spiratoris relationem supponi Patrem, & Filium constitutos in esse Personarum: hoc enim, ut supra vidimus, falsum est.

19 Ob. 7. Spiratio activa, si datur, identificatur cū Paternitate, & Filiatione. Ergo verificabitur de his relationibus quod sint unum, non solum ratione essentię, verũ etiam ratione alterius relationis. At hoc est falsum, quia relationes solum sunt unũ per unitatem essentię. Ergo nõ datur relatio spiratoris, ut à nobis ponitur. Respondeo in copueniens nõ esse Paternitatẽ, & Filiationẽ esse unũ ratione alterius relationis: quia, licet etiã sit unũ ratione essentię, nulla maior difficultas est in eo, quod sint unũ in relatione, quam in eo, quod detur relatio communis Patri, & Filio.

20. Duo hic aduerto. Primum est: has quatuor relationes dici reales, nõ quia omnes quatuor inter se realiter distinguantur, sed quia realiter reperiuntur, realiterque referunt, licet *Spiratio* non realiter, sed tantũ virtualiter distinguatur à Paternitate, & Filiatione. Secundum est: nostro modo intelligendi alias relationes distinctas reperiri, videlicet *aequalitatis & dissimilitudinis*, &c. Ceterum hæ relationes tantum nostro modo intelligendi distinguuntur ab his quatuor: quia nullum predicatum à parte rei convenit illis, quod non perinde conveniat quatuor relationibus assignatis. Quia autem ratione nostro modo intelligendi distinguantur, parvi momenti est.

### SECT. III.

*Per quod Personæ inter se formaliter distinguantur.*

21 C Errum est 1. Patrem per relationẽ Paternitatis distinguĩ à Filio, cū essentia cõmunis sit tribus personis, & relatio spiratoris etiã Filio conuegiat. Propter eandem rationem certum est

est 2. Filium per Filiationem, distingui à Patre. Et denique certū est 3. Spiritum Sanctum per relationem Spirari distingui à Patre & Filio, cum præter prædictam relationem nihil sit in Spiritu Sāto, quod de Patre, & Filio pariter non verificetur. Dubium igitur est, an Pater, & Filius distinguantur ab Spiritu Sāto per suas personalitates, hoc est, per relationes Patris, & Filij; vel potius per relationem spiratoris: vel per verumque simul, vel per quodlibet seorsim. Cum enim tam Paternitas, & Filiatio, quam spiratio actiua, distinguantur ab Spiritu Sāto, dubium esse potest an fiat etiam rationes formales distinguendi realiter Patrem, & Filium ab Spiritu Sancto.

22 Sit nostra conclusio. Pater, & idem dico de Filio, distinguitur ab Spiritu Sancto, tū per Paternitatē, tū per spirationē actiuā, ita vt sit duplex virtualiter ratio distinguendi Patrem ab Spiritu Sancto. Probatur hæc conclusio. Omnis ratio reperta in Patre, & non in Spiritu Sancto, est ratio distinguendi Patrem ab Spiritu Sancto. Sed in Patre reperitur Paternitas, & relatio spiratoris, neutraque in Spiritu Sāto. Ergo utraque est ratio distinguendi Patrem ab Spiritu Sancto. Consequentia est bona, & minor certa. Maior probatur. Quodlibet prædicatum constituens rē in esse talis, & distincta ab altera, est ratio distinguendi eam rē ab altera. Sed quodlibet prædicatum (intellige intrinsecum adæquate) repertum in vno, & non repertum in altero, constituit rem in esse talis, & distincta ab altera. Ergo est ratio distinguendi.

23 Tota difficultas ad minorem reuocatur: quam sic probo. Esse vnum distinctū ab altero, est esse quod non est alterū. Sed quodlibet prædicatum repertum in A. v.g. & non in B. facit quod A sit id, quod non sit B, siquidem facit quod sit illud prædicatum quod non est B. Ergo quodlibet prædicatum repertum in A, & non in B. constituit A, in esse distinctū à B. Ergo Pater tam per Paternitatem, quam per spirationem, distinguitur ab Spiritu Sancto.

24 Huic argumento. Respondet P. Vazquez principium illud esse verum, quando sermo est de constitutio realiter constituyente, secus vero quando constitutum non constituit realiter, sed per rationem: eo enim modo, quo rē constituit, illā distinguit. Si ergo non realiter, sed per rationem constituit rē duntaxat, prædictum constitutum ad summum per rationem erit ratio distinguendi non autem realiter. Cum autē personalitas Patris nō realiter, sed per rationem constituat Patrem: quandoquidem Pater

solum per rationem coalescit ex essentia, & Paternitate: hinc deducitur Paternitatem non esse rationem realiter distinguendi Patrem ab alia persona.

25. Hæc solutio præter quamquod etiam probat Patrem necque à Filio per Paternitatē distingui, quod manifestius fallum est alijs etiā nominibus est in sufficiens. I. quia Pater verè, & realiter constituitur in esse talis personæ per Paternitatē: siquidē hoc quod est *constitui* non dicit vel inadæquationē, vel partialitatē, vel compositionē; sed solum identitatem perfectam, saltem inadæquatā. Ecquidem homo verè, & realiter constituitur in esse talis per suā essentiam, siquidem ab essentia habet formaliter esse talem.

26. Secundo, licet demus hoc quod est *constituere* dicere in suo conceptu compositionem: adhuc in duplici sensu potest dici aliud quod prædicatū constituere per rationē: vel quia ipsum prædicatū secundū se acceptum est quid rationis, & præcise apparens, ut imago hominis est homo: vel quia, licet ipsum prædicatū in se sit quid reale: compositio vero, quā, iuxta hanc sententiā, dicit *constitutio*, sit per rationē. Si primo modo constituat, verum est non esse rationem distinguendi realiter: quia quod nō est aliquid reale, nō potest esse ratio distinguendi realiter. Ceterū si prædicatū sit reale, & verum, quamvis realiter non componat entitatem, & ideo nō dicatur illam realiter constituere: adhuc tamen erit ratio distinguendi: esse enim rationem distinguendi solum dicit, quod ab eā ratione habeat res v. g. A. quod non sit B. Ad quod impertinet quod se habet quod componat physicè illud individuum.

27. Cōstat hoc in prædicato *Rationale*: quod prædicatū quid realiter, & vere reperitur in homine, quāvis solū per rationem componat eius essentiam: nihilominus realiter est ratio distinguendi hominē à bruto, quia ab eo formaliter habet homo non esse brutū. Ergo quod constitutio alicuius prædicati sit per rationē, quæ sensus constitutio sonat idem, quod *compositio*, minime obest, ut prædicatum sit ratio formalis distinguendi. Poterit ergo Paternitas esse ratio distinguendi Patrē ab alijs, & si Pater per rationē solū coalescat ex essentia, & Paternitate. Aliā solutionē adhibet Cajet. nostro argumēto, quā cōmodius loco obiectionis proponem.

28. Obligatur Cajetan. Omne constitutum distinguit constitutum eā ratione qua illud constituit. Sed ratio constituit rē in ordine ad solum terminū. Ergo ratio distinguit rem à solo termino. Deinde terminus Paternitatis est solum Filius. Ergo Pater Paternitas distinguit Patrē à solo Filio. Ergo Pater sola spiratione activa

etia distinguitur ab Spiritu Sâto: quia per illam solam constitui-  
tur in ordine ad illum. Et idem argumentum sic de Filio.

29 Fallaciam huius argumenti optimè detegunt nostri  
R.R. nam in eo syllogismo sunt quatuor termini: siquidem in mi-  
nori dicitur relatio constituere rem *in ordine ad solum terminum*.  
In consequentia vero non dicitur quod relatio distinguit *in ordi-  
ne ad solum terminum* (quod erat necessarium, ut maior extremi-  
tas predicaretur de minori) sed quod relatio distinguit rem *à so-  
lo termino*, quo fit syllogismus non rectè concludere.

30 Igitur illa propositio. *Relatio distinguit rem à solo  
termino* diuersa valde est ab altera *distinguit rem in ordine ad solum  
terminum*: quia *in ordine ad solum terminum*, non significat ter-  
minum solum esse à quo distinguitur; sed denotat hoc, quod est  
distinguit rem ab eo, à quo distinguit, habere quatenus dicit or-  
dinem ad terminum: & in hoc duntaxat sensu verum est constitui-  
tum ea ratione distinguit, qua constituit, quatenus id, quod con-  
stituit in ordine ad terminum, constituit illud, quatenus in ordine ad  
terminum, distinctum ab omni eo, quod non est: non vero, quia id  
quod solum respicit et terminum, sit id, à quo distinguit. Si enim hæc  
ratione accipiat propositio, falsa erit illa maior, & mirum: ea ra-  
tione distinguit, qua constituit: etenim solum constituit in ordine  
ad terminum, & tamen distinguit à pluribus quam à termino.

31 Respondeo 2. eidem argumento. Paternitatem dupli-  
cem habere terminum: alium productum, alium præcise respectum  
ut à quo constituit Patrem distinctum: etenim Paternitas licet so-  
lum productio sit Filij, est tamen distinctio Patris à Filio, & ab  
Spiritu Sancto: imò, & ab omni eo, à quo se ipsa distinguit Pa-  
ternitas. Quæ propter est simul relatio productionis Filij, & distin-  
ctionis à Filio.

32 Hinc ad argumentum in forma: concessa maiori: distin-  
guo minorem: relatio constituit rem in ordine ad solum terminum  
productionis: nego: in ordine ad terminum, siue productum siue præcise  
terminantem distinctionem: concedo minorem, & distinguo similiter  
consequens. Ergo relatio distinguit rem à solo termino: productio  
nego: à termino, siue producto, siue præcise terminante distinc-  
tionem: concedo consequentiam. Deinde distinguo minorem sub  
sumptam. Spiritus Sanctus non est terminus Paternitatis: terminus  
productus: concedo: terminus præcise terminans distinctionem:  
nego minorem; & nego consequentiam.

intercedit relationis oppositio. Sed Pater, & Filius opponuntur relative Spiritui Sancto solum per relationem spiratoris. Ergo solum per relationem spiratoris ab Spiritu Sancto distinguuntur. Maior est axioma commune apud Theologos, & consequentia est legitima. Minor probatur facile: quia solum opponuntur relative quatenus Pater, & Filius producent Spiritum Sanctum. Sed solum per relationem spiratoris producent Spiritum Sanctum. Ergo per eam opponuntur relative Spiritui Sancto.

34 Respondeo duplicem esse relationem oppositionis in Patre, & Filio respectu Spiritus Sancti, aliam radicalem, & remotam, formalem, & immediatam, aliam. Formalis, & immediata, est relatio spiratoris, quia per illam Pater, & Filius immediate opponuntur relative Spiritui Sancto, & ad illum immediate referuntur. Alia est oppositio mediata, & remota, quae consistit in Paternitate & Filiatione, qua Pater, & Filius ratione Paternitatis, & Filiationis habent spirationem radicaliter, seu qua Paternitati, & Filiationi debetur spiratio activa: imò Pater, & Filius secundum quod distinguuntur virtualiter ab spiratione, sunt principium quod radicale Spiritus Sancti: quod quidem per ipsam spirationem constituitur principium quod immediatum. Unde cum principium debeat distinguari ab eo, cuius principium est: eo ipso quod Pater, & Filius sint principium radicale quod, debent distinguari ab Spiritu Sancto. Praeterea: ut sit distinctio in diuinis, non requiritur immediata oppositio, sed sufficit radicalis, & remota exigens immediatam: quia in radicali oppositione saluatur ratio principij quod remoti: quod in alio signo est principium proximū. Non autem posset esse principium proximum, si non esset distinctum ab eo, cuius principium est.

35 Ex quibus omnibus iam argumento superiori potest non obscura adhiberi solutio: asserendo Paternitatem, & Filiationem esse relationem oppositionis radicalis cum Spiritu Sancto, quia exigunt spirationem, quae est relatio oppositionis immediatae. Haec mediata oppositio sufficit ad distinctionem Patris, & Filij ab Spiritu Sancto: quia sufficit ad hoc, ut Pater, & Filius sint principium quod remotum Spiritus Sancti.

36 Unde ad argumentum in forma: distinguo maiorem. In diuinis solum datur distinctio, ubi intercedit relationis oppositio: immediata tantum: nego: immediata, vel mediata, seu radicalis: concedo maiorem. Et deinde distinguo minorem. Sed Pater, & Filius solum per relationem spiratoris opponuntur Spiritui Sancto: immediate: concedo: mediata, vel immediata: nego minorem. Et deinde nego consequentiam.

37 Ob. 3. Si Filius non haberet relationem Spiratoris, non distingueretur ab Spiritu Sâcto. Ergo solum per relationem Spiratoris distinguitur ab Spiritu Sâcto. Consequentia videtur bonatquia, si præter relationem Spiratoris Filius per Filiationem, vel per aliquid aliud distingueretur ab Spiritu Sâcto, adhuc ablata spiratione, distingueretur, cum aliæ rationes distinctionis remanerent. Antecedens autem probatur. Procedere Spiritum Sâctum à Filio est Filium habere relationem spiratoris. Sed si Spiritus Sâctus non procederet à Filio, non distingueretur à Filio. Ergo si Filius non haberet relationem spiratoris, non distingueretur ab Spiritu Sâcto. Maior est certa. Minor probatur ex Concilio Florentino. Vbi PP. Latini hoc argumento vsi sunt adversus Græcos, vt eos cogere fateri Spiritum Sâctum procedere à Filio; hoc, Inquam, argumento utebantur. Si Spiritus Sâctus procederet solum à Patre, & non à Filio, Spiritus Sâctus nõ distingueretur à Filio. Cum igitur distinguatur Spiritus Sâctus à Filio, convincitur ab illo procedere. Hoc erat Patrum Latinorum argumentum. Ergo vel illud antecedens est verum, vel PP. Latini male arguebant asserendo illud.

## SECT: IV:

*Discutitur veritas huius propositionis. Si Spiritus Sâctus non procederet à Filio, non distingueretur ab illo.*

38 PRæcedenti argumento dupliciter occurritur: Primo Scotistæ negant Spiritum Sâctum non distinguendum à Filio, si à Filio non procederet: cum enim sentiant quod, adhuc in hypostasi non processione Spiritus Sâcti à Filio, maneret distinctio inter Filium, & Spiritum Sâctum hinc deducunt falsam esse illam propositionem. *Si Spiritus Sâctus non procederet à Filio, non distingueretur ab illo.* Qua doctrina putant totum argumentum inefficax reddi.

39 Doctrina huius solutionis, nisi aliqua ratione temperetur, apertè falsa mihi est. Primo, quia hæc doctrina videtur manifestè opponi Concilio Florentino sess. 18. verſu dico equidem. Vbi hæc habetur propositio. *Sola relatione una persona ab alia differt*

Ergo Filius sola relatione, quam dicit ad Spiritum Sanctum, differt ab eo. Ergo si ea relatio deficeret, non differret.

40 Responderet Smilingus disp. 1. num. 42. verum esse per sonas distingui sola relatione. Hoc autem non necessario intelligendum esse de relatione opposita, sed de relatione vel opposita, vel disparata. Quare Filius in illa hypothesi, licet non distingueretur ab Spiritu Sancto per relationem oppositam, nimirum per spirationem, distingueretur per disparatam, utique per Filiationem.

41 Displicet hæc solutio: quia PP. Latini, qui hoc vtebantur argumento ad probandam processionem Spiritus Sancti à Filio, non loquebantur, nisi de relatione opposita. Assumptum probatur. PP. Latini loquebantur de relatione, quæ inferret Filium spirare Spiritum Sanctum. Sed solum id inferretur ex relatione opposita, non ex disparata, Ergo de illa, non de hac, PP. Latini loquebantur. Maior est cetera, quia hoc erat intentum. Latinorum adiectus, Græcos. Minor probatur. Argumentum latinorum erat hoc. Filius distinguitur ab Spiritu Sancto. Ergo per relationem, qua Filius producit Spiritum Sanctum. Sed relatio, quæ infert Filium producere Spiritum Sanctum, non est relatio disparata; sed opposita. Ergo de hac loquebantur Latini.

42 Confiratur: quia relationes disparatas concedebant Græci Filio, & Spiritui Sancto: siquidem concedebant Filiationem, & spirationem, qua Spiritus Sanctus procederet à Patre solo. Ergo relatio, quam adstruunt Latini adversus Græcos, ex eo, quod Filius, & Spiritus Sanctus differant, est relatio opposita, ut inde legitime inferant Spiritum Sanctum à Filio etiam procedere. Quæ autem ratione concilietur nostra doctrina cum eo quod persona sola relatione opposita differant, infra videbimus.

43 Constat etiam doctrinam Scotistarum opponi Concilio Florentino, ex ipso Concilio Florentino in oratione visionis cap. 6. column. 6. Vbi hæc habet Nisenus ad Ablavium. *Bo distinguitur Spiritus Sanctus à Filio, quod per ipsum est.* Quæ verba clarissime refellunt doctrinam Scotistarum: æque sic explicat Besarion, ex mente Latinorum quasi diceret: quod cum ambo sint, non sufficienter distingueretur, nisi alter per alterum esset. ut si manifestè per distinctionem hic signaret, quæ secundum causam, & causatum est: cum antea dixerit causam, & causatum tantum ad invicem per sonas distingui. Ergo est iuxta mentem Concilii Florentini, & exPLICATIONE Besarionis, quod si Spiritus S. non esset per Filium tantamquam per principium (hoc etiam significat ibi nomen causa) minime distingueretur à Filio.

44 Secundo displicet hæc Scoticarum doctrina: quia tota ratio, quare P. P. inferunt distinctionem personarum, est quia intercedit productio: si enim productio non interveniret, Trinitas, & personarum distinctio non esset: quandoquidem deficere distinctiois argumentum. Ergo: si inter Filium, & Spiritum S. non daretur relatio productionis, neque distinctionem dari opus esset.

45 Ob. 1. Scotistæ. Ex eo distinguuntur duæ processiones passivæ realiter, quia una est per intellectum, & altera per voluntatem. Sed, adhuc in hypothesei quod spiritus non procederet à Filio, Filius procederet per intellectum, & Spiritus Sanctus per voluntatem. Ergo, adhuc in prædicta hypothesei, distingueretur. Respondeo Filium procedere per intellectum, & Spiritum Sanctum per voluntatem eatenus arguere realem distinctionem, quatenus processio per intellectum arguit congruenter processionem per intellectum præcedere prioritate originis ad processionem per voluntatem. Si tamen asseratur non arguere hanc præcedentiam; minimè inferet realem distinctionem: non enim est ratio plenè convincens non posse eundem terminum procedere simul ab intellectu, & voluntate, præscindendo ab hac præcedentia.

46 Ob. 2. Si spiritus non procederet à Patre; etiam distingueretur ab illo, & tamen non esset inter Patrem, & Spiritum Sanctum in ea hypothesei relatio oppositionis. Ergo, etiam, si spiritus non procederet à Filio, adhuc distingueretur ab eo, quin opus esset relatione oppositionis ad distinctionem realem. Consequentia videtur bona à paritate; Antecedens probatur. Si in ea hypothesei Pater non distingueretur ab Spiritu Sancto, jam esset mutua prioritas realis, cum Pater produceret Filium, Filius Spiritum Sanctum: & rursus Spiritus Sanctus, utpote identificatus cum Patre, produceret Filium. Ergo Filius produceret Spiritum Sanctum, & produceretur ab illo. Ne ergo detur in ea hypothesei ea prioritas mutua, dicendum est, quod in ea hypothesei Pater distingueretur ab Spiritu Sancto.

47 Respondeo 1. admitrendo, quod Pater in illa hypothesei distingueretur ab Spiritu Sancto; negando tamen idem de Filio. Etenim Pater saltem remote esset principium Spiritus Sancti, & ideo deberet distingui ab illo propter rationem principii remoti. Cum autem in nostro casu Filius neque proxime, neque remote esset principium Spiritus Sancti, non tenet paritas ad inferendam distinctionem illius ab Spiritu Sancto.

48 Respondeo 2. negando primò antecedens, videlicet in  
hy.



hypothesi, quā Pater non produceret Spiritum Sanctum, distinguendum fore ab eo. Ad probationem: nego quod in eo casu Spiritus Sanctus produceret Filium: posset enim tunc adstrui distinctio virtualis inter Patrem, & Spiritum Sanctum: cuius beneficio, quamvis identificarentur realiter, Pater produceret Filium; non autem Spiritus Sanctus.

49 Denique potest responderi tertio: concedendo quod in illa hypothese tam Pater, quam Filius distinguerentur ab Spiritu Sancto; negando tamen (iuxta doctrinam tradendam sectione sequenti) quod falsum sit, quod data tali hypothese, non distinguerentur: quia ex hypothese impossibili sumpta in sensu reali, utrumque inferitur. Falsum vero est non sequi quodlibet. Quamvis obrem potest simul esse verum, quod si Spiritus non procederet à Filio (sumpta hac hypothese in sensu reali) distingueretur ab illo: quod intendunt Scotistæ: & simul esse verum, quod si daretur talis hypothese, non distingueretur, quod contendunt Thomistæ. Minime vero ex una illatione inferri defectum alterius illationis: & ideo veraque sententia erit vera, nisi neget veritatem alterius. Verum de hoc sectione sequenti.

50 Ob. 3. In hypothese, in qua Spiritus non procederet à Filio, spiratio actiua, vel esset in solo Patre, vel esset etiam in Filio, licet exhausta, & sine munere spirandi. Si esset in solo Patre, & non in Filio. Ergo Filius distingueretur ab spiratione actiua, quia inter Filium, & spirationem actiuam esset relatio oppositionis, cum Filius non oriatur à Patre, ut spirante, sed solum, ut generante. Ergo absque relatione oppositionis daretur distinctio realis in illa hypothese. Ergo quod in illa hypothese non esset oppositio inter Filium, & Spiritum Sanctum non inferret identitatem inter eos. Ergo est mala consequentia. Spiritus non procedit à Filio. Ergo non distinguitur ab eo. Si vero spiratio esset etiam in Filio, licet carens munere spirandi. Ergo Filius distingueretur ab Spiritu Sancto. Probat hęc vltima consequentia. Spiritus Sanctus distingueretur ab spiratione actiua, cum ab ea, ut in Patre procederet. Ergo etiam à Filio, in quo reperiretur per identitatem ea spiratio actiua. Ergo in ea hypothese, nunquam bene inferitur quod Spiritus Sanctus non distingueretur à Filio.

51 Respondeo in ea hypothese posse dici spirationem actiuam esse in solo Patre, & posse etiam dici esse simul in Filio, quin exinde aliquod in commodum nostræ doctrinæ inferatur. Si existat in solo Patre, potest dici in distinctam adhuc virtualiter esse

esse à Paternitate: ideoque se ipsa esse productionem Filij, & Spiritus Sancti, denominando vnum genitum, & alium spiratum: modo, quo idem virtualiter actus, qui simul est amor Dei, & odiū peccati, simul respicit Deum, & peccatum: & vni tribuit denominationem amati, & alteri odio habiti. Pariter ergo in illa hypothese eadem virtualiter relatio posset respicere Filium, & Spiritum Sanctum: primum vtrique vt generatum, secundam autem vt spiratum. In quo casu realiter spiratio esset opposita Filio, cum Filius realiter procederet ab ea, vt potè virtualiter in distincta à Paternitate.

52 Si vero dicatur spiratio esse in Filio, licet absque munere spirandi, poterit dici Spiritum Sanctum distingui quidem ab spiratione actiua, vt potè quæ est in Patre principium Spiritus Sancti, non tamen distingui à Filio, quia principium eius non est: sicuti Filius distinguitur à Paternitate, non ab Essentia, quamvis Essentia idem sit cum Paternitate.

## SECT. V.

*Conciliantur inter se Filium per Filiationem ab Spiritu Sancto distingui, & quod si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non distingueretur ab illo.*

53 **R**estat modo explicare qua ratione Filiatione sit distinctio Filij ab Spiritu Sancto: & tamen quod in ea hypothese non distingueretur ab illo. Dico igitur, & inferatur ex supra dictis, eatenus Filiationem esse distinctionem, quatenus infert spirationem actiuam. **S**I autem in illa hypothese Filiationem non infert spirationem actiuam, sit inde in illa hypothese Filiationem non distingui ab spiratione passiuam: consequenterque Filium non esse distinguendum ab Spiritu Sancto, non præcisè formaliter omnino, quia deficit spiratio in Filio, sed illatiuè, quatenus ex defectu spirationis in Filio, infertur Filiationem non habere prædictum illud, per quod distinguitur ab Spiritu Sancto. **C**æterum  
Fij

Filiatio eatenus est ratio distinguendi Filium ab Spiritu Sancto, quatenus est principium remotum Spiritus Sancti, & quatenus est communicatio principij proximi quo Spiritus Sancti, vt supra diximus. Cum igitur in hypothesi non processions Spiritus Sancti à Filio, Filiatio non esset principium mediatum, & remotum Spiritus Sancti, cum non exigeret spirationem adiuam, que est principium quo immediatum Spiritus Sancti: hinc deducitur in illa hypothese Filiationem non inferre spirationem adiuam, consequenterque non habere predicatum, ratione cuius Filiatio distinguit Filium ab Spiritu Sancto.

54 Verum, vt hoc perfectius intelligatur, animadvertendum est, quod quando loquimur de eo, quod esset in hypothese impossibili non processions Spiritus Sancti à Filio, dupliciter intelligi potest. Primo, quid inferatur ex parte obiecti in illa hypothese. Secundo, quid inferatur ex parte actus. Si loquamur ex parte obiecti, dico inferri, tum quod Filius distingueretur ab Spiritu Sancto, tum etiam quod non distingueretur. Inferretur quidem non distinguere; quia tunc non esset Filiatio inferens spirationem: si quidem cum in illo casu Filius non spiraret, ideo neque Filiatio exigeret ipsam spirationem: ac per consequens neque inferret eam. Quis obrem neque haberet predicatum, ratione cuius distingueretur. Deinde etiam distingueretur, quia cum in illa hypothese maneret Filiatio, & hæc ex conceptu suo exigat spirationem, & sic acceptio illius ad hoc maneret realiter in illa hypothese ipsa conmixtio (que etiam inferatur non existere) siquidem in illo casu esset Filiatio, que modo est, & simul non esset.

55 Ceterum quod inferatur in illo casu etiam distinctio; non tollit veritatem nostre assertionis, nempe tum quod inferatur non distinctio, siue identitas: quia quod inferatur aliquid ex hypothese chimerica non falsificatur ex eo, quod ex eadem hypothese inferatur oppositum, sed ex eo quod nihil sit in ea hypothese, ex quo inferatur illud aliquid. Quis propter nostre assertioni de eo, quod ex hypothese non processions Spiritus Sancti à Filio inferatur identitas Filij, & Spiritus Sancti, non aduersatur quod ex eadem hypothese inferatur carentia identitatis; sed solum opponeretur, quod in illa hypothese nihil foret inferens identitatem.

56 Si vero investigemus, quid ex illa hypothese inferatur ex parte actus, idem erit, ac quæretur: an, semel cogito per errorem, quod Spiritus Sanctus non procedat a Filio, recte inferat intellectus. Ergo Spiritus Sanctus non distinguitur à Filio. Dico

ergo ex illa hypothese rectè intellectum inferre identitatem Filij, & Spiritus Sancti, quin ex illa expressione possit inferre distinctionem: quia eatenus posset intellectus inferre distinctionem inter Filium, & Spiritum Sanctum, quatenus cognosceret in Filio prædicatum aliquod inferens spirationem adiuam, seu relationem oppositionis. Cum igitur qui negat Filium producere Spiritum Sanctum, minime cognoscat, quod Filiatio, aut est acceptio spirationis, aut illam exigit: hinc fit quod, quævis in illa hypothese, prout est à parte rei, esset connexio cum distinctione harum personarum, siquidem remaneret Filiatio, quæ modo est, licet etiam nõ remaneret, nihilominus prout cognita ab eo, qui negaret Spiritum Sanctum procedere à Filio, non haberet vim ad inferendã distinctionem, sed potius identitatem: supponendum enim est eum, qui hoc negat, illud negare ignoratã repugnãtia eius, quod negat: aliter enim non est questio.

57 Ex dictis deducitur absolutè verum esse, quod in illa hypothese Filius, & Spiritus Sanctus non distinguerentur, quin etiam inferatur oppositum, quia in his propositionibus de hypothese impossibili non tam affirmatur, quid à parte rei esset in illo casu à parte rei existente, quam quid nos vi nostri intellectus ex illo casu, ut possibili, affirmato, possimus inferre.

58 Hac doctrina præmissa facile est iam superius argumentum propositum num. 37. solvere. Dupliciter igitur illi respõ. deo: nempe intelligendo hypothese ex parte intellectus & intelligendo illam in sensu reali. Igitur intelligendo hypothese in sensu reali: concedo antecedens: nimirum, quod si Filius non haberet Relationem Spiratoris, non distingueretur ab Spiritu Sancto. Et de inde distinguo consequens, Ergo Filius solum per relationem spiratoris: formaliter acceptam distinguitur ab Spiritu Sancto: nego: solum per relationem spiratoris, vel formaliter, vel radicaliter acceptam distinguitur: concedo consequentiam. Et in hoc sensu debet intelligi Concilium Florentinum (ses. 18. versu dico equidem, dum ait. *Sola relatione* (intellige oppositionis) *una persona differt ab alia*: quia una persona non distinguitur ab alia, nisi per relationem oppositionis sumptam formaliter, vel saltem sumptam radicaliter: id est, per relationem aliquam ut radicantem relationem oppositionis.

59 Dico ergo quod, si deficeret relatio spiratoris, non solum deficeret ipsa, verum etiam deficeret in Filiatione ordo ad ipsam, seu connexio cù ipsa: quapropter deficeret distinctio: nõ præci

se formaliter; quia deficeret relatio spiratoris, sed quia deficeret in Filiatione predicatum, ratione cuius distinguit Filium ab Spiritu Sancto. Quod autem etiam inferatur, quod in illo casu etiam distingueretur, non probat contra Concilium Florentinum, quia non inferretur distinctio ex eo præcisè, quod maneret Filatio ut cumque, sed quia maneret cum ordine ad spirationem: licet etiã inferatur quod maneret sine eo ordine. Quod quidem nihil aliud est, quam hypothèsim esse chimericam: consequenterque ex illa inferri, tum distinctionem, tum identitatem.

60 Respondeo 2. Intelligendo hypothèsim ex parte intellectus. Iuxta quam intelligentiam concedo absolutè, quod, si Filius non haberet spirationem, non distingueretur ab Spiritu Sancto. Et deinde nego consequentiam, nimirum quod sola relatio sit ratio distinguendi: quia licet Filatio secundum predicatum connexionis cum spiratione sit etiam ratio distinguendi. In casu tamen, quo intellectus negaret esse spirationem in Filio, consequenter teneretur negare Filiationem cõnecti cum spiratione, quin ad oppositum haberet sufficientem claritatem. Quapropter, licet concedamus quod in illa hypothèsi, ut à parte rei existente, daretur identitas, & simul distinctio: at tamen in hypothèsi illa, prout cognita ut possibili, solum daretur identitas, quia obiter quominus defacto Filatio prout distincta virtualiter ab spiratione sit ratio distinguendi Filium: quia quantumvis distincta, dicit tamen connexionem cum illa: quæ connectio sufficit ad rationem distinctionis.

### QVÆST. VIII.

*An Essentia in Relationibus, & Relationes in Essentia includantur?*

**H**

Ec quæstio ex eo difficilis est; quia non satis constat apud authores, quid sub nomine *inclusiois* intelligatur. Si enim hic terminus *inclusio* eodem modo ab omnibus acciperetur, facilius præsens derimeretur quæstio. Idcirco quem sensum habeat proposita quæstio discutimus, & deinde quid sentiendum sit explicabimus.

SECT.

## SECT. I.

## Nonnulla præmittuntur?

**I**N primis certum est non intelligi sub nomine inclusionis præcisè realem identitatem: nec identitatem formalem, prout identitas formalis distinctionem formalem ex natura rei excludit. Prima pars huius asserti facile ostenditur. Nam, cum dubitari non possit Relationes Essentia, & Essentiam Relationibus identificari realiter, perinde dubitari non potest Essentiam in Relationibus, & Relationes in Essentia includi in inclusione quidem realis identitatis, nec apud Catholicos dubium aliquod potest esse circa prædictam quæstionem. Ergo, ut prædictæ quæstioni inter Catholicos relinquatur locus, aliquid aliud præter identitatem realem sub nomine inclusionis intelligendum est.

Secunda pars nostri asserti eodem ferè modo probatur. Nam etiam inter eos, qui contra Scotum identitatem formalem inter Essentiam, & Relationes propugnant, dubitatur de Inclusionem Essentia in Relationibus, & Relationum in Essentia. Ergo aliquid aliud præter identitatem formalem sub nomine inclusionis intelligunt.

**3** Pater Quiros disp. 43. sect. 2. assertit duplicem posse distingui inclusionem vnius in alio: vnam obiectivam, alteram formalem, siue per rationem. Tunc autem (ait) vnum includitur in alio obiectivè, siue est de conceptu obiectivo alterius v. g. ens est de conceptu obiectivo cuiuslibet differentia, quia de nullo potest prædicari differentia, de quo non possit prædicari ens. Cum igitur de nullo in diuinitis possit prædicari aliqua Relatio, de quo non possit prædicari Essentia; possit tamen prædicari Essentia de aliqua Persona, de qua aliqua Relatio non prædicatur, ut patet in Patre (& etiam in qualibet alia persona seorsim) de quo prædicatur Essentia, non autem Filiatio, aut spiratio: hinc fit Essentiã esse de conceptu obiectivo cuiuslibet Personalitatis; non vero Personalitates esse de conceptu obiectivo Essentia.

**4** Deinde docet vnum esse de conceptu alterius nostro modo concipiendi, seu per rationem, consistere in eo quod aliquid

rei denotetur per vnā expressionem, quod non denotetur per  
 aliam: quod quidem est vnum posse præscindi obiectiue ab alio.  
 Et in hoc sensu asserit, neque Essentiam de conceptu Relationū,  
 neque Relationes esse de conceptu Essentia: quod sic probat. Pa-  
 ganus qui affirmat esse Deum, & non esse Filium, aliquid negat  
 verum, & reale, negando Filium, quod verum, & reale non affir-  
 mat affirmando Deum. Et Arius similiter concedendo Filium,  
 & negando Deum, aliquid negat verum, & reale, quod verum, &  
 reale non concedit, aut affirmat affirmando Deum: alioquin in-  
 ter catholicos ex vna parte, & paganos, & Arianos ex alia, esset  
 solum dissidium de nomine. Ergo quælibet ex his affirmationibus  
 præscindit obiectiue ab eo, quod negat. Ergo tam diuinitas præ-  
 scinditur obiectiue in affirmatione à Filiatione à Pagano, quam  
 Filiatio ab Essentia præscinditur obiectiue per affirmationem ab  
 Ariano. Ergo neque Essentia est de conceptu Relationum, neque  
 Relationes de conceptu Essentia: nostro modo concipiendi, &  
 per rationem.

5. Hæc cogitatio quoad primam partem de inclusione  
 obiectiua mihi displicet quoadmodum loquendi. Nam quod Re-  
 lationes identificentur cum omni eo, cum quo identificatur Es-  
 sentia, non probat Relationes identificari cum Essentia plulquā  
 realiter: non enim probat identitatem virtuales, aut formales.  
 Ergo conceptus obiectiuius respondens, huic voci *Relatio* solum  
 (attento discursu P. Quiros) realiter est Essentia, non verò obiecti-  
 uè, quatenus ipsi tribuitur realiter: quod tribuitur Relationi.  
 Ergo relatio non est obiectiue de ratione Essentia:

6. Declaratur hæc ratio. Licet de omni eo, de quo præ-  
 dicatur Relatio, prædicetur Essentia, attamen aliquid prædica-  
 tur de Relatione, quod nõ prædicatur de Essentia: vt patet in præ-  
 dicato referendi: siquidem *Relatio Paternitatis refert Patrem ad  
 Filium*, non tamen Essentia: componiturque quod de omni eo, de  
 quo verificatur Relatio; verificetur Essentia, cum eo quod id  
 quod verificatur de Relatione, nulla prorsus ratione verificetur  
 de Essentia, ne inadæquatè quidè, aut incompletè. Ergo Relatio  
 ni diuissim verificatiue realiter ab Essentia conuenit aliquid. Ergo  
 in esse obiectiui verificabili Relatio non includit Essentiam.

7. Quoad secundam partem de inclusione per rationem, il-  
 licet admittamus doctrinam generalem, seu modum explicandi in-  
 clusionem formalem, siue per rationem, displicet tamè probatio  
 qua prædictus auctor vsitur ad ostendendum, neque Essentia Rel-

Relationes; neque Relationes Essentiam includere. Fateor Paganum negantem Filiationem, & Arianum negantem Deitatem, aliquid in se negare. At vero non negare sub vna expressione id ipsum ex parte obiecti, quod affirmant sub alia, non probat P. Quiros. Facile enim poterit quisquam dicere idem obiectum affirmari, & negari sub diuersis expressionibus: omnes enim qui præcisiones obiectiuas communiter negant, asserunt quod quando est quæstio de aliquo prædicato intrinseco. V. g. quando dubitat Theologi, an intellectus habeat virtutem immediatam incompletam producendi actum supernaturalem, est quæstio de re: quia est quæstio de reali virtute immediata: & dato quod à parte rei intellectus identificet sibi huiusmodi virtutem immediatam; qui intellectum conce dentes, eam virtutem negant, eundem intellectum ex parte obiecti concedunt sub expressione *intellectus*; negant vero sub expressione *virtutis immediatæ inadæquatæ* producendi actum supernaturalem. Pariiter ergo in nostro casu poterit quisquam respondere Paganum, & Arianum idem ex parte obiecti concedere, & negare sub diuersis expressionibus.

8 Illustrissimus Godoy de Trinit. tract. 10. disp. 76. & 77. & Gonetus tract. de Trinit. disp. 3. art. 2. §. 1. explicant inclusionem vnius in alio; ita vt asserant, quod ad huiusmodi inclusionem neque sufficiat identitas realis formalis, neque requiratur vnum esse de constitutione metaphysica alterius, sufficiatq; quod vnū pertineat ad aliud per modum terminationis, aut modificationis intrinsecæ. Quod vterius explicant asserendo tunc vnum esse de conceptu alterius, seu includi in illo v. g. tunc A. includere quidditative B, quando in conceptu, quæ formamus de A. dicitur saltim implicite B.

9 Verum in disputationis decursu, licet constanter asserant Relationes in Essentia, & Essentiam in Relationibus quidditative includi, pleno ore concedunt, tum distingui virtualiter, tum aliquid prædicari de Essentia, quod non prædicetur de Relationibus, & vice versum denique posse in affirmatione inter se obiective præscindi. Quamobrem existimo prædictos authores sub nomine inclusionis quidditative nihil aliud intelligere, quam Essentiam dicere in suo conceptu exigentiam, vt terminetur intrinsece Relationibus, & Relationes etiam in suo conceptu dicere esse terminationes intrinsecas Essentia: & consequenter Essentiam dicere obiective identitatem realem cum Relationibus distinctam virtualiter à Relationibus, & Relationes etiam impartare obiective identitatem realem cum Essentia; distinctam



vero virtualiter ab Essentia: quam ob rem Essentia, iuxta hos au-  
thores, erit præscindibilis obiectiue à Relationibus, & etiam Re-  
lationes ab Essentia; non tamen Essentia præscindi poterit obiecti-  
ue ab identitate reali cum Relationibus, nec Relationes ab idé-  
tate reali cum Essentia. Igitur hac ratione explicata inclusio  
quidditativa mihi vera est, tametsi modus loquendi non mihi pro-  
betur: quia vnum in alio quidditativè includi denotat ita imbibere  
in illo, ut nullatenus, ne obiectiue quidem, id, quod imbibit aliud,  
possit assumi, aut intelligi, aut affirmari, quin affirmetur id, quod  
imbibitur.

10 P. Vazq. in 1. p. disp. 121. Suarez lib. 4. de Trinitate  
cap. 5. sequuti antiquiores; & quos plerumque RR. sequuntur, sub  
nomine inclusionis vnius in alio. V. g. Essentiæ in Relationibus,  
intelligunt transcendentiam virtuales, ita ut includens aliud  
constituatur per illud, modo quo species includit genus, & in-  
cludit differentiam: & modo, quo, iuxta AA. adstruunt trans-  
cendentiam formalem entis, quælibet differentia, quilibetque  
conceptus constat ex ente, & aliquo alio; licet etiam illud aliud  
involvat ens. Et quemadmodum, iuxta hanc sententiam, nullus  
est conceptus obiectivus affirmabilis, aut assumptibilis seorsim  
ab ente: quia ens transcendit omnia, ita similiter, si Essentia trans-  
cenderet Relationes quidditativè, & virtualiter, non possent as-  
sumi, aut affirmari Relationes seorsim ab Essentia, neque aliquid  
vere affirmaretur de Relationibus, quod non affirmaretur de Es-  
sentia. Hac ratione apud Vazquez loco citato defendit Canariensis  
Essentiam includi in Relationibus divinis: asserit enim ita in-  
cludi conceptum Essentiæ in conceptu Paternitatis, sicut ens in  
conceptu cuiusvis prædicamenti: quod supra rationem entis  
communem addit rationem particularem; qua ab alijs distin-  
guitur: ita ut in ea ipsa particulari ratione, etiam ratio entis  
contineatur. Idem eadem ratione docuerat Henricus quod lib.  
5. quæst. 6.

11 Igitur in hoc sensu quæstionem præsentem dis-  
cutiemus: Vtrum, videlicet, vel Essentia transcendat vir-  
tualiter Relationes, vel Relationes Essentiam? Si hoc vlti-  
mum; non poterit Essentia obiectiue in affirmatione præ-  
scindi à Relationibus. Si vero illud primum dicatur, non  
poterunt Relationes præscindendo obiectiue ab Essen-  
tia esse vel subiectum, vel prædicatum alicuius propositionis.

12 Denique advertendum est hunc conceptum esse *divinum* dupliciter accipi posse primo: prout est quid physice, & realiter commune tribus personis: hoc est prout dicit illum conceptum absolutum, qui idemmet realiter, & virtualiter convenit per veram identitatem realem omnibus personis. Secundo potest accipi pro aliquo conceptu entis divini præciso logicè ab omnibus divinis formalitatibus, tam absolutis, quam relativis: qui conceptus communis sit prædicabiliter omnibus formalitatibus divinis, secus realiter, modo quo hic conceptus: *Formalitas identificata cum Deo*, sine *formalitas divina* præscindit logicè ab *Essentia*, & *Relationibus*, eaque prædicabiliter communis; secus vero physice, & realiter. Circa hanc ergo questionem multiplex est sententia.

13 Prima affirmare videtur *Essentiam in Relationibus*, & *Relationes in Essentia* includi: etiam accipiendo *Essentiam* pro ratione physice; & realiter communi tribus personis. Ita Illustrissimus Godoy de Trinitat. tract. 10. disp. 76. & 77. Gonetus disp. 3. de Trinit. per totam, & alij Thomistæ apud ipsos. Cæterum, ut supra monui, Godoy, & Gonetus longe aliter, ac nos intelligunt inclusionem vultus in alio. Quamobrem existimo minime eos inclusionem prædictam in re defendere; sed solum voce tenus, & in sensu à nobis explicato supra num. 10. huius sectionis.

14 Secunda sententia è regione opposita negat, tum *Relationes* includi in *Essentia*, tum *Essentiam* includi in *Relationibus*. Ita Molina disp. 6. conclus. 4. Vazquez in 1. p. disp. 12 r. cap. 2. Alarcon. tract. 5. disp. 6. cap. 13. & plures RR.

15 Tertia sententia tenet *Relationes* non includi in *Essentia*, *Essentiã* vero includi in *Relationibus*. Hanc defendunt ex nostris Suarez lib. 4. de Trinitat. à cap. 5. ad 8. inclusivè. Arrubal disp. 101. Granados tract. 3. disp. 4. Ex Thomistis defendunt eandem sententiam Ferrariensis, Zumel, & Gonet.

szalez apud Godoy, & Gonet locis citatis.

## SECT. II.]

*Dua conclusiones nostre sententiae.]*

16 **S**ic 1. conclusio. *Esse diuinum*, siue ratio entis diuini, prout est ratio communis logicè omnibus predicatis diuinis, transcendit omnia predicata diuina: ita vt quodlibet attributum, quolibetque Relatio Trinitatis, fit realiter virtualiter, imò, & formaliter *ens diuinum*, prout *ens diuinum* praesens se dicit distinguere ab ente creato. Probatur facile. Nam *ens diuinum*, iuxta hanc acceptionem, nihil aliud est quam predicatum identificatum cum Deo. Sed quolibet formalitas diuina, eo ipso quod talis fit, concipitur vt identificata cum Deo. Ergo, & vt *ens diuinum* iuxta praedictam acceptionem. Ab hac conclusione neminem iudico dissenturum.

17 Sic 2. conclusio Relationes diuinae non includuntur in Essentia diuina secundum quod Essentia diuina est predicatum realiter commune tribus Personis. Haec conclusio adco mihi certa est, vt existimem neminem ab ea dissentire quoad rem, sed solum quoad usum, & acceptionem terminorum.

Probatur 1. praedicta conclusio ex Concilijs, & Patribus asserentibus Patrem communicasse Filio totam essentiam, non vero Relationem. Ergo praescindendo à Relatione saluatur tota Essentia. Ergo Relatio non includitur in Essentia. Patet haec consequentia. Quod saluatur praecisius ab alio, non includit illud aliud. Sed tota Essentia saluatur praecisius à Relationibus. Ergo Essentia non includit Relationes. Primum antecedens, ex quo consequentia legitime descendunt, constat ex Concilio Laetranensi in cap. *Firmiter*, & cap. *Damasus*. Ex Concilio Florentino, & ex Concilio Toletano II. in confessione fidei, vbi dicitur *singulariter vnaquaque Persona est piens Deus*. Idem docet Athanasius contra Gregales Sabellij per haec verba *Vniuersa plenitudo, & integritas Deitatis est in Patre, & Filio, &c. quando quidem amborum vna forma*. Consonant Hilarius lib. 9. de Trinitate. Nazianzen, oratio. 50. Ambrosius de Filij diuinitate. Inter omnes putem idem clarissime docet Damascenus 3. de Fide cap. 6. vbi

*Sibi hæc habet. Confitemur omnem naturam esse in Patre, & omnem, & perfectam naturam esse in Filio, in quo secundum Apostolum habet at omnis plenitudo divinitatis.*

18 His testimonijs responder Illustrissimus Godoy: ex illis tantum convinci: *Paternitatem non pertinere ad Essentiam divinitatis, vel ut constitutivam, vel ut prædicatum essentiale illius, quod libenter fatemur; non tamen non pertinere ad Essentiam illius, tanquam modum essentiale.* Verum hoc solum, quod libenter fateatur Illustrissimus Godoy, nos modo contendimus: nihil, que aliud in re contendunt authores, quos ipse, ut sibi adversarios impugnat. Dum enim dicunt Relationes in Essentia non quidditative includi, solum docent Relationes non esse quidditative, seu quid, ex quo constet conceptus obiectivus Essentia: hoc enim esset Relationem includi in Essentia. Nam, ut sæpe dictum est, vnum includi quidditative in alio, seu transcendere quidditative illud, est esse inadæquatè quidditative, & Essentiam illius. Quod vero Relationes sint modi, & termini intrinseci Essentia, dummodo nobis concedatur Essentiam esse obiective præscindibilem à Relationibus, salvarique Essentiam præscindibilem à Relationibus, non inficiabimur: existimo enim hanc quæstionem de inclusione minime tractaram esse ab authoribus, antequis in sensu, quo ab Illustrissimo Godoy disputatur.

19 Probatur secundo eadem conclusio à ratione. Non includi quidditative Relationes in Essentia, est Essentiam præscindi posse obiective à Relationibus. Atqui præscindibilis est obiective. Ergo in Essentia non includuntur quidditative Relationes. Discursus est legitimus. Maior autem, præterquam quod constat ex explicacione sensus quæstionis, iterum declaratur.

20 Includi quidditative vnum in alio, est quod includens nequeat assumi seorsum ab incluso, sed quod, quotiescumque assumitur includens, assumatur etiam incluso, ut quid incluso in eo, quod assumitur. Sed hoc est formalissimum non posse includens præscindi obiective ab incluso. Ergo vnum includere quidditative aliud, dicit non posse præscindi obiective ab illo. Confirmatur. Vnum includere quidditative aliud, siue seorsum includi in quidditate primi, est ita identificari includens cum incluso, ut quidquid convenit à parte rei includenti conveniat, ita inadæquatè incluso, ut inclusum sit aliquid includentis, adeo, ut quidquid per affirmationem attribuitur

includenti, attribuatür etiam in adæquatè incluso. Sed hoc est non posse per affirmationem præscindi obiectivè includens ab incluso. Ergo inclusio quidditativa dicit hanc in præscindibilitatem.

21 Probo iam minorem superioris syllogismi: videlicet posse præscindi obiectivè Essentiam à Relationibus. In hac propositione. *Essentia est communis tribus Personis* subiectum, de quo affirmatur esse commune, est Essentia, non vero Relationes. Ergo in ea propositione ex parte subiecti affirmationis præscinditur Essentia à Relationibus. Consequentia est bona. Antecedens probatur. Si ex parte subiecti includerentur Relationes, de aliquo relativo affirmaretur vere esse commune tribus Personis. Ergo ex parte subiecti prædictæ propositionis non se tenet aliqua Relatio, sed solum Essentia. Ergo Essentia est præscindibilis obiectivè in affirmatione à Relationibus. Idem patet in hac propositione. *Essentia est Pater*. In qua ex parte subiecti minimè sumitur Filiatio, aut Spiratio. Ergo præscinditur Essentia ab eis Relationibus. Item in hac *Pater est Essentia*: in qua ex parte prædicati non continetur Filiatio, aut Spiratio: alioquin esset falsa prædicta propositio. Ergo tam ex parte subiecti, quam ex parte prædicati potest Essentia præscindi obiectivè à Relationibus.

22 Probatur tertio eadem conclusio argumento, quod videtur P. Suarez. Si Relationes includerentur quidditative in Essentia modo quo includitur *ens* indifferentijs iuxta sententiam adstruentem transcendentiam *entis*: de omni eo, de quo prædicaretur Essentia, prædicarentur Relationes, sicuti de omni eo, de quo prædicatur aliqua differentia, prædicatur *ens*, & de quolibet, de quo prædicatur species, prædicatur genus. At non de omni, de quo prædicatur Essentia, prædicatur quælibet Relatio: siquidem de qualibet Persona foris prædicatur Essentia; non tamen quælibet Relatio. Ergo Relationes non includuntur quidditative, & virtualiter in Essentia. Solutiones, quas huic argumento adhibent Godoy, & Gonet nostram conclusionem omnino firman: quia solum contendunt sub nomine inclusionis se non intelligere, aut constitutionem, aut impræscindibilitatem; sed duntaxat quod Relationes dicant implicite Essentiam, quatenus se ipsis exigunt identitatem cum Essentia: quod libenter fatemur, & in quo parum, vel nihil dissidij est apud A. A. Idcirco eis solutionibus referendis, vel refellendis superieo.

23 Ob eandem rationem omitto modo argumenta, quæ nobis  
ad

aduersus hanc conclusionem obijciuntur tum quia eam non impugnant iuxta sensum à nobis assertam: tum quia generaliter probant, si quid quam probant, quamlibet formalitatem diuinam in alia includi: ideo commodius, dum tertiam conclusionem tradamus, præ dicta argumenta examinabimus.

SECT. III.

*Relationes non includunt virtualiter, aut quidditative  
essentiam.*

24 **P**robatur primo hæc sententia ex Concilio Lateranensi in cap. *Firmiter de summa Trinitate* ubi decernitur. *Trinitas secundum communem Essentiam individua, & secundum personales proprietates discreta.* Et cap. *Damnamus à medio* ait. *Ut distinctiones sint in personis, & unitas in natura.* Ex quibus verbis inter se collatis hoc conficio argumentum. Dum Concilium querit in quibus reperiatur distinctio, seu quæ in diuinis distinguantur, asserit distinctionem reperiri in personis, seu personas esse quæ inter se distinguuntur. Dum vero vult docere secundum quid distinguantur, seu quæ sit ratio distinguens: non asserit esse personas, sed proprietates personales. Ergo tacite supponit Concilium distingui aliqua ratione inter se personam, & proprietatem personalem, sufficienti modo vt vna persona distinguatur ab alia secundum proprietatem personalem, non vero secundum quod includit Essentiam. Ergo proprietates personales non involuunt obiectiue, & quidditative essentiam: alioquin eadem ratione, qua vna persona distinguitur ab alia secundum proprietatem personalem, distingueretur etiam secundum personam, vt involuentem Essentiam.

25 Confirmatur: & declaratur hic discursus ex communi modo loquendi plurium Patrum: qui quidem distinguunt. *Naturam, Personam, & Proprietatem personalem* asserentes essentiam communem determinari ad hanc personam vi proprietatis personalem. Ergo distinguunt Personam à proprietate inadaquate, quidditative, & obiectiue, siquidem considerant proprietatem perso-

nalem, ut constitutum Persona cum Essentia: ipsam vero personam, ut constitutam ex proprietate personali, & Essentia. Antecedens tradunt Nazianz. orat. 32. ad centum quinquaginta Episcopos post med. n. 57. *Quid (ait) igitur vobis Hypostases volit, aut vobis persona? Nimirum tria esse, quae diuidantur, non naturis, sed proprietatibus.* Ergo Personae sunt quae distinguuntur, & proprietates personales, quibus distinguuntur. Tum etiam Anathasius Theopositanus, & Cirillus Alexandrius in compendiaris expositione Fidei, quae vtrique tribuitur simul, per haec verba. *Hypostasis (scilicet personam) esse Essentiam cum suis quibusdam proprietatibus.* Distinguit ergo inaequales proprietates ab Hypostasi, siue Persona. Gregorius Nisenus lib. ad Ablabium quod non tres Dei proprius ad principium, quam ad medium Hypostases (inquit) ratio per eas, quae in vno quoque considerantur proprietates, dispersionem admittit. Ac lib. de differentia essentiae, & Hypostases colum. 2. ait, id quod, & commune, & indescriptum est per id, quod de qualitate dicitur per apparentes nimirum in ea proprietates subijcit, circumscribit, atque definit. Aug. cum lib. 3. cap. 1. contra Maximum ubi ait propter cuiuscunque proprietatem tres Personae sunt. Tu sermo 38. de tempore statim a medio. *Habent (inquit) singula in Trinitate Personae aliquid proprium, quo inseparabili equalitate aliquando sese ostendant proprietatem.* Ioannes Theologus in Concilio Florentino sess. 18 paulo post medium §. *diuina substantia ait Personae ex substantia, proprietatibusque subsistit.* Et Marcus in cod. Cōcil. Ies. 19. sine, docet Personam ex diuina substantia proprietateque consistensita et Persona nihil aliud nisi substantia, & proprietas sit. Qui quidem modus loquendi contra Aureolum, & Gregorium aetate a ferme omnibus Theologis constanter admittitur. Ergo iuxta communem modum loquendi Patrum tria distinguuntur in diuinis: videlicet Essentia communis, & proprietates personales, & Personae, in qua Essentia, & personales proprietates, tanquam inaequales (obiectiue) constitutinae reperiuatur.

25 Huius sententiae fauet D. Thomae quae 3. de Potentia art. 2. ad 6. ubi docet. *Paternitatem de Essentia diuina non predicari propter identitatem rationis, sed propter identitatem rei, nec Essentiam de Paternitate, ut iam dictum est quia alia est ratio Essentiae, & Relationis.* Praemiserat autem non predicari per se, quod non predicatur secundum propriam rationem, sed propter identitatem rei. Respondebis cum nostro Ruiz de Montoya Diuina Thomam distinguere duplicem perfectitatem, alteram comparatio

ne rei significatæ, alteram comparatione modi significandi neque reque prædictis verbis: non quidem perfectam comparatione rei significatæ, sed comparatione modi significandi: quoniam *Essentia* significatur per modum substantiæ, contra vero *Relatio* significatur, & prædicatur per modum accidentis *in quantum eadæ qua de se inuicem prædicantur secundum accidens, & differunt ratione, sunt unum subiecto.* Vt loquitur S. Thom. in fine solutionis eiusdem ad 6. quibus similia dixerat in fine corporis:

27 Vel paulo aliter respondebis cum Illustrissimo Galloy, duplicem aliam perfectam distinguente. Alia est, qua unum prædicatur de alio, vt constitutum expressum illius. Alia, que prædicatur vt modus illius intrinsece in illo inclusus. Dum ergo D. Thom. negat *Essentiam* prædicari per se de *Relationibus*, negat vtique esse expressum constitutum illius, non vero negat prædicari, vt modum intrinsecum *Relationum* intrinsece in *Relationibus* inclusum.

28 Vtraque solutio displicet: quia D. Thom. in prædictis verbis tradit rationem, quare neque *Essentia* de *Relatione*, neque *Relatio* de *Essentia* prædicentur per se: nimirum quia alia est ratio *Essentiæ*, & *Relationis*. Atqui rationem unius non esse rationem alterius, significat unum non esse de quidditate alterius, aut unum non includi in ratione obiectiua alterius. Ergo, iuxta D. Thomam, eatenus non prædicatur per se *Relatio* de *Essentia*, nec vice versa, quia neutra est de quidditate alterius, aut in obiectiua alterius ratione intrinsece includitur. Minor huius discursus constabit cuilibet legenti D. Thomam apud quem idem est *ratio rei*, ac *quidditas rei*: seu ipsa res obiectiua sumpta: id est notio rei obiectiua. Si ergo iuxta Angelicum Doctorem neque *Relatio* de quidditate, aut de ratione obiectiua *Essentiæ*, nec *Essentia* est de obiectiua ratione aut quidditate *Relationis*: tam *Essentia* à *Relatione*, quam *Relatio* ab *Essentia* obiectiue prædicentur. Non ergo vna in alia quidditate, aut obiectiue includitur.

29 Vtiterius: quia intentum D. Thomæ est enervare hunc modum arguendi *Essentia divina est Paternitas. Filiatio est Essentia. Ergo Filiatio est Paternitas.* Et, vt hoc præstet, asserit *Paternitatem* non prædicari essentialiter de *Essentia*. Et in eodem sensu, absque vilo profus discrimine, quo negat *Relationem* prædicari de *Essentia*, negat prædicari *Essentiam* de *Relatione*. Atqui, vt prædictus syllogismus vim non habeat, opus est quod *Paternitas*



non sit de quidditate essentia, neque in Essentia obiectiue Includatur. Ergo iuxta D. Thom. Relatio non includitur obiectiue in Essentia, nisi fiat recursus ad improprium modum loquendi, quæ habent Godoy, & Conet, vt supra notauimus. Si ergo eodem sensu loquitur de Relatione comparatiue ad essentiam, ac de essentia comparatiue ad Relationem, neque Relatio in Essentia, neque Essentia in Relatione obiectiue includuntur.

30 Probo iam Minorem, videlicet, quod, si Relatio in se includeretur in Essentia, esset bonus superior syllogismus. Si Relatio includeretur in Essentia, quidquid affirmaretur essentialiter de Essentia, affirmaretur verè de Relationibus: sicut in sententia de transcendentia entis quidquid conuenit enti essentialiter, conuenit etiam cuilibet differentie. Ergo, si essentia est quidditatiue Paternitas, quidquid conuenit quidditatiue Essentia, conuenit etiam Paternitati. Sed essentia conuenit quidditatiue Filialitati. Ergo & Paternitati. Dum ergo D. Thom. respondet ex eo prædictum syllogismum bonum non esse, quia prædictæ propositiones non continent sensum essentialem; sed identicum, absolutè negat vel essentiam in Relatione, vel Relationes in essentia includi quidditatiue.

31 Secundo ex hac doctrina D. Thomæ impugnatuè hæc inclusio Essentia in Relationibus prout ab aliquibus Thomistis defenditur: nimirum quatenus asserere contendunt mutuam inclusionem essentia in Relationibus, & Relationum in Essentia. Si enim daretur hæc mutua inclusio, secundum quod proprie significat inclusio quidditatiua, sequeretur nihil dicere obiectiue Relationes, nisi Essentiam, neque Essentiam, nisi Relationes. Quæ ob rem tam Essentia à Relationibus, quam Relationes ab Essentia obiectiue præscindi non valerent. Ergo neque esset assignabile obiectiue aliquid commune omnibus personis, quod obiectiue non includeret distinctionem, neque esset assignabilis ratio distinctionis, quæ non inuolueret aliquid commune. Ergo Persona (ut censuit Gregorius, & Aureolus) non constitueretur ex aliquo communi, & aliquo peculiari, sed esset vnus conceptus obiectiue obiectiue indibibilis, & inseparabilis.

32 Confirmatur. Si neque commune præscindibile est obiectiue à proprio, neque proprium à communi. Ergo quidquid affirmatur de Essentia, affirmatur de tota Persona, & quidquid affirmatur de Personalitate, etiam de tota Persona affirmabitur. Similiterque quidquid affirmatur de tota persona, affirmatur

etiam verè de Essentia prout Essentia: siquidem prout Essentia dicitur obiectiue, & quidditatiue totam Personam. Ergo, & erit triplex Essentia, quia est triplex persona, & persona erit communis eadem ratione, qua Essentia communis est. Vel, si hoc negetur, ex eo erit, quia saltem in affirmatione distinguuntur obiectiue Essentia, & Personalitas: nam si obiectiue, & quidditatiue sunt idem ad æquate: quidquid de vno vere affirmetur, affirmabitur etiam vere de alio.

33. Ulterius: non solum mutua inclusio, verum etiam inclusio Essentiæ in Relationibus, licet non mutua, impugnatur nõ in congrue parum dissimili modo arguendi. Nam, si Essentia in Relationibus includatur, parum vel nihil à Gregorio (quem communiter reprahendunt Theologi) discedimus: nec vsus nominis abstracti per contrapositionem ad concretum quidquam ad explicandum Trinitatis mysterium deseruiet. Ergo dicendum est Essentiam non includi in Relationibus. Antecedens probatur, Iuxta Theologos utilis, & necessarius est vsus nominis abstracti. N.g. *Paternitas* ad respondendum hæreticis, vt ait D. Thom. Cũ enim asseramus Personas esse vnum, & esse distinctas, oportet respondere hæreticis interrogantibus in quo sint vnum, & in quo distinguantur: ad hoc ergo (ait Suarez, qui inclusionem Essentiæ in Relationibus etiam docet) assignantur proprietates in abstracto, vt intelligamus quibus quasi formis distinguantur Personæ, quæ in Essentia habent vnitatem. Cui interrogationi respondet Gregorius Patrem distingui à Filio se ipso, seu quia Pater est. Ecce iam intentum Theologorum in inueniendis nominibus abstractis, & qua ratione asserat Gregorius nomine abstracto *Paternitas* opus non esse. Tunc sic contra inclusionem Essentiæ in Paternitate efformo discursum.

34. Si Essentia includatur obiectiue, & quidditatiue in Relationibus, neque ad æquate respondemus interrogationi Hæreticorum, nec omnino discedimus à responsione Gregorij. Ergo reiicienda est talis inclusio. Quod omnino non discedamus à responsione Gregorij, videtur mihi certum: nam, cum apud nos idem sit, obiectiue loquendo, absque vlla obiectiua præcisione *Pater*; *nitas*, ac *Pater*, cum vterque conceptus claudat Essentiam; idem erit, licet diuersis vocibus, distingui Patrem à Filio Paternitate, ac distingui se ipso: siquidem id, per quod distinguitur, ne in mente quidem obiectiue distinguitur à Patre. Ergo quoad id, per quod distinguitur, idem respondemus, quod Gregorius.

35 Deinde non adæquate satisfacimus interrogationi hereticorum: nam cum *Paternitas* idem obiectiue sit quod Pater: dicere quod Pater conuenit cum Filio in Essentia, & distinguitur per Paternitatem, idem erit ac dicere Patrem se ipso designari, & in Essentia conuenire: quo fit nunquam in Patre designari rationem distinctionis determinando aliquid Patris, in quo distinguantur.

36 Confirmatur ulterius: quia, licet nomen *Essentia* utile sit ad discernendam rationem conuenientiz: ac uero nomen *Paternitas* nullo vsui est, cui non periude sit nomen *Pater*: nam eatenus uilise esset vox *Paternitas* quatenus per hanc uocem magis, aut minus designaretur, quàm per uocem *Pater*. Sed idem omnino designatur. Ergo ad nihil peculiare deseruit.

37 Quod autem significet ipsum Patrem per modum abstracti, impertinenter se habet ad satisfaciendum interrogationi: quandoquidem hæc diuersitas non facit quod non idem penitus respondeatur per unam, ac per alteram uocem.

38 Tertio probatur dire&e hæc secunda conclusio, uel scilicet Essentiam non claudi quidditatis, & obiectiue in Relationibus. Relationes esse præscindibiles obiectiue ad Essentiam est Essentiam non includi uirtualiter, aut quidditatiue in relationibus. Sed possunt præscindi Relationes obiectiue ab Essentia. Ergo Essentia non includitur uirtualiter, & quidditatiue in Relationibus. Maior est certa iuxta sensum, in quo presentem exagitamus questionem, & consequentia est legitima. Minor ergo probatur. Aliquod predicatum possumus tribuere Relationi, quod neque adæquate, neque inadæquate possumus in sensu uero tribuere Essentiz. Ergo in affirmatione possumus obiectiue præscindere Relationes ab Essentia. Antecedens probatur in diuersis propositionibus quas catholice negare non possumus. V. g. *Paternitas refert Patrem ad Filium*. In hac propositione prædicatum referendi, nè inadæquate quidem, tribuitur Essentiz. Ergo aliquod prædicatum possumus tribuere Relationi, quod nulla prorsus ratione Essentiz tribuamus. Antecedens probatur. Essentia neque adæquate, neque inadæquate refert Patrem ad Filium. Ergo hoc prædicatum refert per hanc propositionem ueram *Paternitas refert Patrem ad Filium*, neque adæquate neque inadæquate tribuitur Filio. Idem dicendum est de hac propositione. *Paternitas distinguit Patrem à Filio*, & alijs similibus.

hunc locum probationes, quibus alias vsi sumus ad illud simile in  
centum suadendum. Pater ultra Essentiam aliquid dicit. Sed id,  
quod dicit ultra Essentiam, non involuit Essentiam. Ergo Pater  
aliquid dicit non involuens Essentiam. Consequenter est bona, ma-  
ior certa: siquidem Pater non solum dicit Essentiam communem,  
sed proprietatem personalem. Minor autem probatur. Ea ratio-  
ne, qua aliquid est ultra aliud, non involuit illud aliud. Ergo id,  
quod Pater dicit ultra Essentiam, non involuit Essentiam. Ante-  
cedens videtur mihi lumine naturæ notum: nam enidēs est præter  
omne non restare aliquid, ne dum ipsum omne. Ergo præter, & ul-  
tra aliquid, non restat, aut est illud aliquid. At qui, si id, quod est  
ultra aliquid. V.g. ultra A. involueret ipsum A, iam ultra A esset  
A: siquidem ultra A. esset aliquid involuens A. Ergo ea ratione,  
qua aliquid est ultra aliud, non involuit illud aliud.

40 Respondebis forsam: Patrem ultra Essentiam dicere  
aliquid: hoc autem ex eo verum esse: quia Pater non identificatur  
adæquatè virtualiter, & obiectivè cum Essentia; non tamen quia  
in illo complexo, quod dicitur *Pater* sit aliquid non imbibens  
Deum. Quare ly *propter*, & *ultra*, & possunt sumi *adæquatè*, & *in-  
adæquatè*: si sumantur *adæquatè*: falsum est (iuxta hanc solutionē)  
vniuersaliter loquendo in quolibet complexo involuente vnum  
constitutivum debere intelligi aliquid *propter* illud constitutivum;  
quia non semper quodlibet complexum constat ex constitutivis  
seorsim acceptibilibus. Quia propter in Patre *propter*, & *ultra* Es-  
sentiam, in adæquatè datur aliquid; hoc est: aliquid est, quod non  
est adæquatè virtualiter Deitas, siue Essentia, sed tantum in adæ-  
quatè, videlicet ipse *Pater*.

41 Sed contra. Eo ipso quod Pater in sensu virtuali  
& obiectivo dicat Essentiam, & non dicat solum Essentiam, di-  
cit aliquid præter Essentiam adæquatè. Ergo non sufficit adhi-  
bita solutio. Antecedens probatur. Intellecta Essentia tantum  
aliquid restat intelligendum, vt intelligatur Pater. Sed neque  
restat intelligenda Essentia, neque totus Pater restat intelligen-  
dus, cum iam intelligatur aliquid. Ergo aliquid restat intelligen-  
dum, quod neque est virtualiter totus Pater, neque est virtualiter  
Essentia. Sed quod distinguitur virtualiter tū à Patre, tū ab Essen-  
tia, nõ involuit Essentiā: alioquin esset virtualiter totus Pater. Ergo  
aliquid restat distinctū adæquatè ab Essentia. Sed restare aliquid  
intellecta iā Essentia, vt intelligatur Pater, est idē ea esse in Patre  
*ultra*, & *propter* Essentiā. Ergo in eo ipso quod Pater dicat Essentiā

& non dicat solum *Essequiam* dicit aliquid præter *Essentiam* adæquate.

42 Contra 2. Constitutum adæquatum alicuius complexi constituit complexum cum alio inadæquato. Sed *Essentia* est constitutum inadæquatum *Personæ*. Ergo constituit *Personam* cum alio constitutum inadæquato. Ergo *Personalitas* non involuit *Essentiam*. Probo hæc consequentiam. Si *Personalitas* involueret *Essentiam*, non inadæquate, sed adæquate constitueret *Personam*; siquidem esset *Personalitas*, & *Persona*. Sed *Personalitas*, ut potè cum qua *Essentia*, ut constitutum inadæquatum, constituit *Personam*, est etiam constitutum inadæquatum. Ergo non involuit *Essentiã*. Mai. illa, à qua tota probatio legitime descendit; videlicet: *constitutivum inadæquatum alicuius complexi constituit complexum cum alio inadæquato constitutum*, licet mihi ex terminis videtur evidens, probatur. Inadæquatum non constituit adæquatum cum adæquato, sed cum inadæquato. Ergo. Probo antecedens. In adæquatum constitutum complexum cum aliquo extremo, est illud extremum constitutum complexum cum illo inadæquato. Sed adæquatum complexi, siue complexum adæquate acceptum, non constituit se ipsum cum inadæquato, cum se ipso solum sit constitutum sui ipsius. Ergo neque inadæquatum constituit adæquatum cum ipso adæquato; sed cum alio inadæquato. Consequentia est legitima, & maior certa. Nam primum constitutum cum secundo, & secundum cum primo constitutum, idem omnino est. Minorem autem probo. Tunc dicitur extremum A. constitutum aliquid complexum cum alio. V. g. B. quando ad tale complexum non solum requiritur A. sed etiam præter A. requiritur B. Sed ultra complexum, nihil requiritur ad complexum. Ergo complexum non constituit complexum cum alio extremo; sed solum se ipso.

43 Contra 3. qui accipit mentaliter hæc terminum *Essentia* accipit mentaliter aliquid huius complexi *Pater*, & non accipit mente totum *Patrem*. Ergo aliquid huius complexi *Pater* in acceptum relinquitur. Ergo in complete accipit, & in complete relinquit. Ergo aliquid est in completum (intellige virtualiter, & obiective) in hoc complexo *Pater* distinctum virtualiter ab ipso complexo, quod mente non accipitur, quando mente accipitur *Essentia*. Hic discursus nititur illi principio. *Quando aliquid totius, & non totum accipitur, aliquid totius, & non totum relinquitur*. Quod principium mihi videtur evidens.

præscindi obiectivè ab Essentia, non posset attingi mentaliter Essentia, aut affirmari, non tacto & affirmato Patre. Sed potest, ut supra probavimus, attingi, & affirmari Essentia, quin attingatur, aut affirmetur Pater. Ergo potest Paternitas præscindi obiectivè ab Essentia. Maior, in qua est difficultas, probatur. Si non posset intelligi, aut assumi mentaliter Paternitas sine Essentia, dū attingeretur Essentia per hunc terminum *Essentia*, non totaliter maneret intactus Pater: non partialiter, & inadæquatè. Ergo nulla ratione maneret intactus. Ergo semper ac attingeretur Essentia, attingeretur Pater. Prima pars antecedentis est certa, nimirum, quod non totaliter maneret intactus Pater, quando quidè attingeretur partialiter, & inadæquatè, nempe secundum Essentiam. Secunda vero pars, nimirum, quod non maneret inadæquatè intactus, etiam probatur. Quia, si maneret inadæquatè intactus, per hanc ipsam propositionem, per quam id dicitur, attingeretur illud inadæquatum, secundum quod non attingitur Pater. Ergo præscinderetur Paternitas ab Essentia. Patet consequentia: quia illud inadæquatum, secundum quod non attingitur Pater, & distinguitur in esse obiecti ab Essentia, secundum quam attingitur, & non involuit ipsam, quod enim involuit Essentiam, non est inadæquatum, sed adæquatum Patris. Ergo inadæquatum Patris non tactum per illam cognitionem *Essentia*, est Paternitas prout non involvens essentiam, & prout præscindens obiectivè ab Essentia.

## SECT. IV.

## Solvuntur obiectiones.

45 **O**B. 1. Concretum; & abstractum in divinis non differunt obiectivè, sed tantum ex modo significandi, ut patet in his *Deus, Deitas*. Ergo *Persona, & Personalitas*, quæ sunt concretum, & abstractum, idem obiectivè dicunt, solumque ex parte modi significandi distinguuntur. Antecedens constat ex modo loquendi Patrum confundentium *subsistentiam* cum *substantia*, & *Hypostasim*, quæ est *Personalitas* cum *Persona*, in cuius cõ-

firmationem plurima possent Conciliorum, & Patrum testimonio  
nia proferri.

46. Respondeo: negando maiorem vniuersaliter sumptam  
tamquam, licet verum sit in aliquibus conceptibus obiectiuis idē  
omnino vno, quam altero nomine significari propter in distinc-  
tionem adhuc virtualem vnius, & alterius v.g. *Deus, Deitas*: hoc  
tamen verum non est in omnibus. Et quamvis P.P. sepius ab-  
STRACTA pro concretis accipiant; hoc tunc duntaxat evenit, quan-  
do opus non est vnum ab altero discernere ad præcauendum ali-  
quem errorem, vel ad docendam aliquam veritatem. At veroin  
alijs casibus, in quibus comparant abstracta cum concretis, eis præ-  
dicata diuersa attribuunt, vnumque per aliud constituunt, & non  
ē conuerso: plane ex parte obiecti, sine obiectiue, abstracta, & con-  
creta inter se discernunt. Aliter enim veritates catholicas aduer-  
sus hæreticos stabilire non possent.

45. Confirmatur quia, vt sapienter obseruauit Alexād.  
3. p. q. 68. memb. 5. art. 6. post medium: in primitiua Ecclesia non  
erant nomina abstracta; sed pullulantibus hæresibus inuenta sunt  
à Catholicis ad conuincendos eorum errores. Si autem solo mo-  
do significandi distinguerentur, exigui emolumenti forent ad Pa-  
trum intentum, præsertim in Trinitate: vbi opus erat assignare  
in quo personæ conuenerent, & in qua ab inuicem realem distinc-  
tionem sortirentur.

48. Obijcitur D. Thom. cum quæst. 33. vbi ait *communis  
nomen absolute dicta esse de intellectu propriorum*: tum 1. ad Anibal-  
dum dist. 33. quæst. vnica vbi asserit Essentiam, & attributa præ-  
dicari Essentialiter de Relationibus. Sed quod prædicatur  
essentialiter de aliquo subiecto, imbibitur essentialiter in eo obie-  
cto. Ergo Essentia iuxta D. Thomam includitur in Relationi-  
bus.

49. Respondeo D. Thomam ex eo dixisse communia  
absolute dicta, esse de intellectu propriorum: non quia includantur  
in eis obiectiue, & virtualiter; sed quia non possunt intelligi  
Relationes vt tales, nisi per ordinem ad absoluta: & quia intelli-  
gantur personæ, inter quas versatur Relatio. Modo quo in-  
treatis. ( etiam supposito Relationem Paternitatis esse quid  
distinctum à fundamento, & termino, & ratione fundandi ) Pa-  
ternitas nequit intelligi, quin intelligantur Pater, & Filius: non  
se inclusi in Paternitate, sed vt extrema, inter quæ versatur Pa-  
ternitas Relatio. Pariter ergo in nostro casu, nequit intelligi Pa-  
ternitas

ternitas; quin intelligatur Essentia, ut inclusa in Patre non quidem quia Essentia diuina includatur in Paternitate, sed quia Essentia constituit Personam, quæ refertur, & ad cognoscendam Relationem ut talem, opus est cognoscere Personam, quæ per eam refertur.

50

Ad secundum, quod adducitur ex D. Thoma respondeo per *ly essentialiter predicari* non aliud intellexisse, quam in conceptu obiectiuo Relationum. inuolui determinationem intrinsecam ad identitatem cum Essentia: imò hanc determinationem esse de conceptu virtuali, & constitutiuo Relationis; non vero ipsam Essentiam constituere Relationes. Porro ut possit dici aliquid predicari essentialiter de alio, non opus est quod predicatum includatur in subiecto, sed sufficit quod ex cõceptu suo dicat intrinsecam determinationem ad identitatem cū predicato.

51

Ob. 3. Inter Relationes, & Essentiam ponere debemus omnem, & strictiorem identitatem, quæ absque in comò modo poni possit. Sed ex vna parte identitas per inclusionem virtualem, & obiectiuam, est strictior identitate purè reali & ex alia nullum in commodum sequitur ex eo quod Relationes includant virtualiter, & quidditatiuè Essentiam. Ergo adstruenda est eiusmodi virtualis inclusio. Maior est certa, & consequentia bona. Minor quoad secundam partem, in quæ est difficultas, probatur. Si aliquid esset in conueniens, maxime, quia, si Essentia non se sola, sed cum alio aliquo constituit Personam, illud aliud debet nõ inuoluere Essentiam, quatenus verum esset vniuersaliter loquendo quod id, quod constituit complexum aliquod cum alio constitutiuo, debet non includi in alio constitutiuo. At hoc principium est falsum. Ergo potissimum fundamentum nostræ assertionis solidum, & firmum non est. Consequentia est bona, & maior constat ex omnibus fermè nostris probationibus, siquidem ferè omnes nituntur in eo, quod omne complexum dicere debet duo in complexa se mutuo constitutiue excludentia. Minor probatur ex communissima, & mihi probabiliori sententia de transièdentia entis. Iuxta quam sententiam, quilibet conceptus obiectiuus constituitur ex ente, & alio conceptu includente etiam rationem entis, quin ad aliquam differentiam peruenire possimus, quæ rationem entis formaliter non includat. Ergo non absolute verum est entitatem cõplexã dicere debere in cõplexa adæquatè distincta. Ergo in nostro casu etiã poterit dici Personã Patris v. g.



constare ex Essentia, & Paternitate, quæ Personalitas non distinguitur virtualiter ab Essentia; sed illam potius virtualiter includat, quin ad ullam diuinam formalitatem peruenire possimus, quæ essentiam diuinam virtualiter, & obiectiuè non includat.

52 Pro responsione: concessa maiori: nego minorem quoad secundam partem. Ad huius secundæ partis probationem: distinguo minorem. Principium illud vniuersale de distinctione adæquata constitutiuiorum alicuius complexi vniuersaliter loquendo est falsum: loquendo de distinctione purè mentali formali: concedo: de distinctione vel reali, vel virtuali, vel obiectiua: nego minorem. Et nego consequentiam.

53 Declaratur hæc doctrina. Duplex est sententia circa præcisionem prædicatorum, quæ inter se omnino realiter identificantur: alia, quæ asserit distinctionem logicam, aut metaphysicam horum prædicatorum, non aliter quam per præcisionem obiectiuam fieri: alia, quæ solum admittit præcisionem formalem. Si distinctio fiat per præcisionem obiectiuam, verè, & realiter non attingitur per vnã cognitionem, quod per aliam cognoscitur. Si vero solū interueniat præcisio formalis, quicquid attingitur per vnã cognitionem, attingitur per aliam totaque distinctio præcisæ est quoad apparentiam.

54 Dico ergo: quod, si distinctio formalitatum, aut prædicatorum fieret per præcisionem obiectiuam, nullatenus posset ens præscindi à differentijs, neque differentia abente: quam ob rem sententia de transcendentia entis prout communiter defenditur, nequit componi cum sententia de præcisionibus obiectiuis.

55 Igitur sententia de transcendentia entis apud præscindentes obiectiue sic est intelligenda. Nullum est prædicatum, quod non sit quidditariue, & obiectiue ens: quia sub hoc nomine *ens* non intelligitur alia ratio communis omnibus entibus distincta obiectiue, aut virtualiter à differentijs, sed intelliguntur confusa omnia entia, omnia prædicata, omnisque omnino conceptus obiectiuus. Hinc deducitur apud AA. distinguentes formalitates per præcisionem obiectiuam, non dari conceptum vniucum entis, sed vel æquiuocum, vel analogum: quia per hanc cognitionem *ens* non fit præcisio, sed solum confusio: cognoscendo omnia ex parte obiecti secundum proprias, & differentiales rationes.

56 Itaque Authores præscindentes obiectiue solum concedunt rationem entis id, quod omni prædicato concedimus,  
qui

qui præcisiones obiectiuas negamus, & solum formales concedi mus: nimirum per hanc cognitionem *ens* confundi omnia entia minimèque vnum ab alio mentaliter discerni. Cum autem præscindentes obiectiuè non aliter prædicata dislinguant, rationes vniùs uocas statuunt, genera, & species constituant, nisi per præcisiones obiectiuas hinc inferunt *ens* neque vniuersum, aut genus, aut speciem esse, sed esse conceptum æquiuocum siue analogum, quia nõ præscinditur à differentijs.

57 Hinc patet iuxta hanc sententiam de præcisionibus obiectiuis, non dicendum esse *ens* præscindi à differentijs, & non è conuerso, ex eo, quod *ens* includatur indifferentijs, differentiaæ vero non includatur in ente. Non, inquam, si propriè loquendum sit, ita differendum est; sed potius dicendum est *ens* non præscindi à differentijs; imò neque differentiam distingui formaliter ab ente; neque *ens* à differentia: quia obiectiuè loquendo *ens*, & differentia quælibet idem sunt, etiam in esse obiecti: & ubi non datur præcisio in esse obiecti, non datur, iuxta eam sententiam, distinctio formalitatum. Ex quo tandem colligitur *rationale*, & idem dictum puta de quolibet alia differentia, non dicere obiectiuè duo constitutiva, quorum vnum sit *ens*, & alterum *rationalitas*, quia ubi non est distinctio, non est dualitas. Neque *rationalitas* distinguitur aut præscinditur obiectiuè ab ente, neque *ens* distinguitur, aut præscinditur obiectiuè à *rationalitate*. Quam ob rem iuxta sententiam de præcisionibus obiectiuis non includitur obiectiuè *ens* indifferentijs, potius quam differentia in ente, sed potius *ens*, & differentia quælibet idem ad æquatè virtualiter, & obiectiuè sunt.

58 In sententia vero de præcisionibus purè formalibus: concedo. *Ens* transcendere differentias, differentias vero nõ transcendere *ens*, & consequenter *rationale* v.g. constitui ex ente & ex alia formalitate includente etiam *ens*, quin vnumquam perueniamus ab aliquam differentiam, quæ *ens* formaliter nõ includat. Sed, adhuc concessio hoc, perperam quaritur paritas ex transcendentia logica entis per inclusionem purè formalem ad transcendentiam virtualem, & obiectiuam Essentia diuinæ in proprietatibus personalibus.

59 Ratio disparitatis facile colligitur ex ipsa natura distinctionis, & identitatis purè formalis. Nam quamlibet formalitatem esse formaliter *ens* nihil aliud est quam quamlibet expressionem æqualere in claritate expressioni respondenti termino *ens*: &

propter eandem rationem *ens* non dicere formaliter *rationale* neque ullam aliam differentiam, est hanc cognitionem *ens* non equivalere in claritate huic cognitioni *Rationale*. *Ens* autem imbibit formaliter in quolibet conceptu, erit, nullam esse cognitionem, que non æquivalet in claritate cognitioni *ens*: imò, & superet. Quando vero dicimus *ens* constituere *rationale* solum id affirmamus quoad æquivalentiam, id est *rationale* æquivalere cognitioni *ens*: non quod ex parte obiecti sit *ens*, & aliquid aliud, sed quod cognitio *Rationale*, æquivalet cognitioni *ens*, quin *ens* æquivalet cognitioni *Rationale*. Cum autem hæc non sit aliqua constitutio, ne obiectiva quidem: ideo ex transcendentia formalis *entis* non recta sumitur paritas ad transcendentiam obiectivam.

60. Nec obstat modus loquendi, quo dicimus *Rationale* se dicere *ens*, & aliquid aliud imbibens *ens*: quia hoc solum dicit cognitionem *Rationale* æquivalere, tum cognitioni *ens*, tum alteri cognitioni æquivalenti etiam cognitioni *ens*. Quod vero vna cognitio æquivalet duabus cognitionibus, ex quibus secunda æquivalet primæ, in commodum non est: quia non æquivalet secundæ secundum quod secunda non æquivalet primæ: hoc enim non est de conceptu æquivalentis duplici extremo. At vero vnum includi in alio, & illud adæquatè constituere, necessario importat præter illud vnum, reperiri aliquid nõ involuens illud vnum: nã quod constituit cum alio, constituit secundum quod addit supra illud aliud; non secundum quod involuit ipsum: quia de conceptu constitutiui in adæquati est constituere cum alio in adæquato: nã pars constituit totum cum parte, non cum toto.

61. Hinc in forma ad argumentum propositum num. 15, nego minorem primi syllogismi. Ad eius probationem. Distinguo maiorem. Ideo hoc esset verum, quatenus verum esset vniuersaliter loquendo quod id, quod constituit complexum aliquod cum alio constitutiuo, debet non includi in alio constitutiuo: loquendo de constitutione propria, siue physica, siue quidditativa, siue obiectiva: concedo: loquendo de constitutione improprissima, quæ solum consistit in æquivalentia quoad claritatem ad aliquas cognitiones, nego maiorem: & distincta minori iuxta hanc doctrinam: neganda est consequentia. Cum igitur inclusio formalis *entis* sit in omnibus conceptibus solum sit per æquivalentiam cuiuslibet cognitionis ad cognitionem *ens*, non vero per veram inclusionem, aut physicam, aut obiectivam: hinc deducitur inter vnam, & alteram inclusionem paritatem non esse.

62 Ob. 4. cum P. Suarez. Quælibet Relatio diuina Paternitas v. g. est Deus. Ergo est essentialiter Deus. Ergo includit in suo conceptu essentiali Deitatem. Secunda consequentia legitime deducitur ex prima, & antecedens est certum. Probatur ergo prima consequentia, in qua est difficultas. Primo: quia quidquid est Deus, est summe perfectum, quod esse, aut concipi potest. Sed maioris perfectionis est includere essentialiter Deitatem, quam quocumque alio modo. Ergo quidquid est Deus, est essentialiter Deus. Secundo: quia ipsamet denominatio Dei est denominatio essentialis; nam sumitur à natura essentialiter constituyente eam. Ergo cuiuscumque conuenit denominatio Dei, conuenit essentialiter: & consequenter conuenit essentialiter cuiuslibet formalitati diuinae. Ergo nihil erit in Deo, in quo non intime, & essentialiter non includatur diuinitas.

Concesso antecedenti, negatur consequentia in sensu intento à P. Suarez. nempe esse Deum, siue Deitatem ipsam includi obiectiue in qualibet formalitate diuina. Ad primam probationem, concessam maiori, nego minorem: nam non est perfectior inclusio obiectiua Deitatis, quam identitas pure realis cum Deitate: nam quid reuera est aliquid omnino realiter, ex hoc præcise capite est æque perfectum, ac illud aliquid, cum quo identificatur. Ad secundam probationem: distinguo antecedens. Denominatio Dei, utpote proueniens ab essentia, est essentialis: prout denominatio essentialis distinguitur à personali: concedo: prout denominatio essentialis distinguitur ab identitate: nego antecedens. Et deinde distinguo consequens eodem modo: ergo quidquid est Deus, est essentialiter prout ly essentialiter distinguitur à Personaliter: concedo: prout distinguitur ab identitate: nego consequentiam. Et deinde: nego ultimam consequentiam: quia esse essentialiter, prout esse essentialiter distinguitur à personali: est quod ea denominatio proueniat à natura diuina, & non à Relationibus: non vero est quod ea denominatio includatur in subiecto (videlicet in Paternitate) de quo affirmatur prædicta denominatio.

63 Itaque hic conceptus Essentialiter in diuinis: dupliciter accipitur: primo pro constitutivo in esse talis. Secundo pro proueniente formaliter ab Essentia prout virtualiter distincta à Relationibus, & secundum quod dicit commune tribus personis. In prima acceptione conuenire aliquid essentialiter contraponitur huic conceptui conuenire aliquid pure identice realiter: quia quod conuenit alicui essentialiter hac ratione, virtualiter includitur in illo: quia propter non pure identice realiter

se habet respectu illius. In secunda acceptione conuenire aliquid essentialiter, est non esse predicatum personale, imò neque attributale (in sententia distinguente virtualiter attributa ab Essentia) sed predicatum proueniens formaliter à natura diuina, secundum quod præcisse est natura diuina. Quando ergo quaerimus, an prædicatio Essentia de Relationibus sit prædicatio essentialis, nõ loquimur in hoc secundo sensu, de quo dubiũ nequit esse; sed in primo: an uidelicet Essentia prædicetur ut constitutum de constituto, & ut inclusum de includente? Quam ob rem vnum *essentialiter* nõ arguit aliud *essentialiter*, de quo præsens instituitur questio.

64 Ob. 5. cum Illustrissimo Godoy, & cum Gonet. Si Relatio non clauderet in suo conceptu Essentiam diuinam, cum etiam apud nos Essentia non includat Relationem, fieret Essentiã & Relationem mutuo se essentialiter excludere. Sed hoc repugnat summæ Dei simplicitati. Ergo & quod personalitas non includat obiectiue, & quidditatiuè Essentiam. Minor, in qua est difficultas, varie probatur. Primo, Ex conceptibus mutuo se excludentibus non potest non resultare compositio, saltem rationis, aut virtualis. At hoc cum omnimoda simplicitate diuinarum Relationum stare non potest. Ergo impossibile est, quod Relationes, & Essentia mutuo se excludant.

65 Secundo: quidquid prædicatur de quolibet conceptu obiectiuo diuino, debet prædicari de illo cum summa vnitate possibili. At vnitas inclusionis essentialis maior est, quam vnitas solum identitas realis, & alias est possibilis: siquidem iudicant aduersarij nostra argumenta sufficienter dissolui. Ergo dum de Paternitate prædicatur Essentia, & de Essentia prædicatur Paternitas, debent prædicari per inclusionem essentialem.

66 Tertio: quia, si mutuo se excluderent hi cõceptus obiectiuĩ, vnus se haberet in potentia ad aliud. At hoc repugnat summæ, & infinitæ actualitati diuinæ. Ergo nõ possunt se mutuo excludere.

67 Respondeo in negando maiorem primi syllogismi. Ad eius probationem primam respondeo: in conueniens non esse dari compositionem rationis, id est, à nobis cõcipi Personam ad modum rei compositæ. Ceterum dari compositionem virtualem, cū distinctione accipiendum est: quia, cum dari aliquid virtualiter sic dari per æquivalentiam: & neque detur æquivalentia in ordine ad omnia, neque sufficiat dari in ordine ad aliqua, determinandum est munes, seu prædicatum cõpositionis realis, in ordine ad quod datur eius modi æquivalentia, ne cõfusse, & Indiscriminatim

procedamus. Dico ergo Patrem, & idem est de alia Persona Trinitatis, admittere virtualiter compositionem, siue aequaliter; in ordine ad hoc quod est constare ex cōceptibus obiectiuis seorsim acceptibilibus, & quibus contradictoria predicata conveniant; secus vero in ordine ad alia munera, seu predicata, quæ in perfectionem involuunt. Hæc vero virtualis compositio nullam dicit imperfectionem, quemadmodum imperfectio non est in divinis virtuales distinctionem reperiri.

68 Ad secundam probationem: facile respondo: concessa maiori, & transmissa minori quoad primam partem negando secundam: ex eo quod nostris probationibus existimemus (sicut, & ceteri omnes) non planè ab adversarijs fieri satis.

69 Ad tertiam: respondeo: ex nostra sententia nõ sequi Relationem divinam, aut divinam Essentiam esse physicè in potentia; sed tantum nostro modo concipiendi, siue per rationem, quod inconveniens non est. Imò, si velis, poteris absolutè asserere Relationem. V.g. Paternitatem, ne per rationem quidem esse in potentia ad Essentiam: quia esse in potentia dicit non habere in suo conceptu identitatem cum termino, ad quem est potentia. Cum ergo Paternitas, tametsi in suo conceptu obiectivo non includat Essentiam, includat tamen identitatem realem cum illa, nõ de conceptu obiectivo Paternitatis est identificari realiter cum Essentia distincta virtualiter à Paternitate: hoc fit Paternitatem non esse in potentia, adhuc per rationem, ad Essentiam; sed in actu non actu, quo virtualiter fit Essentia; sed actu, quo virtualiter fit identitas realis cum Essentia: qui actus sufficit ad excludendam rationem potentiz.



## QVÆST. IX.

*Vtrum Relationes, seu subsistentiæ diuinæ, prout virtualiter distinctæ ab Essentia, dicant aliquod esse, & aliquam perfectionem?*

**T**Ria solent sub præfixo titulo examinari. Primum: an Relatio prout virtualiter distincta ab Essentia sit aliquid, seu aliqua res, aut ens, prout ens præscindit ab existentia? Hoc est: an Relatio, prout sic distincta, habeat aliquod prædicatum, ratione cuius possit dici esse triplex ens relatiuum? Secundum est: an Relatio, prout virtualiter distincta ab Essentia, sit existens virtualiter à se ipsa. Tertium, quod solet inquiri, est: an Relatio addat supra Essentiam perfectionem aliquam? De his omnibus seorsim agemus.

## SECT. I.

*Vtrum Relatio prout virtualiter distincta ab Essentia dicat aliquod esse?*

**A** Pluribus quoad speciem defenditur pars negatiua, verum ferè omnes loquuntur de esse existentiæ, seu existentia, quamobrem, solus vnus, vel alter est, qui Relationibus diuinis, prout distinctis virtualiter ab Essentia, negat aliquod esse, prout esse ab *existere* præscindit.

**2** Dico ergo cum communi Theologorum Relationem prout distinctam virtualiter ab Essentia habere proprium, & verum esse (intellige relatiuum) esse verè, & propriè ens, similiterque esse aliquam rem. Hac conclusio probatur, Relatio prout sic distincta

distincta non est purum nihil. Ergo prout sic distincta est aliquid, Consequentia est legitima; quia non esse purum nihil est formaliter esse aliquid. Si ergo Relatio prout sic distincta non est purum nihil, erit necessario aliquid. Antecedens probatur. Relatio diuina prout virtualiter distincta ab Essentia est constituens personam diuinam. At hoc est esse non purum nihil. Ergo prout sic distincta, est non purum nihil.

3. Confirmatur. Pater non solum dicit Essentiam; verum etiam Relationem, ita ut id, quod est in Patre ultra Essentiam, vere, & realiter constituat Patrem. Sed quod reuera constituit Patrem, reuera aliquod esse habet, & aliquam entitatem, licet relationam. Ergo Relatio secundum id, quod addit supra Essentiam, est aliquid reale. Confirmatur. 2. Relatio est vere, & realiter Relatio prout sic distincta. Ergo Relatio à se ipsa habet identitatem veram, & realem cum Relatione. Ergo à se ipsa habet esse verum ens. Hæc vltima consequentia probatur. Esse ens, prout distinguitur à puro nihil, est habere veram identitatem secum ipso. Si ergo Relatio prout distincta virtualiter ab Essentia habet veram identitatem secum ipsa, erit prout sic distincta verum ens. Iam prima consequentia probatur. Quodlibet se ipso est id, quod est, si ergo Relatio identificatur secum se ipsa, habebit se ipsa ita identificari. Hoc vltimum antecedens mihi certissimum est. Tum, quia quod A. se ipso sit A, nihil aliud est quam quod A. ut A, sit A. Sed A. ut A. est A. Ergo se ipso est A. Tum etiam: quia A. opponi contradictoriè cum non A, est esse A. Sed A. se ipsa opponitur cum non A; siquidem qualibet res opponitur contradictoriè cum suo contradictorio. Ergo A. se ipso est A. consequenterque se ipso est quod est; ergo Relatio se ipsa est Relatio, & se ipsa habet identitatem realem secum ipsa. Consequenterque se ipsa erit ens.

4. Probatur vterius nostra sententia. Pater distinguitur à Filio verè, & realiter. Ergo distinguitur à Deo secundum aliquid reale. Sed solum distinguitur secundum Relationem ut non involuentem Essentiam. Ergo Relatio non involuens Essentiam est aliquid reale. Prima consequentia, à qua totum argumentum dependet, videtur mihi legitima: nam distinctio simpliciter realis debet esse inter extrema realia. Si enim nihil est reale, secundum quod sit distinctio, distinctio non erit realis; sed qualia fuerint extrema, interque versatur. Cum igitur Pater, verè propriè, & positivè sit distinctus à Filio, necessario debet dari aliquid in



in Patre verum, & reale, quod non sit in Filio. Ergo Relatio secundum quod non est in Filio (secundumque conceptum non involvit Essentiam) est aliquid reale. Ergo Relatio prout distincta virtualiter ab Essentia, seu prout non involvens Essentiam, est aliquid reale.

5 Ob. ex doctrina P. Quir. Relatio formaliter vt talis, secundum quod realiter distinguitur ab alia, solum dicit differentiam entis diuini, & modum eiusmodi entis. Sed differentia, & modus entis, secundum talem conceptum, non sunt formaliter ens. Ergo Relatio formaliter vt talis, secundum quod realiter distinguitur ab alia, non est formaliter ens diuinum. Consequenter est legitimam minor supponitur ab hoc authore ex Metaphysica vbi dicit probare differentiam entis non involuere formaliter ens, seu ens non transcendere differentias. Maior igitur probatur à P. Quir.

6 Primo: quia sic facile illigitur quo pacto Pater, & Filii sint simpliciter eiusdem entitatis, iuxta illud Ioann. 10. *Ego, & Pater vnum sumus.* Et etiam quo pacto verificetur quod sine vna summa res eadem omnino, necnon qua ratione Pater dedit Filio totam substantiam iuxta Lateranense Concilium in cap. *Damnatus* de summa Trinitate. Quæ omnia agrè componuntur, si Relatio sit aliquid reale. Secundo probat eandem maiorem iuxta Theologorum receptum axioma: *Omnia sunt vnum in diuinis, nisi in præciso conceptu Relationis.* Sed præcisus conceptus Relationis in diuinis est modus essendi illud vnum. Ergo præcisus conceptus Relationis diuinæ solum est formaliter differentia, & modus essendi entis diuini.

7 Hoc argumentum satis debile est. Resp. Relationem esse differentiam entis diuini in vno sensu, secus in altero. Est, inquam, differentia entis diuini quatenus Relatio Essentiam ex se indifferentem determinat ad hoc, vt sit Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; non vero est differentia quatenus contrahit prædicatum commune entis diuini ad hoc ens determinatum, vel illud ens determinatum. Admitto ergo differentiam non involuere rationem superiorem: cum autem Relatio solum sit differentia Essentia modo explicato; non autem rationis communis entis diuini. Ideo solum inferitur relationem secundum se non involuere Essentiam, non autem non esse ens reale diuinum.

8 Cæterum concedamus Relationes esse differentias entis diuini, ex hoc ipso colligo debere in se includere rationem entis

ris diuini; nam, vt ostendi in metaphysica, ratio entis imbibitur formaliter in differentijs entis, ita vt necessario debeat dari aliquid, quia ratio communissima *entis*, quæ in omnibus conceptibus reperitur; alioquin nulla esset differentia vera. De hac quæst. nõ est hic agendum; quia ad metaphysicam, seu logicam; non ad tractatum Theologicum omnium grauissimum spectat.

9 Deinde admitto rationem entis non transcendere differentias entis ex modo nostro concipiendi; secus autem est in conceptu obiectiuo, obiectiuè enim loquendo, quælibet differentia entis est ens. Ex quo colligo, quod, adhuc dato quod Relatio esset differentia entis diuini, hoc non tolleretur quominus obiectiuè esset ens diuinum, quia quod ex modo nostro concipiendi differentia entis non imbibat ens, non probat, quod ex parte obiecti illud non imbibatur; quod opus erat ad probandum ex hac paritate Relationem non esse, ens reale secundum suum conceptum obiectiuum.

10 Ad id, quod dicitur: nimirum cum hac doctrina reuocari de componi, quod tres personæ sint vnica res. Respondeo: hac doctrina opus non esse ad id verificandum in sensu à Concilio, & PP. intento, quia PP. & concilia ibi sumunt hoc nomen *res* pro *Essentia*, siue *Natura*, & non in alio sensu. Cumque Personæ eadè consent naturam hinc sit esse vnica, & eandem rem. Quod autem tres Personæ non sint tres res, prout res opponitur nihilo, nec fuit, nec potuit esse PP. intentum, Si enim absolutè asserunt esse tres personas, nescio qua ratione renuant concedere esse tres res, prout res precise est aliquid. Si enim hoc negarent, & personas cõcederent, nescio quo iure personas esse aliquid posset defendi.

11 Ob. 2. & est totum robur oppositæ sententiæ. Reuocari stat numerus realis Relationum, licet non detur numerus absolutè entium *substantiuè*, seu, licet ratio *entis* absolutè non multiplicetur. Atqui pro mysterio Trinitatis defendenda est summa vnitas, quæ potest defendi absque præiudicio Trinitatis personarum, & Relationum. Ergo non debet dari in Relationibus multiplicatio entium, sed omnimoda vnitas. Consequentia est bona, & minor videtur commune Theolog. axioma. Maior igitur, in qua potest esse difficultas, probatur. Eo ipso quod Relationes identificentur cum ente, erunt tria identificata cum ente, quin sit triplex ens; sed ad salvandum numerum ternarium sufficiunt tria identificata cum ente. Ergo ad salvandum numerum ternarium Relationum, non requiritur multiplex ens. Minor videtur certa, & consequens:

quentia legitimā. Maior probatur à paritate. Quemadmodum enim tres diuinizantur ab vna diuinitate, poterunt etiam constitui in ratione entis ab vno. Ergo eo ipso quod Relationes identificentur eum ente, sequuntur tria identificata eum ente, quin sit triplex ens.

12 Respondeo implicari terminos, dum dicitur tria identificari eum ente, & non illigi tria entiam nam illa tria, quae identificantur eum ipso vno, & in se multiplicantur, tria relatiua nõ chimerica, neque ficticia, neque parum nihil sunt. Igitur entia. Tria enim vel sunt realia, vel ficticia, vel praesidentia. Hoc vltimum imperceptibile est, deinde illa tria non sunt ficticia. Ergo realia, ergo multiplicatur aliquid reale.

13 In hoc igitur apparet disparitas respectu trium, quae diuinizantur vnica diuinitate: nam illa tria, vt praecise tria, non dicunt diuinitatem, quare in ratione trium, secundum quam multiplicantur, Deitatem non involuunt: tria, vt praecise tria, dicunt realitatem, & ens. Quae propter, vt tria, & vt multiplicata, involuunt ens, consequenterque multiplicatur rationem entis.

14 Hinc ad argumentum in forma: nego primam maiorem. Ad probationem huius: respondeo implicatoriam esse maiorem, nempe quod tria identificentur eum ente, quia fiat tria entia, siquidem tria vt tria, tria entia sunt. Ly enim *tria*, quod adiectiuum est, supra aliquod substantiuum appellare debet, nullumque aliud substantiuum est, quod potiori iure intelligi debeat propter rationes supra assignatas.

15 Ob. 3. Non sunt in Deo tres aeternitates, neque tres immensitates, adhuc relatiuae: alioquin essent tres aeterni, & tres immensi contra Symbolū Athanasij ergo neque tres entitates. Nõ enim est maior ratio vnus, quam alterius. Respondeo transmissio antecedente: negando consequentiam. Ratio disparitatis est: quia ratio entis prout opponitur nihilo, & fictio, transcendit realiter (quidquid sit de transcendentia mentali) omnem conceptum verum, & non fictum; secus ratio durationis, & vbiuationis, quare eo ipso, quod in Deo sit numerus ternarius verus, & non fictus, debet esse triplex ens in eo ipso conceptu. Ceterum non eo ipso, quod sit numerus ternarius, inferitur, quod Relationes se ipsis distinguant, & se ipsis constituantur in loco; cum hic effectus à forma superaddita, vel quasi forma possit provenire: ob idque non tenet paritas de duratione, & praesentia, ad entitatem.

## SECT. II.

*Verum dantur in diuinis tres existentia Relatiuae*

16 **M**aius dubium versatur circa secundam difficultatem in qua  
miramur an in Deo dentur tres existentia Relatiuae, vel  
potius tres Relationes existant indissimiliter ab Es-  
sentia, ita vt Essentia sit ratio formalissima existendi Relationes.  
Si Essentia sit existentia Relationum, ipsa precise secundum quod  
inter se distinguuntur, non habebunt esse actuale, quandoquidem  
actualitas, sine existentia proueniet illis ab Essentia, à qua secun-  
dam illum conceptum praescindunt.

17 Non esse tres existentias Relatiuas in Deo; sed tres  
personas omnino existere per Essentiam Diuinam, tanquam per  
earum existentiam, tenent Capreol. Canar. & Thomist. quos re-  
fert, & sequitur Vazquez disp. 126. cap. 2. & 3. Hanc sententiam  
tenent Ruiz de Montoya disp. 35. Grad. tract. 5. disp. 1. sect.  
3. num. 21. Albiz disp. 10. sect. 3. & in hac sententiâ maximopere  
inclinat P. Quiros in 1. p. tract. 7. disp. 13. sect. 3. & 4. Dari in Deo  
tres existentias Relatiuas tenet P. Suarez hic lib. 3. cap. 5. & de  
Incarn. disp. 17. sect. 1. Artubal disp. 114. cap. 3. Zuñiga disp. 53.  
dub. 1. n. 2. & apud eos alij.

18 Hæc sententia mihi verior videtur. Caterum: ante  
illius probationem, distinguendus est duplex sensus quæ-  
stionis. Primus est. An tres existentia Relatiuae sint per quas Rela-  
tiones existant, sine etiam existant, sine non, per Essentiam, vt di-  
stinctam virtualiter à Relationibus? Secundus sensus quæstionis  
est. An ita Relationes se ipsæ existant, vt nullo modo existant per  
Essentiam?

19 Sic igitur 1. nostra conclusio. Dantur in Deo tres exis-  
tentia Relatiuae, per quas Relationes existunt: hoc est: Relatio-  
nes diuine se ipsis formaliter sunt existentes, sine etiam existant  
per Essentiam, sine secus, de quo infra. Probatur hæc conclusio  
ex doctrina generali circa existentiam rerum, tradendam in me-  
th. Existentia rei est id, per quod res excludit, à rerum  
natura secundum contradictorijum actuale, sine sum non esse actuale.

Sed Relationes se ipsis excludunt à rerum natura suam non esse actuale. Ergo Relationes se ipsis existunt, siue sunt sua existentia. Consequentia est legitima, & maior est definitio existentie: Minor igitur probatur. Relatio v.g. *Paternitas* se ipsa, prout distincta virtualiter ab Essentia, & secundum quod non involuit Essentiam, est *Paternitas* actus. Ergo secundum quod non involuit Essentiam, excludit actualiter suam non esse. Consequentia est bona, quia esse actus Paternitatem, est actu excludi non esse Paternitatem. Antecedens probatur. Paternitas secundum quod non involuit Essentiam, est Paternitas. Sed hoc esse non esse præcise ab esse actuali. Ergo Paternitas prout non involvens Essentiam, est actualiter Paternitas. Minor probatur. Esse Paternitatis non involvens Essentiam est esse plusquam possibile. Ergo actuale. Hoc verum antecedens mihi certum est: quia esse qualecumque Relationis non habet præcise posse esse, sed verè, & realiter, & actu aliter est. Ergo, &c.

20 Dices 1. Relationem se ipsa esse existentem *ut quod*, quod solum probat argumentum factum; non autem se ipsa esse existentem *ut quo*, quod opus erat, ut esset sua existentia. Existentia enim alicuius rei non est, id quod se ipso existit, *ut quod*, id est hoc, quod denominatur existens, sed se ipso *ut quo* existens est. Licet igitur Paternitas secundum quod non involuit Essentiam, sit id, quod existens est; non tamen est, quod est existens: sicut materia, & forma, secundum quod non involuunt unionem, sunt extrema, quæ verè per unionem copulantur; non tamen sunt extrema, quæ se ipsis, ut ratione *qua*, variantur inter se. Ita similiter dicunt Paternitatem, secundum quod non involuit Essentiam, existere *ut quod* hoc est non solum existere Essentiam; verum aliquid adæquatè distinctum virtualiter ab Essentia diuina existens esse: ceterum hoc non habere à se, ut à ratione formali *qua*; sed ab Essentia diuina duraxat.

21 Sed contra. Ratio formalis *qua* existendi, est ipsissima ratio formalis, quæ existit. Ergo tenet solutio: siquidem non subsistit distinctio inter vnâ, & alteram rationem. Antecedens probatur. Ratio formalis *qua* existendi, est ratio *qua* formaliter constituitur res opposita suo non esse actuali: siue eius carentiæ actuali. Sed quælibet res se ipsa opponitur suo actuali contradictorio siue suo actuali defectui. Ergo quælibet res est se ipsa ratio formalis *qua* existendi. Consequentia est bona. Minor videtur: ceterum siquidem quodlibet posituum se ipso opponitur carentiæ

sui, & quolibet carentia se ipsa opponitur rei, cuius est carentiae consequenterque quolibet res opponitur se ipsa suo contradictorio. Iam vero maior: nimirum rationem formalem qua existendi esse rationem formalem, qua res constituitur opposita suo contradictorio actuali. Probatur. Existere formaliter est opponi se actu cum suo contradictorio actuali, siue cum suo actuali defectu. Ergo opponi actu, erit existere.

22 Plura possent adduci in confirmationem nostrae sententiae: nec non possent plurimae aliae adversariorum eversiones proponi, & refelli. Ceterum ad hoc opus erat totam quaestionem de Essentia, & existentia huc ex philosophia transferri; quod alienum à nostro instituto est: & ideò ulteriori probationi supersedeo. Et etiam omittam adversariorum argumenta, quae in uniuersum probant Essentiam, & existentiam distingui: solumque ea obijciam, quae peculiari iure videntur probare Relationes diuinas non à se ipsis, sed ab Essentia formaliter habere, quod existant. Prius vero quam eas opponam, secundam nostrae sententiae conclusionem tradam, quae quidem legitime inferitur ex prima.

23 Sit nostra secunda conclusio. Ita Relationes se ipsis existunt, ut minime ab Essentia formaliter debeant existere. Probatur haec conclusio ex dictis. Quolibet res ea ratione, qua verè, & à parte rei est, habet existere. Sed Relationes diuinae se ipsis, prout non involuente Essentiam, ita habent aliquod verum, & reale esse, ut quatenus non involunt Essentiam nullum esse participant formaliter ab Essentia. Ergo Relationes diuinae se ipsis, prout non involuente Essentiam verè, & realiter existunt, ita ut nullo modo habeant ab Essentia formaliter existere. Consequentia est legitima: & maior constat: cum ex supradictis: tum ex doctrina in Philosophia tradita circa identitatem Essentiae, & existentiae. Minor igitur probatur. Habere formaliter ab Essentia esse, est constitui in tali esse ab Essentia. Sed Personalitas, prout non includit Essentiam, non constituitur ab Essentia. Ergo Personalitas, prout non includens Essentiam, non habet esse formaliter ab Essentia. Consequentia est bona: & maior certa. Quid aliud est enim habere esse formaliter ab aliquo, quam constitui in tali esse ab illo aliquo? Minor autem etiam mihi est evidens: quia quodlibet includit in suo esse suum constitutum. Ergo ea ratione, qua unum non includitur in alio, neque constituit. Ergo Personalitas, prout non includens Essentiam, nequit constitui in suo esse per Essentiam.

24. Obij. 1. Quod in Trinitate non est ad aliud, sed ad se, non multiplicatur. Sed esse, & existere, non est ad aliud, sed ad se. Ergo esse, & existere non multiplicatur in Trinitate. Ergo in Trinitate non multiplex, sed unicum duntaxat datur esse, & existere. Consequentia legitima sunt. Maior, præterquam quod est commune Theologorum axioma, videtur omnino certa: quia in Trinitate solum Relatio multiplicatur. Quod autem non est ad aliud, sed ad se, Relatio non est. Minor autem, videlicet esse, & existere, non esse ad aliud, constat ex August. de Trinit. cap. 9. 10. & 11. & lib. 6. cap. 10.

25. Respondeo esse, & existere, & posse sumi prout ab se, Intè, & absque restrictione prolatum, & posse sumi prout cum hoc addito *Relativum*. Si sumatur absolute, & sine restrictione, accipitur à PP. pro Essentia Divina, & pro eius formali existentia: & ideo esse, & existere hac ratione, non est ad aliud; & hoc solum voluit August. Cæterum esse, & existere cum hoc addito *relativum*, ad aliud est: minimeque id ab August. negatur.

26. Facilius respondetur ad aliud argumentum, quod sollet desumi ex Damasceno asserente Relationem in Deo esse modum existendi, ex quo videtur inferri non esse formaliter suum existere. Dicimus ergo esse modum existendi Essentiam, quatenus per Relationes existit Essentia in tribus personis; negamus nihilominus non habere propriam existentiam, quod enim est modus existendi unius, potest, & de facto existit se ipso: veluti duratio est modus existendi rem, quatenus illam constituit existentem in tempore: & tamen habet propriam existentiam.

27. Ob. 3. Si in Deo sunt tres existentiæ Relatiæ, patet reverent tres Essentiæ Relatiæ: at hoc nequit concedi. Ergo neque illud. Maior probatur ex nostra ipsa doctrina, iuxta quam nulla ratione esse, & existere, sine Essentia, & existentia inter se distinguuntur.

28. Respondeo. Hoc nomen *Essentia* duplicem habet acceptionem. Prima est magis stricta, iuxta quam *Essentia*, idem est ac *natura substantialis*: hoc est: prima, seu quasi prima radix operationum suppositi. Secundo accipitur *Essentia* in latiori significatione, iuxta quam *Essentia* nihil aliud est quam id, quod est de conceptu formali, & constitutivus rei. Tam vero usus obtinuit, quod apud Concilia, & PP. nomen *Essentia* in divinis absolute prolatum solum accipitur pro Natura divina communi tribus personis: Ex quo fit in Deo unicum tantum esse Essentiam, accepta *Essentia* in

stricta significatione, triplicē vero in acceptionē laxiori. Ex quo patet ad argumentum in forma: distinguendam esse maiorem. Si in Deo sint tres existentiz Relatiuz, erunt etiam tres Essentiaz: in stricta significatione: nego: in significatione laxiori: concedo maiorem: in qua significatione: triplex Essentia Deo non repugnat: sicut enim in Deo tres res, & tres entitates.

29 Obj. 4. Si dantur in Deo tres existentiz, dabuntur etiam in Deo tres æternitates, & tres immensitates. At hoc implicat. Ergo, & illud, ex quo inferitur. Implicatio probatur: quia si sint etiam tres æternitates, & immensitates, erunt tres æterni, & tres immensi. Contra Symbolum Athanasii. Siquidem hæc concreta substantialia multiplicantur pro multiplicatione illius patris, quæ exprimitur: sicuti non est triplex Deus, quia non multiplicatur Deitas, quæ exprimitur in concreto Deus. Est autem triplex persona, quia multiplicatur Personalitas, quæ in hoc concreto Persona dicitur expreri: lam vero, quod si sint tres existentiz, periade erunt tres æternitates, & tres immensitates (& sic de alijs perfectionibus): probatur. Ex eo sunt tres existentiz, quia Relatio se ipsa, secundum quod non involuit Essentiam, est determinata ad existendum, siue ad excludendum suum non esse actuale. Atqui Relatio se ipsa etiam est determinata ad durandum (quandoquidem ipsi secundum se repugnat non durare) & etiam ad existendum ubique. Ergo Relatio est se ipsa æterna, & immensa.

30 Respondeo iuxta doctrinam superius traditam: negando paritatem desumptam ab existentia ad æternitatem, & alias perfectiones: quia existentia nulli predicato potest provenire ab alio, quam à se ipso, siue sit in divinis, siue in humanis, quia ratio existendi imbibitur formalissimè in quolibet predicato reali, nec non in qualibet eius differentia, subindeque implicat Relationem (si prout non involvens Essentiam non est quid fictitium, & chimericum, sed quid reale) quod secundum hanc etiam non inclusionem non sit existens se ipsa. At vero, cum durare rem, & esse presentem in loco, non sit de conceptu formali cuiuslibet rei, potest illi provenire ab alio quo distincto à se, & ideo posset dici Relatio immensa, & æterna ab Essentia: asserendo videlicet eam solum perfectionem, siue ea solum predicata debere concedi Relationi, quæ in conceptu formali Relationis divinæ imbibuntur. Cæterum esse immensam, & æternam Relationem proximè, immediate,



& formaliter, non videtur esse imbibitum in conceptu formali Relationis, ideoque potest dici Relationem solum esse se ipsa aeternam mediatè, & illatiuè: quatenus se ipsa exigit Essentiam sibi identificarià qua formaliter, & proximè eterna enadet. Idemque dici poterit de quibuslibet alijs prædicatis, quæ includuntur in formalissimo conceptu Relationis diuinæ.

31 Respondeo 2. hæc nomina *aeternitas*, & *immensitas*, & alia huiusmodi, iam apud PP. & Theolog. non accipi in tota sua latitudine; sed præcisè pro aeternitate, & immensitate naturæ substantialis: quæ propter in Deo neque tres immensitates, neque tres aeternitates possunt admitti: siquidem vna tantum est aeternitas naturæ substantialis diuinæ. Cæterum, si aeternitas, & immensitas late accipiuntur pro duratione vtrinque in terminata; & pro præsentia in omni loco, inconueniens non est concedere in Deo tres aeternitates, & tres immensitates cum addito *relatiuas*. Porro Achanasius in Symbolo solum docet non esse tres immensitates, accepta *immensitate*: non in tota sua latitudine; sed secundum magis strictam, & limitatam significationem.

32 Præterea addo cum RR. esse fundamentalem rationem, ob quam non possint dici in Deo tres aeternitates, aut tres immensitates, quæ ratio non militat in alijs perfectionibus. Ratio est igitur: quia *immensitas* non est vt cumque præsentia in omni loco; sed vltèrius addit quod res, quæ dicitur esse immensa, sit in omni loco per Essentiam, præsentiam, & potentiam. Cumque relatio non sit in eo loco per potentiam, cum non sit operatiua ad extra. Hinc deducitur non esse absolute, & simpliciter immensa. Deinde aeternitas apud Theologos sequutos Boetium 5. de consolat. prola vltim. non est quæcumque duratio absque termino; sed est *interminabilis vita tota simul*, &c. quæ definitio solum conuenit durationi diuinæ, quatenus est duratio, per quam possidet suam vitam, & felicitatem. Hæc autem duratio non est duratio personalis; sed duratio naturæ diuinæ, in qua natura diuina consistit felicitas, & vita Dei, seu vita beata, & felicitissima Dei.

33 Sed rogabis: quid dicendum sit de *Increatione*: nimirum an sit in Deo multiplex *Increatio*, saltem relatiua, ratione cuius possint dici in Deo tres *Increati* in aliquo vero sensu? Respondeo *Increationem* hic sumi pro existentia à se Essentiæ omnino strictè sumptæ. Cūque solum natura diuina sit hac ratione Essentia, ideo ea solum dicitur, in hoc sensu esse *Increatio*. At vero si addatur *imitatio Relatiua*, posset dici esse triplex *Increatio* relatiua, in quo

quo nullam est inconveniens. Addo quod, licet sint idem, *Increatio*, & *Independentiata* tamen iam usus obtinuit, ut notant RR. quod, & si nomen *increatio* absolutè profatum, Essentiæ solum tribuatur; nomen tamen *independentis*, adhuc absque restrictione, possit dici de Relationibus, quare poterit in Deo multiplicari.

34 Sed instabis contra doctrinam asserentem Relationes esse se ipsis durantes, & præsentem omni loco. Essentiæ divinæ debet tribui tota perfectio, quæ tribui potest absque manifesto inconvenienti, sed quod Essentia sit duratio, & præsentia relationis, potest tribui Essentiæ absque manifesto inconvenienti. Ergo debet illi tribui. Minor probatur. Essentia se ipsa est determinatio, ut non ipsa solum, verum etiam quicquid identificatur cum ea sit immensum, & æternum. Ergo est immensitas, & æternitas Relationis, quæ cum essentia identificatur. Consequentia videtur bona. Tum: quia nihil aliud videtur esse æternitas, & immensitas, quæ determinationes ad durandum semper, & ad existendum ubique. Tum: quia, si duratio superaddita potest rem durantem constituere solum per unionem ad illam; longe melius Essentia per identitatem poterit Relationes constituere durantes. Iam verò quod Essentia sit huiusmodi determinatio, probatur. Essentia se ipsa determinat, seu per sua prædicata habet quod id, quod identificatur cum ea, sit ubique, & quando fuerit Essentia. Ergo est huiusmodi determinatio.

35 Respondeo: posse absque inconvenienti dici Essentiam esse durationem, & præsentiam Relationis, hoc tamen non tollere, quod Relationes etiam se ipsis durent, & præsententur in loco quo, & perfectioni Essentiæ, & Relationum dignitati simul consulatur. Respondeo 2, non esse perfectionem Essentiæ esse durationem formalem Relationum, potius quam radicalem: quia potius videtur imperfectio Essentiæ identificari cum Relatione, quæ se ipsa non sit durans. Hæc enim commentum duratio perfectionum, & dubia, & nimis vulgaris est.

## SECT. III.]

*Utrum Relationes dicant formaliter perfectionem*

36. **T**Riplex in Deo consideratur bonitas: alia honestatis, quæ reperitur in actionibus liberis. Alia sanctitatis: quæ vel consistit in speciali Sanctitatis attributo; vel in ipsa natura diuina, vel, ut alij volunt, in quolibet predicato diuino proprio Dei. Alia est denique bonitas transcendentalis, quæ solû est integritas prædicatorum, quæ malitiam non involuunt. Si eniam malitiam involuerent, sicuti peccatum, integritas illorum prædicatorum absolutè bona non diceretur. Ex his bonitatibus, neque agimus de honestate: siquidem Relationes à Quis liberi non sunt, neque de sanctitate: hoc enim dubium ad tractatum de Incarnatione remittimus: ubi ex professo traditur, verum Relatio secundæ personæ sanctificet humanitatem, vel sit in se ipsa sanctitas Verbi Diuini? Et idem quod dictum fuerit de Relatione Verbi, pariter dici debet de Relationibus reliquis: Solum igitur est quaestio de bonitate transcendentali, & physica. Utrum videlicet Relationes prout virtualiter distinguantur ab Essentia, physicè, & realiter sint perfectæ, vel potius à perfectione præscindant?

37. Scotus, Durandus, Thomistæ, & ex nostris Molina, & Bellarmin. negant Relationes dicere formaliter perfectionem. Pat. Vazq. concedit, asserit tamen omnes Relationes constituere vnâ, & eandem perfectionem, quam sententiam sequitur, licet diuerso modo explicatam. Pat. Quiros in 1. p. tract. 7. disp. 43. & 44. Suarez, & communiter nostri in Deo concedunt tres perfectiones relationum. Ita etiam ex Thomist. Ioann. à Sanct. Thoma, Zumei, & Bañes. Huic sententiæ subscribo, illam vero per varias conclusiones explicabo.

38. Sit prima nostra conclusio. Relationes vti virtualiter distinguuntur ab Essentia dicunt formaliter perfectionem. Probat hæc conclusio. Paternitas v. g. prout virtualiter distinguitur ab Essentia est ens existens, constituens Patrem, & à Filio distinguens. Sed hoc est perfectio. Ergo Paternitas prout virtualiter distinguitur ab Essentia dicit formaliter perfectionem. Cõsequentiã est bona: probo maiorem postea minorem probaturus: quod Relatio secundum quod non Essentiam involuit, sit ens existens, iam proba-

batum manet. Quod vero constituat Patrem, eumque à Filio distinguat, videtur clarum, Pater enim in esse Patris constituitur per aliquid propriam Patris, & non aliarum personarum, & hoc proprium Patris est Paternitas prout non involvens Essentiam. Ergo Paternitas hac ratione constituit Patrem. Confirmatur. Pater, ut Pater secundum adæquatam conceptum suum, dicit Essentiam, & ultra Essentiã dicit aliquid. Ergo dicit Relationẽ prout non includentem Essentiam: quia id, quod est ultra Essentiam, nõ involvit ipsam Essentiam. Sed idem est dicere in suo esse Relationem, prout non includentem Essentiam, ac constitui per illam hac ipsa ratione. Ergo Relatio Paternitatis prout non includens Essentiam constituit Patrem.

39 Quod vero Paternitas, prout non includens Essentiam distinguat Patrem à Filio, facilius probatur quia ratio formalis distinguendi Patrem à Filio nihil debet involvere commune utrique. Ergo Relatio prout non involvens aliquid commune est ratio distinguendi Patrem. Antecedens est certum: quia formaliter distinguere est esse id per quod unum non est aliud. Sed id, in quo, & per quod formaliter unum non est aliud, nihil involvit, quod sit idem cum alio. Ergo ratio distinguendi unum extremum ab altero nihil debet involvere commune utrique. Ergo Relatio prout non involvens Essentiam distinguit Patrem à Filio. Probo minorem illam superioris syllogismi: videlicet: quod constituere, & distinguere Patrem est perfectio. In primis est prædicatum verum, & reale nullam involvens materialitatem. Ergo est perfectio transcendentalis. Antecedens constat ex superioribus. Cõsequentiã est legitima, & maius, iuxta definitionẽ boni trãscẽdẽntalis.

40 Deinde constituere personam, & eam ab alia distinguere exigit identitatem cum Essentia, quis autem neget exigentiam identitatis cum divina illa perfectioe infinita perfectionem aliquam esse? Præterea ita constituere, & distinguere Personam Divinam, est melius, quam constituere, & distinguere personã purẽ humanam, quod autem melius est alio, quod est bonum, implicat quod bonũ non sit. Ex quo colligitur non ut cumque habere relationes bonitatẽ transcendentalem, verum etiam habere bonitatẽ quantitativam, quatenus est bonitas aliàs bonitates excedens: mirum bonitatẽ cuiuslibet Personalitatis creatæ. Denique quod hac ratione cõstituere & distinguere, sit perfectio, patet, quia in linea subsistentiæ habet omne, quod requiritur ad hoc ut optime se habeat: non enim ut cumque constituit personam, sed personã

sum nē perfectam. Ergo non solum est perfectio, verum etiam summa in linea Relationis, & subsistentiæ.

41 Probat̄ur secundo ab authoritate hæc conclusio ex Synodo 6. generali lect. 18. vbi dicitur. *Credimus vnā substantiam in tribus subsistentijs: vnitatem propter naturalem vniōem, ac Dominationem Trinitatem vero propter subsistentiarum perfectionem.* Ergo iuxta Concilium subsistentiæ diuinæ perfectionem involunt: at hic Concilium loquitur de subsistentijs distinguendo illas ab vnitāte Dei, quæ est Essentia. Ergo loquitur de cōceptu relativo, prout non includenti Essentiā, ideoque supponit habere perfectionem.

42 Confirmatur ex Gregor. Nazianzeno orat. 3. quæ est 2. de pace: vbi hæc habet *Deo quodnam maius, aut præstabilius erit, quam Filij Patrem esse? quod quidem est gloria auctio, non diminutio: quemadmodum spiritus productorem esse.* Ex quibus hoc conficilo argumentum. Esse Patrem est auctio gloriæ supra esse præcisè Deum. Ergo esse Patrem, secundū quod addit supra esse Deū, auget Deo aliquam gloriā. Ergo involuit perfectionem. Quæ enim maior perfectio, quam Dei gloriā quacumque ratione cōmulare? Confirmatur iterum ex Cyrillo Alexandrino, qui lib. 1. Thesau. cap. 6. terminis Scholasticis vtens: ait. *Perfectus est, non solum quia Deus, sed etiam quia Pater.* Ergo non solum Pater perfectus est secundum Deitatem (hoc enim significat *quia Deus*) verum etiam secundum id, quod Pater ultra Deitatem addit. Ergo Paternitas, prout non involuens Essentiā, dicit perfectionem. Confirmatur, iterum ex D. Thom. hic quæst. 26. art. 3. vbi ex eo quod Deus debeat continere omnem perfectionem, probat habere Relationes Personales. Ergo Relationes Personales iuxta D. Th. perfectiones sunt.

43 Respondent aduersarij huic argumento Paternitatem augere gloriā; & perfectionem: non formaliter, sed illatiue: nimirum quatenus infert Essentiā Diuinā exigentem Paternitatem perfectiorem esse, quam si Paternitatem non exigeret. Ita quæ asserunt posse nos considerare Essentiā Diuinā, vt præcisè est Essentia Dei, & etiam posse illam considerare, vt Essentia est Dei Trini: hoc est vt est Essentia terminabilis tribus subsistentijs. Essentia hæc ratione considerata perfectior cognoscitur, quam Essentia sub præciso conceptu Essentiæ Dei. Ergo Personalitates non augent perfectionem; sed inferunt Essentiā perfectiorem esse, vt potè tribus Personalitatibus terminabilem.

44 Sed contra, PP. eodem modo loquuntur de Relationibus, ac de attributis. Sed attributa non solum illatiue; verum etiam formaliter sunt perfectiones. Ergo PP. dum tribuunt perfectionem Relationibus, non illatiue, sed formaliter eam tribuunt. Maior constat ex ipsis PP. apud quos ea ratione, qua inferitur, quod, si Deus careret sapientia, insipiens esset. Ea ipsa deducunt, quod, si careret Verbo, etiam esset insipiens; & quod, si careret Spiritu S<sup>an</sup>cto, esset mortuus; & alia huiusmodi, seu eiusdem generis. Ergo eadem ratione loquuntur de attributis, ac de Relationibus. Quod autem attributa in se ipsis dicant formaliter perfectionem, certum est; nam in Deo non solum est perfectio exigere intellectum; verum etiam ipsum actuale intelligere est perfectio Dei. Ergo attributum non solum illatiue, verum, & formaliter est perfectio Dei. Deinde, si ipsummet actum producere, & generare Filium non esset perfectio, quare exigere hoc generare; perfectio foret? Quæ enim perfectio potest esse in Deo exigere id, quod proprius nulla ratione perfectio est.

45 Probatur 3. nostra conclusio. Subsistentia ex suo conceptu est complementum substantiale nature. Ergo in suo conceptu est perfectio. Antecedens constat ex Physic. in qua nihil certius, quam subsistentiam esse complementum nature. Consequentia probatur. Ea ratione, qua vnum complet aliud, est perfectio. Sed subsistentia diuina, Paternitas v.g. complet naturam diuinam. Ergo formalissime est perfectio. Consequentia est legitima. Minor videtur certa: quia de ratione subsistentiæ est complere naturam; & Paternitas (idemque est dicendum de reliquis Personalitatibus) formalissime est substantia; consequenterque formaliter naturam debet complere. Iam vero quod complere naturam perfectio sit, probatur. Hoc, quod est complere, est constituere naturam cum eo, quod iuxta naturalem exigentiam sibi debitum, & congruum est, ita vt intellecto complemento, iam natura intelligatur substantialiter & integra, & quasi satiata. At quod nullo modo in se neque perfectum, neque bonum est, qua ratione poterit constituere naturam satiatam? Deinde: quæ maior perfectio cogitari potest, quam congruere Essentiæ infinite perfectæ: illam que quasi integrare, & in suo naturali statu constituere? Hoc adeo ex terminis constat perfectionem esse, vt eius probatio superuacua videatur.

46 Confirmatur. Fœcunditas ex suo conceptu perfectio est. At Paternitas, & Spiratio sunt formaliter, vel adæquata fœcunditas

fecunditas proxima, vel saltem principium eius constitutum. Ergo formaliter sunt perfectio. Maior probatur. Fecunditas, vel virtus productiva ad extra, quam Deus habet, non solum est perfectio illius in Deo, quatenus arguit in Deo perfectionem in eo quod ipse debeatur eius modi virtus productiva; verum ipsamet formaliter productiva virtus, est perfectio Dei, siquidem perfectio Dei est esse formaliter omnipotentem. Ergo productiva virtus, quam Deus habet ad intra, dum sit altioris ordinis, non solum erit perfectio illius, verum etiam formaliter, secundum quod defacto virtus productiva, seu fecunditas ad intra est.

47 Sit secunda conclusio. Ita Relationes sunt perfectiones in suo conceptu formali, ut dentur in Deo tres perfectiones relativæ, ita tamen, ut quælibet perficiat omnes tres personas; quam per identitatem illam videlicet, cuius Personalitas est: alias duas per circumiessionem. Itaque Personalitas reddit perfectum Patrem per identitatem: Filium vero, & Spiritum Sanctum per circumiessionem. Cumque idem dicamus de Filiatione & Personalitate Spiritus Sancti: fit inde quælibet personam perfici a tribus Relationibus extensive: quin magis perfectus sit Deus, quam quælibet persona seorsim sumpta. Ex quo etiam deducitur esse tres perfectiones relativæ constituentes unam integram perfectionem, quæ concipitur æquæ perfectam esse unam personam, ac aliam, imò non magis perfectum esse Deum prout completur tres personas; ac est quælibet persona, cum quælibet seorsim, à tribus Personalitatibus perficiatur.

48 Hæc secunda conclusio ex eo mihi probatur: quia cum eius doctrina congruam explicationem accipiunt aliqua, quæ à PP. & Concilijs tradunturque alioquin nimis difficile explicantur. Cum hac enim doctrina componitur non esse in Deo tres plenitudines divinitatis (ut volebant Ariani, quos refellit Athanas. lib. 1. de unitate Dei) sed esse verum Deum esse integrale, & complete in unaquaque persona; & etiam unamquamque personam habere plenitudinem divinitatis. Componitur etiam, quod nullam perfectionem habeat una persona, quam non habeat alia, & tandem quod quælibet Personalitas, adhuc prout distinguitur ab altera, sit formalissime perfectio: deinde componitur, quod Pater Filius, & Spiritus Sanctus sint, non solum æquales in perfectione; verum omnino eiusdem perfectionis, &

quod caput est; cum hac doctrina facile soluerentur obiectiones, quæ aduersus perfectionem Personalitatis solent opponi.

49 Obijc. 1. Augusti lib. 6. de Trinitate cap. 2. & lib. 7. cap. 10. & lib. 9. cap. 1. & 2. & etiam alios Patres negantes in Deo tres magnitudines: consequenterque tres perfectiones. Si quidem in Deo non alia magnitudo est, quam magnitudo perfectionis. Respond. August. & alios Patres egisse contra hæreticos, admittentes in Trinitate diuersitatem, non solum Personarum, verum etiam & naturarum; & ideo negasse esse in Deo tres magnitudines, & perfectiones essentielles, & ne viderentur cum hæreticis communicare: ideo renuisse admittere absolute diuersitatem perfectionum. Caterum vltiori terminorum explicacione, iam vsus obtinuit, vt à Theologis tres perfectiones cum addito *Relatiue* dicantur esse in Deo.

50 Obijc. 2. D. Thom. q. 28. art. 2. ad 3. vbi ait. Quod si in Deo nihil aliud esset, nisi Relatio, esset Deus imperfectus: quia Relatio est *ad aliud*. Ergo esse ad aliud non dicit in se perfectionem, sed potius imperfectionem. Respond. quod, si in Deo solum esset Relatio, esset imperfectatum, quia deficeret relationi identitas cum Essentia, quæ est potissima eius perfectio: tum quia Relatio cum carentia Essentiæ diuinæ est imperfectio ex conceptu suo: siquidem esse *ad aliquid* vt seiuictum positiuè ab Essentia diuina in sententia D. Thomæ dicit esse accidens. Subindenterque imperfectionem. Tom denique: quia D. Thomas solum voluit Relationem absque Essentiæ diuina esse imperfectam, prout imperfectum opponitur perfectissimo, sine illi rei, cui nihil omnino deest: cumque Relationi in illo casu deficeret Essentia, esset imperfecta in tali acceptione: non quatenus in se inuolueret imperfectionem, sed ex eo quod illi deficeret sua maxima perfectio. Idcirco D. Thomas exemplam posuit in attributo sapientiæ hac ratione. Sicuti si non contineretur ibi plus quam, quod nomine sapientiæ significatur, non esset aliquid *subsistens*, & tamen sapientiæ ex suo conceptu dicit perfectionem. Ergo iuxta D. Thomæ non negaretur in illo casu Relationi perfectio vt sic; sed solum perfectio, quæ est in eo, quod Relationi nihil deficiat ex illi congruentibus.

51 Obijcitur 3. à Thomistis. Relatio secundum esse non est quid reale, neque secundum esse ad potest perficere naturam, sed tantum secundum esse *in*. Ergo Relatio secundum quod



quod est respectus ad aliquid, non est perfectio. Respondeo: negādo antecedens, ut supra negauimus esse *ad*, & esse *in*, vel ex eo distinguuntur, quod Relatio secundum esse *in* dicat Essentiam, & secundum esse *ad* dicat quod virtualiter distinguitur ab Essentia, vel in ipsa Relatione, prout non inuolvente Essentiam, distinguuntur à Thomistis esse *in*, & esse *ad*. Si hoc ultimum: implicat quod esse *in* sit quid reale, & non esse *ad*: quia Relatio, prout non includens Essentiam, per eandem omnino formalitatem habet esse *in*, & esse *ad* dictum quia per eandem virtualiter formalitatem, per quam Paternitas v.g. est Relatio Patris: per eandem omnino est ad Filiū: tum quia Relatio, quatenus est Relatio ad terminum, alicuius Relatio est. Ergo in Relatione hoc quod est esse *ad* terminum nequit prefcindi ab hoc, quod est esse Relationem *talis* subiecti *ad* *talem* terminum. Sed esse Relationem subiecti est conceptus essentia *in*. Ergo nequeunt predicti conceptus inter se distinguī.

32 Si vero Relatio secundum esse *in* solum dicat Essentiam, & secundum esse *ad* dicat totum conceptum Relationis prout non includentis Essentiam, idem erit asserere Relationem secundum esse *ad* non esse quid reale, ac affirmare Relationem prout non includentem Essentiam non esse ens. Hoc autem falsum est, ut supra probaui, & ideo eadem ratio, quæ militat pro entitate Relationis prout non includentis Essentiam, militat similiter pro realitate Relationis secundum esse *ad*.

33 Obijetur 4. ab Scoto, & Durando. Si Relationes prout distinctæ ab Essentia essent perfectiones in Deo, darentur tres perfectiones realiter distinctæ. Ergo in vna persona darentur perfectio aliqua, quæ nõ daretur in alijs. Ergo omnes simul sumptæ essent perfectiores, quam vna sola: nõ vna, utpote distincta ab alia in specie, esset perfectior alia. Respondeo ex doctrina tradita in conclusione secunda: concedendo dari in Deo tres perfectiones realiter distinctas: & distinguendo illud consequens. Ergo in vna persona daretur per identitatē perfectio aliqua, quæ nõ daretur etiam per identitatem in alia: concedo quæ nõ daretur per circuminsessionem: (quæ sufficit ut perficiat illam personam) neque consequentiam. Et deinde nego quod omnes perfectiones simul sumptæ essent perfectiores, quam vna sola: quia cum quilibet perficiatur ab alijs duabus, quilibet sola, licet nõ se sola, est æquæ perfecta, ac omnes tres simul sumptæ. Ad id, quod ultimo loco ponitur: nimirum ex dissimilitudinis specifica Relationum inferri

inæqualitatem negatur, adhuc independenter à peculiari modo, quo omnes Relationes perficiunt quamlibet personam, quia dissimilitudo recte stat cum æqualitate, nec opòrtum facile ab aduersarijs unquam probabitur.

54. Objic. 5. ex P. Quiròs, qui nobis aduersatur, quate- nus tres perfectiones distinctas in Deo constituimus. Sic igitur argumentatur: Pater ita debet esse plene perfectus, ut sit omnis perfectio, quæ est in Deo. Sed iuxta nostram doctrinam Pater non est omnis perfectio. Ergo Pater non est plene perfectus. Consequentia est legitima, & minor certa: nam licet per circuminseccionem Filiatio sit in Patre; non tamen per identitatem: siquidem Pater neque est Filius, neque Filiatio. Ergo Pater non est omnis perfectio Trinitatis. Maior, videlicet: quod ut Pater sit plene perfectus, debeat esse omnis perfectio. Probat. Pater, ut sit plene perfectus, debet habere omnem perfectionem perfectissimo modo habendam. Sed perfectior modus habendi, est per identitatem, quam per circuminseccionem. Ergo, ut sit plene perfectus debet habere per identitatem omnem perfectionem. Cõfirmatur. Attributum non redderet perfectum Deum, si esset in illo non per identitatem, vel saltem, nõ æque perficeret Deum ac modo perficit, dum per identitatem est in Deo. Ergo pariter Relatio non æque perficit personam, quam circuminseccit quam personam, cui identificatur.

55. Respondeo falsum esse Patrem, & quamlibet personam seorsim, debere esse omnem perfectionem, quæ est in Deo. Ad probationem respondeo: non perfectiori modo esse Paternitatem in Patre, quam in Filio, licet in Patre sit per identitatem, in Filio vero per circuminseccionem: quia eo ipso quod sit per circuminseccionem, est sufficienti modo ut perficiat secundum totum suum esse. Ad probationem desumptam ex attributis. Respond. attributum esse quid absolutum, quod imperfectè se communicaret si tantum reperiretur per circuminseccionem: quia absolutum ut tale petit communicari per identitatem. At vero quod relatum est, non exigit identitatem ut sit in aliqua persona: quis quatenus relatum petit distinctionem ab eo, ad quod refertur: cumque omne, quod est in Deo, perfectissimum sit, omni sive modus essendi in Deo etiam sit perfectissimus: ideo potest dici a deo per:

scilicet esse Paternitatem in Filio per circuminseccionem, ac in Patre per identitatem.

## QVÆST. X.]

De prima Persona Trinitatis, quæ est  
Pater.]

**P**OST quam in generali de Personalitatibus, & Relationibus tractavimus, iam de qualibet Persona sigillatim agendum est, & primum de Patre, à quo aliæ Personæ originem ducunt.

## SECT. I.]

## Quæ reperiuntur in Patre.]

**P**ater Æternus varia nomina sortitur apud Concilia, & PP. Appellatur enim, *Innasibilis*. Appellatur etiam quasi per antonomasiam *Principium*, quod apud Græcos idem sonat, ac *causa*. Etiam appellatur *Principiū totius Dei*, & *Patris*, & *Trinitatis*, & denique *totius Trinitatis fontalis origo*.

**1** In primis appellatur *Innasibilis*, *Inproductus*, & *Incommunicatus*. Nihil enim habet Pater, quod productum, aut communicatum sit ab alio. Dicitur etiam per excellentiam *Principium* tantum, quia, tametsi Filius principium etiam sit Spiritus Sanctus, producitur Filius à Patre: tum, & potissimum, quia nihil principiatur, aut producitur in Trinitate, quod non immediate producatetur à Patre, & ideo peculiariter gaudet nomine *Principij*.

**2** Præterea appellatur *Fons*, & *origo Deitatis*. Sic habetur in Concilio Toletano 6. & 11. in professione fidei, & in Concilio Florentino sess. 14. idemque tradunt August. tom. 3. lib. 5. de Trinitate, cap. 6. & alia Concilia, & PP. quos citat Suarez de Tri-

itate lib. 8. cap. 8. & alij RR. Hoc autem non est eo quia Pater producat Deitatem, sed quia illam communicat telliquis Personis omni communicatione possibilinempè per Generationem & Spirationem: quod etiam sufficit, ut dicatur *Principium* totius Trinitatis, quia ad veritatem huius propositionis necessarium non est quod vel se producat, vel sibi aliquid communique; sicut enim (ut rectè aiunt RR.) ut aliquis sit superior totius communitionis, non requiritur quod sit superior sui ipsius: ita similiter, ut Pater totius Trinitatis principium sit, opus non est quod sit principium sui, sed sufficit quod sit principium aliarum personarum.

4. Pater plura dicit nostris saltem concipiendi modo disticta: nimirum *Essentiam, Generationem actuam, Loquutionem, Personalitatem, Distinctionem, Paternitatem, Spirationem, & Innafeibilitatem*. Verum, cum supra docuerimus quæst. 6. & 7. Patrem per Paternitatem virtualiter in disticta à Generatione & Spiratione constitui in esse Personæ singularis, distinguique ab alijs personis: hinc deducitur hos quinque terminos *Personalitas, Patris, Generatio actiua, loquutio, Paternitas, & Distinctio* idem virtualiter significare, solumque nostro concipiendi modo disticti sine fundamento in rebus consistente in susceptione duplicis prædicati contradictorii, sed solum in eo quod in creaturis, per quarum species etiam diuina cognoscimus, prius sit esse, quam operari; & constitutioni rei apprehendamus ut quid antecedens, non solum ad operationem; verum etiam ad distinctionem, & ad quemlibet alium respectum.

7. Igitur eadem virtualiter formalitas, & constituit Patrem in esse singularis personæ, in esse producentis Filium, in esse loquentis Verbum, in esse distincti ab alijs personis, & in esse relativi ad ipsum Filium: siquidem, ut iam diximus, *Personalitas, Generatio, Loquutio, Distinctio, & Paternitas*, idè virtualiter sunt. Dixi absolute Paternitatem esse distinctionem Patris à reliquis Personis, quia licet Pater, & Filius distinguantur ab Spiritu Sancto per Spirationem etiam, ut probauimus quæst. 7. se. 4. distinguantur etiam per Paternitatem, & Filiationem: quapropter Paternitas est virtualiter loquendo, *Distinctio* Patris, non solum à Filio, verum etiam ab Spiritu Sancto: non quidè omnis distinctio, sed aliqua: quæ simpliciter, & absolute est distinctio realis Patris ab Spiritu Sancto. His suppositis, nonnulla dubia circa ea, quæ Patres involuit in suo obiectivo conceptu, & ostenduntur

decidenda sunt.

## SECT. II.

*An Innascibilitas Patris distinguatur virtualiter à Paternitate?*

6 **D**iversimode circa *Innascibilitatem* disserunt, & sentiunt AA. Prepositivus apud Henricum art. 5. quest. 5. alijque antiqui iuxta Ortega de Trinit. controu. unica disp. 10. quest. 1. certam. 2. num. 3. constituebant *Innascibilitatem* in quadam relatione positiva opposita relationi procedentis: qua propter in Trinitate quinque relationes positivas ponebant.

7 Ortega dissertatione, & questione iam citatis certam. 3. totis viribus defendit, consequenter ad ea, quae docuit de constitutione Personarum, *Innascibilitatem* esse proprietatem absolutam, & constitutivam primae personae in esse personae, distinctam à Relatione Paternitatis, modo quo in diuinis absoluta à relationis distinguuntur.

8 Dicitur Thom. Suarez, & communiter Theologi tenent *Innascibilitatem* formaliter, prout verbis negatiuis exprimitur, dicere negationem productionis; fundamentaliter vero dicere ipsam relationem Paternitatis. Alia sunt sententiae, quae magis in modo explicandi, quam in re dissident. Ideo, illis omisissis sententiam D. Thomae, & Patris Suarez, quae iam communior est apud Theologos, sic, Patrem Suarez sequutus, explico.

9 Hic conceptus *Innascibilitas* (sub quo comprehenditur etiam *Improducibilitas*: imò, & *incommunicabilitas*: ita ut idem sit in praedicto casu *Innascibile ac nulla ratione habens principium ad huc communicativum*: & potest considerari formaliter, prout terminis negatiuis exprimitur; & potest considerari fundamentaliter, videlicet, secundum positivum, in quo fundatur talis negatio. Si formaliter consideretur, erit negatio principij: id est (iuxta modum, quo in nostris principijs negationes, & carentiae explicantur) haec cognitio *Improducibile*, sive *Imprincipiabile* non affirmat aliquid, Græce, & rigorese accepta, sed negat principationem, &

pro:

productionem. Qua propter *Innascibilitas*, formaliter accepta, est notio negativa: hoc est non affirmat, sed negat productionem & principationem. Ita Augustin. expresse 5. de Trinit. cap. 6. sine. *Nomine ingenti non quid sit sed quid non sit dico.*

10 At vero *Innascibilitas* fundamentaliter accepta consistit in Relatione Paternitatis, per quam, ut supra probauimus, Pater constituitur in esse indiuiduæ, & singularis personæ. Cuius ratio est: quia Pater constituitur in esse *Improducti*, & *Innascibilis*, per id, per quod constituitur in esse singularis personæ distinctæ ab alijs, ut faceret ipse Ortega. Sed Pater constituitur in esse singularis personæ distinctæ à reliquis per Relationem Paternitatis. Ergo & per ipsam constituitur in esse *Improducti*, & *Innascibilis*. Minor probata est iam in superioribus: ubi egimus de constitutione personarum. Videantur, quæ ibi diximus, ubi latè ostendimus ex August. & alijs Patribus, omne absolutum in diuinis commune esse tribus personis: & iuxta commune Theologorum axioma. *In diuinis omnia sunt communia ubi non obuiat relationis oppositio.*

11 Nec dici potest cum Prepositiuo: *Innascibilitatem* esse relationem distinctam virtualiter à Generatione, & Spiratio ne: nam concedere in Trinitate quinque Relationem realem, aliè num est à viro Theologo.

12 Confirmatur ratione semper mihi efficaci. Non sunt in diuinis multiplicandæ virtualitates, nisi vel fides doceat, vel manifesta ratio conuincat. Sed neque fides docet, neque efficac ratio conuincit, ut videbimus in solutione argumentorum, *Innascibilitatem* distingui virtualiter à Paternitate. Ergo non est ad-  
Arrenda virtualiter distincta.

Ob. 1. Augustinum, qui 5. de Trinitat. cap. 6. initio hæc habet. *Non est hoc dicere ingentum, quod est Patrem dicere quia, & si Filium non genuisset, nihil prohiberet illum dici ingentum. Et si gignat quisque Filium, &c. non ex eo ipso ingentus est: quis & gignit homines ex alijs hominibus, gignunt. & ipsi alios. Atque infra. Nec ideo quisque Pater, quia ingentus, nec ingentus ideo, quia Pater. Ergo iuxta Augustinum esse ingentam primam personam non est esse Patrem neque fundatur in Relatione Paternitatis.*

13 Respondeo, ut iam supra respondi quæst. 6. sect. 3. dum reieci placitum aherentium personas per aliquid absolutum, & non per relationem ultimo constitui: verba nobis obiecta non esse D. Aug. sed hæreticorum, qui hoc argumento utebantur, ut probaret

aliquid esse in Patre essenziale, & substantiale, quod non esset in Filio: consequenterque Patrem esse diuersa substantia à Filio. Videantur quæ ibi diximus. Interim argumēto proposito contra ipsum Aug. desumpto ex eo quod videatur non ideo aliquē ingenitum, quia gignit: nec ideo gignere, quia ingenitus est: respondeo, inquam, distinguendo antecedens. Non ideo aliquis est ingenitus, quia gignit, nec vice versa: vniuersaliter loquendo: concedo: determinate loquendo de Patre Æterno: ab distinguo: nõ ideo formaliter concedo: non ideo fundamentaliter nego antecedens. Et distinguo similiter consequens. Ergo Pater Æternus non constituitur in esse *Ingeniti* per Paternitatem: in esse ingeniti formaliter, prout negat esse *Genitum*, siue *productum*: concedo: in esse *Ingeniti* fundamentaliter: nego consequentiam.

14 Ob. 2. *Innascibilitas* est formaliter prior quavis ratione in Patre. Ergo non constituitur per relationem principij, aut generantis, aut spirantis. Ergo non constituitur per Paternitatem. Antecedens probatur à paritate in hunc modum. Sicut *Essentia*, quia entitas prima, seu *Deitas*, seclusis alijs formalitatibus, & prius ratione quam illas formaliter habeat, intelligitur esse à se primo, atque in hac fundatur in capacitas, seu negatio necessaria esse di ab alio: ita in capacitas essendi ab alio notionaliter debet fundari in ratione prima omnium, quæ reperiatur in Patre. Atqui esse Patrem esseque generantem Filium, non est primaria ratio, quæ inuenitur in Persona prima Trinitatis. Ergo *Innascibilitas*, seu in capacitas essendi ab alio notialiter, non fundatur, vel in Generatione, vel in Paternitate, sed in ratione aliqua priori, & absoluta. Minor subsumpta probatur. Prius in qualibet entitate debet concipi esse, quam operari. Ergo esse *Patrem*, esseque generantem Filium, non est primaria ratio, quæ inuenitur in prima Trinitatis persona

15 Respondeo. Distinguendo primum antecedens. *Innascibilitas* est formaliter prior quavis ratione in Patre, nostro præcisse modo concipiendi absque fundamento sufficienti ad distinctionem virtuales: omitto antecedens, cum distinctione virtuali, siue cum sufficienti fundamento ad prædictam distinctionem nego antecedens. Et distinguo consequens eodem modo. Ergo *Innascibilitas* non constituitur per relationem principij: loquendo in sensu virtuali, seu in sensu formali distinguenti formalitates obiectiuas: nego: loquendo in sensu pure formali in sufficiente ad distinctionem virtuales, vel præcisionem aliquam ex parte obiecti, consistente in eo præcisse quod *Innascibilitas* est

Accipiatur ad modum precedentis ad Relationem Paternitatis: cōcedo consequentiam.

16 Ad minoris probationem: respondeo: in mea sententia non distingui virtualiter, aut obiectiue Essentiam ab attributis, sed solum nostro modo concipiendi: quia propter negandum est Essentiam constitui per aliquid prius ad reliqua predicata ab soluta in sensu intento ab aduersarijs. Et ob eandem rationem cōcedendum est *Innascibilitatem* precedere ad Paternitatem modo, quo precedit Essentia ad attributa. Hoc solum est concedere precedentiam non arguentem distinctionem formalem cum fundamento ad distinctionem virtualem, aut ad praecisionem obiectiuam. Si vero à pluribus admittatur distinctio virtualis inter Essentiam, & attributa, ex eo erit, quia existiment eis predicata contradictoria conuenire à parte rei. Caterum Paternitati, & Innascibilitati conuenire predicata contradictoria, ex nullo capite efficaciter probatur. Quam ob rem non tenet paritas Essentiae.

17 Ad minorem subsumptam: distinguo, iuxta doctrinam traditam. Esse Patrem, esseque generantem Filium, nō est primaria ratio constitutiva primae personae: nostro modo concipiendi sine fundamento sufficienti ad praecisionem obiectiuam, vel distinctionem virtualem: concedo: cum tali fundamento sufficienti nego antecedens. Et in eodem sensu distinguendum est consequens. Quo fit nunquam inferri Innascibilitatem distingui virtualiter à Paternitate.

18 Ob. 3. Iuxta communem Theologorum sententiam sunt in Trinitate quinque Notiones: nec plures, nec pauciores: videlicet *Paternitas, Filiatio, Spiratio actiua, Spiratio passiuā, & Innascibilitas*. At hic exactus numerus non potest saluari, si *Innascibilitas* fundetur in Paternitate. Ergo non fundatur in Paternitate. Minor probatur. Nam vel sumitur Innascibilitas fundamentaliter, vel formaliter. Si accipiatur fundamentaliter cum, iuxta nos, *Innascibilitas* fundamentaliter accepta sit Paternitas, non erunt quinque, sed quatuor dumtaxat Notiones. Si vero accipiatur *Innascibilitas* formaliter id est, in se su negatiuo; eadem ratione poterunt multiplicari aliae Notiones Ergo, iuxta nostram sententiam, non possunt esse quinque Notiones nec plures, nec pauciores. Secunda pars minoris facile videtur probari. Nam, sicut Pater est *Innascibilis*, Filius est *Non Spirabilis*, Et Spiritus Sanctus *Ingenerabilis*. Ergo non modo quinque, verum septē Notiones poterant cōcedi: cū praeter Notiones positivas quatuor, sint aliae tres negatiuae. Ra. 19 Ref.



19 Respondeo cum Suarez Ideo *Improducibilitatem* Patris vocari *Notionem*; non autem *Non spirabilitatem* Filij, ut voluit Scotus, aut *Ingenerabilitatem* Spiritus Sancti, ut alij voluerunt; quia nomine Notionis intelligimus id, quod explicat ex conceptu suo perfectionem, & dignitatem. Cum igitur ex conceptu suo, & ex terminis ipse esse *improducibile* perfectionem dicatur: si quidem carere principio, perfectio sit ex ipsa terminorum apprehensione; secus vero esse *Non spirabile*, aut esse *Ingenerabile*: ideo *Improducibilitas* Patris appellatur *Notio*, secus *Non spirabilitas* Filij, aut *Ingenerabilitas* Spiritus Sancti: neque in his, quae congruentiam duntaxat spectant, amplius oportet immorari.

## SECT. III.

*Utrum Essentia sit virtuale principium Paternitatis?*

20 **D**Ocui, cum tract. de Scientia, tum tract. de Volunt. Dei dum de principio intellectus, & volitionis sermonem inquisi, non querendum esse indiscriminatum, & in cōfuso: an vnum sit virtualiter aliud? Sed determinandū esse munus; in quo vnum virtualiter aliud sit. Nam; cum vnum esse virtualiter aliud, sit illi æquivalere; & nulla entitas alteri æquivalet in omnibus; omnis vero æquivalet alteri in aliquo: hinc fit nec illam æquivalentiam requiri, nec hanc secundam adeo diminutam sufficere. Id circo, ut non indistinctē, & sine scopo procedatur, designandum est munus, seu prædicatum, respectu cuius dubium est: an vnum alteri æquivalet: alioqui in constantissimē, & valde confusē in disputatione procedemus. Videantur quæ diximus tract. de Scientia q. 2. sect. 4. & tract. de Volunt. Dei quæst. 3. sect. 1. His suppositis.

21 Sit nostra conclusio, Iuxta nostram sententiam identificantem virtualiter intellectum cum Essentia, & Paternitate cum loquutione, & productione Verbi: Essentia est principium virtuale Paternitatis in munere directivo: ita ut realiter, & verē, & à parte rei Paternitas dirigatur ab Essentia, Essentia vero nō dirigatur à Paternitate. Explicatur, & simul prob. hæc conclusio. De ratione loquutionis est dirigere cognitione obiecti, cuius est loquutio. Ita ut cognitio dirigat ad loquendū; loquutio vero nō dirigat ad intelligendum. Ideo contra Scotū supra quæst. 4. sect. 3. docuit;

docuimus loqui, & intelligere non esse actus intellectus disparato modo se habentes; sed Deum loqui, quia cognoscit id, quod loquitur: non vero cognoscere quia loquitur: nam aliter loquutio non esset actus rationalis, neque qui loqueretur non directus ex cognitione, proprie loqueretur; sed se haberet veluti ipsa cæcus, qui profert voces; re tamen vera non loquitur. Ergo verum est in sensu reali: *Pater loquitur, quia intelligit*; non vero intelligit quia loquitur. Ergo loquutio, qua Pater loquitur Verbum, vere, & realiter est ab intellectu in genere directivo, secus vero intellectio à loquutione. Si ergo, virtualiter loquendo, Essentia est ipsa intellectio, & Paternitas est loquutio; eadem ratione, qua loquutio fuerit ab intellectu, erit Paternitas ab Essentia. Cum igitur, iuxta discursum factum, loquutio verè, & realiter sit directivè ab Essentia, potius quam è converso, planè deducitur Paternitatem, quæ est indistincta virtualiter à loquutione, esse realiter, & vere in genere directivo ab Essentia, utpote realiter, & virtualiter idè significata cum intellectu.

22 Hinc deducitur 1. Essentiam esse virtualiter principium Paternitatis quoad munus dirigendi, sive quoad munus essendi rationem in genere directivo existentie Paternitatis: quando quidem reuera potius Essentia dirigit ad Paternitatem; quam Paternitas ad Essentiam, qua propter in hoc munere æquivaleret principio reali: siquidem re ipsa tale munus non virtualiter; sed verè, & realiter exercet.

23 Deducitur secundo, Essentiam non esse principium virtuale Paternitatis in genere productivo: quia esse principium virtuale in genere productivo, esset æquivalere principio reali in munere producendi: quod nihil aliud est, quam verè, & realiter producere. At qui, cum Essentia verè, & realiter nõ producat Paternitatem, non æquivaleret principio reali in munere producendi. Ergo Essentia non est principium virtuale Paternitatis in genere productivo.

24 Deducitur 3. Adhuc in genere directivo cautius, & decentius loqui dicendo Essentiam esse solum principium virtuale Paternitatis: non verò principium reale: quia, licet verè, & realiter, & non solum virtualiter Paternitas sit ab Essentia directivè, potius quam Essentia à Paternitate: nihilominus ratio principij realis, communiter loquendo, prout abstrahit ab omni principio reali, non solum sonat principiatam esse realiter à principio in aliquo genere, in quo non sit realiter principium à principia-

to, verum iuxta communem acceptionem, etiam sonat distinctionem realem inter principium, & principiatum: quam ob rem qui diceret Essentiam esse principium reale Paternitatis in genere directiuo, videretur affirmare, non solum directionem realem, verum & realem distinctionem. Si tamen aliquis contenderet hunc terminum *Principium reale in genere directiuo* non dicere in conceptu principij directiuam distinctionem realem à principiato, sed solum quod principium sit directiuè in sensu reali ratio existendi principiatum, potius quam vice versa: & ideo Essentiam esse principium reale cū addito *in genere directiuo* respectu personalitatis Patris, videretur mihi in rigore loquendo veram affirmare: tamen fateor vulgarem modum accipiendi hunc terminum *principium reale distinctionem reale* semper significare videri; sed hoc non est iuxta rigorem sermonis; sed iuxta vulgarem plurium persuasionem.

25 Denique deducitur vltimo: iuxta sententiam distinguendum virtualiter Essentiam ab intellectu dicendum esse intellectum, prout virtualiter distinctam ab Essentia, esse principium directiuum immediatum Paternitatis prout loquutio est. Essentia vero non esse principium immediatum fore vero principium mediarum ea ratione, qua fuerit principium intellectus. Nam hoc quod est dirigere ad loquutionem solum competit Essentiæ quatenus intellectus virtualiter est: si vero ab intellectu virtualiter distinguatur, cessat ratio, ob quam ei directio competere debeat.

26 Forsam dicit aliquis hanc regulam posse præfigi, vt aliqua ratio conueniat virtualiter Deo: nimirum quod Deus habeat aliquod prædicatum, quod in humanis saluari non potest absque eo quod sit formaliter id, quod solū virtualiter dicitur esse in Deo: ideo enim susceptio duplicis prædicati contradictorij est in Deo distinctio virtualis, quia in humanis nequit saluari absque reali distinctione; in Deo autē ob suam infinitatem sine reali distinctione saluatur: quod est idem ac asserere, tunc in Deo dari aliquid v.g. principium, quando æquiuale illi in ordine ad aliquod prædicatum, quod in humanis saluari non potest absque eo quod sit realiter principium.

25 Hæc regula in sufficiens est: nam, si vera foret in tota sua latitudine, plurima dicerentur esse virtualiter in Deo, quæ nemo hucusque concessit, nec facile concedet. Nam ex hac explanatione virtualitatis inferretur Deū esse virtualiter peccatorem. Nam de Deo verificatur id, quod nequit verificari de creatura, quia peccatum committat. Ergo iuxta datam explanationem Deus

virtualiter peccaret. Antecedens est certum. Nā plura exequitur Deus, & plurima alia posset exequi, quæ creatura sine peccato exequi non valeret. 2. quia, si esset vera hæc regula, esset in Deo accidens virtuale, passio virtualis, imperfectio virtualis, & plura alia, quæ nemo hucusque concessit: siquidem Deus ob suam infinitam perfectionem intelligit absque intellectione superaddicta accidens virtuale creatura vero non ita intelligere valet. Vteriusque plura verificantur de Deo, quæ in creaturis necessario requirunt accidens receptum: & consequenter dicunt imperfectionem; secus in Deo ob suam infinitatem. Tertio: quia in Deo Essentialia esset virtualiter multiplex: cum identificetur tribus personis, & in creatis quod multiplici identificatur, multiplex est in se ipso. Quarto: Quia Filius esset virtualiter quid causatum: & consequenter creatura: cum in creatis Filius nequeat non esse effectus procedens à Patre: & sexcenta alia, quæ facile quisque congerere potest.

28 Nec exemplum deducum ex distinctione virtuali fundata in susceptione duplicis contradictorij quidquam probat. Nam susceptio duplicis prædicati contradictorij non ex eo appellatur distinctio virtualis, præcise quia in creatis arguat distinctionem realem; secus in divinis: sed quia iuxta scholarum acceptiōnem communem iam omnes intelligimus hanc virtualitatem; siue æquivalentiam distinctionis realis esse in ordine ad suscipienda prædicata contradictoria. Itaque, dum dicimus unum distinguui virtualiter ab alio, licet verbis non exprimamus, re tamē vera iam omnes intelligimus munus, in ordine ad quod datur virtualis distinctio, esse susceptionem duplicis prædicati oppositi: nō quia hoc arguat, vel non arguat distinctionem in creatis; sed quia solū contendimus in ordine ad hoc munus perinde se habere ea extrema, ac si realiter distinguerentur, siue in ordine ad alia munera æquivaleret, siue non æquivaleret.

29 Porro: si ad distinctionem virtualem sufficeret aliquod prædicatum arguens necessario in creaturis distinctionem realem, in Deo independentē à susceptione duplicis prædicati contradictorij daretur sapissimè distinctio virtualis. Nam in creatis operari intentionaliter arguit distinctionem realem ab operante: quæ propter Deum, præcise ut intelligens, & volens, distinctionem virtualem admitteret. Itam in creatis unum esse ab aliquo arguit distinctionem realem: quæ propter Deum ut præcise ens à se virtualem distinctionem haberet à se ipso.

Pluraque alia possent facile adduci: quæ idem intentum manifestissime confirmarent.

## SECT. IV.

*Quem ordinem habeant inter se Paternitas, & Spiratio actualis?*

30 **T**riplicem sententiam reperio. Prima est: Paternitatem precedere ad Spirationem: ita ut prius intelligatur Pater. Deinde Filius productus à Patre: & tertio Relatio Spiratoris: quæ resultans virtualiter simul ex Patre, & Filio indivisibiliter, supponit utrumque virtualiter iam constitutum. Secunda sententia est, quæ tenet Pater Antonius Perez: videlicet prius esse in Essentia virtutem spirativam: deindeque pro posteriori esse Paternitatem: & consequenter Paternitatem supponere virtutem Spirativam. Tertia sententia est comitanter se habere in Patre Paternitatem, & virtutem Spirativam, quia neutra alteram supponit.

31 Hæc sententia mihi verior est: quæ quidem duplicem partem continet seorsim probandam: nimirum, & quod Relatio Spiratoris prius sit in Patre, quam in Filio, & quod in Patre neque supponat Paternitatem, neque ad illam supponatur.

Prima igitur pars probatur. Filius habet Relationem Spiratoris communicatam à Patre. Ergo Relatio Spiratoris prius est in Patre, quam in Filio. Consequentia est bona. Antecedens constat ex communi Theologorum doctrina desumpta ex Ecclesiæ definitione in Concilio Florentino sub Eugenio quarto statuentem Filium accipere à Patre omnia præter esse Patrem. Ergo accipit à Patre virtutem Spirativam. Solutionem Patris Suarez afferentis hoc intelligendum non esse necessario determinate de communicatione formali, sed indeterminate, vel formali, vel radicali: infra rejiciemus magis ex professo, dum de Verbi processione sermo instituetur.

32 **O**b. r. Si Relatio Spiratoris prius esset in Patre, quæ in Filio, Pater spiraret Spiritum Sanctum prius quàm Filius, quod absurdum est. Ergo Relatio Spiratoris non est in Patre prius quàm in Filio. Sequela probatur *Spirare est habere ipsum actuale.*

*Spirare.* Si ergo Pater prius quam Filius habeat actualem *Spirare*, spirabit prius.

33 Respondeo: Spirationem actualem non denominare Patrem spirantem usque dum intelligatur in Filio: quia *Spirare* quoad denominationem praeter actionem spirandi, involuit communicationem spirationis secundae personae. Quae propter licet *Spiratio* sit quasi forma denominans, non tamen denominat nisi subiectum capax denominationis. Hoc autem subiectum capax, non est Pater in signo priori ad Filium, sed in signo, in quo iam Filius intelligitur.

34 Ob. 2. instando Idem argumentum. De ratione perfectissimae actionis est quod, ipsa intellecta, illico terminus pro signo immediato inferatur. Ergo de ratione Spirationis activae est quod, semel intellecta, intelligatur omnino immediate terminus productus, utique Spiritus Sanctus. Ergo spiratio nequit intelligi prius in Patre, & postea in Filio, antequam intelligatur Spiritus Sanctus: siquidem hac ratione iam intelligeretur actio divina in aliquo signo, quin in signo immediato intelligeretur terminus illius. Antecedens probatur. Actio, quam non subsequitur immediate terminus, non denominat agens actu agens pro illo signo immediato, sed pro remoto: & ideo Pater, ut supra docuimus, non denominatur *Spirans* in signo antecedente ad Filium. Ergo illa actio non transfert agens pro illo signo à potentia ad actum. Sed de ratione perfectissimae actionis est transferre agens de potentia ad actum eo ipso quod existat. Ergo de ratione perfectissimae actionis est quod, ipsa intellecta, statim terminus pro signo immediato intelligatur.

35 Respondeo: primum antecedens falsum esse: quia de ratione perfectissimae actionis solum est quod procedat à perfectissimo agente, perfectissimum terminum ponat, & immunis sit ab illis imperfectiōibus, quae in actionibus creaturarum reperiuntur, ut est dependentia à subiecto, defectibilitas, &c. Quod vero existat effectus, siue terminus in signo immediato ad actionem, non est de ratione perfectissimae actionis. Ad probationem antecedentis: concedo Spirationem non denominare Patrem spirantem pro omni signo, pro quo existit. Ceterum quod ita denominare pro omni signo suae existentiae sit de ratione perfectissimae actionis, non probatur: quia falsum est esse de ratione perfectissimae actionis transferre terminum de potentia ad actum pro omni signo suae existentiae. Nec video unde hoc principium robar accipere possit.

36 **S**ecunda pars nostrae conclusionis: videlicet Spiratio-  
nem, & Paternitatem non habere inter se ordinem prioritatis  
& posterioritatis, ex eo mihi probatur: quia nullum huius ordinis  
fundamentum reperio. Restat tamen dissolvere argumentum insi-  
nuatum à Patre Antonio Perez, cui innixus, docet Spirationem  
actiuam priorem esse Paternitatem.

37 **O**bjicies ergo. Spiratio continet Paternitatem &  
Filiationem, cum vtrique identificetur. At neque Paternitas, ne-  
que Filiatio continet adæquatè Spirationem, cum Spiratio plus  
ribus identificetur. Ergo Spiratio influit virtutiter aliquo mo-  
do in Paternitatem, & Filiationem, vt terminus, quos in sua vir-  
tute continet. Respondeo: continentiam identitatis non esse con-  
tinentiam virtutis productiuam. Qua propter admissa continen-  
tia identitatis, quæ ponitur in antecedenti, nego influxum virtus  
scm.

38 **O**bjicit secundo idem author per hæc verba. In omni  
rei genere quodvis principium prius habet suas perfectio-  
nes secum identificatas, quam producat alias distinctas. Ergo Pa-  
ternitas habet Spiratoris perfectionem quæ sit substantialis, &  
identificata cum Paternitate, prius quam Filium à se realiter di-  
stinctum. Supposita autem antecessione ad Filiationem, non est  
cur Paternitatem non antecedit Spiratio actiua.

39 **I**ncipiendo ab ultimo: nego non esse rationem, qua-  
re Spiratio potius antecedit ad Filiationem, quam ad Paternita-  
tem. Est enim ratio, quam adduximus ex Concilio Florentino: vi-  
delicet Filium debere accipere à Patre Spirationem actiuam: &  
ideo debere prius intelligi in Patre quam in Filio: quod quidem  
non saluatur, nisi prius intelligatur Spiratio quam Filiatio. Hæc  
autem ratio non datur vt præcedat ad Paternitatem, siquidem à  
nullo alio communicatur Patri Spiratio actiua. Ex quo patet  
male dixisse P. Antonium Perez, quod supposita antecessione  
Spirationis ad Filiationem, non est ratio, ob quam spiratio Pa-  
ternitatem non præcedat. Præterea: cum in signo, in quo intelli-  
gitur Paternitas habere se cum identificatam Spirationem, in-  
telligatur ipsa Paternitas: ex ipso argumento conuincitur in ip-  
so signo antecedente ad Filiationem intelligi iam Paternitatem:  
secus Filiationem: imò ipso antecedente videtur supponi in ipso  
signo spirationis intelligi iam Paternitatem gaudentem Spiratio-  
ne, vt perfectione substantiali.

primum debere habere omnes suas perfectiones substantiales prius  
 natura quam producat alias a se distinctas. Qui enim asserunt sub  
 stantiam non esse conditionem ad operandum: consequenter re  
 nentur negare illud generale principium. Præterea: qui asserunt  
 Spirationem resuscitare ex Patre, & Filio constitutis in esse talium,  
 eosque constituere in esse principij vnici Spiritus Sancti, facile  
 poterunt respondere Spirationem non esse perfectionem substan  
 tialem Patris secundum se, sed Patris, & Filij indiuisibiliter sum  
 ptorum. Qua propter distinguunt illud primum antecedens. Quod  
 vis principium habet suas perfectiones priusquam producat a  
 liud a se distinctum nisi sint perfectiones ipsius principij secundum  
 se: admitto: si sint perfectiones principij, & termini indiuisibilis  
 ter sumptorum: nego antecedens. Cumque Spiratio non sit  
 perfectio Patris seorsim sumpti (iuxta hos A.A.)

sed sit perfectio Patris, & Filij non est cur.

ad Filium precedere debeat ex.

vj huius argumen.

¶





## QVÆST. XI.]

De secunda Trinitatis persona prout est  
Filius.

**T**RIA potissimum reperiuntur in secunda persona: nempe, & esse *Filium* Patris: & esse *Verbum* Dei, & esse *Spiritantem* Spiritum Sanctum simul cum Patre. De hoc ultimo aliqua iam diximus, & que restant infra subieciturus. De ratione *Verbi* ex professo questionibus sequentibus disputabimus. Modo de ratione *Filij* in presenti questione sermo erit: ubi discutiemus cur processio *Verbi* potius quam *Spiritus* S<sup>a</sup> sit *Generatio*: que est potissima: imò, & tota huius materie difficultas. Hæc questio tam Patrum, quam Scholasticorum plurimum vexavit ingenia: eiusque ingens difficultas in plurimas sententias distraxit Authores. Longum esset cunctas recensere, & examinare. Quam ob rem, aliquibus sententijs relictis, quam probabiliorum iudico, explicabo, reliquarumque fundamentis satisfaciā: lectorem ad authores remittens, qui de hac re potius tractauerunt.

## SECT. I.]

*Nonnullis præsuppositis, diuersæ sententiæ proponuntur.*

**D**E fide est secundam Trinitatis personam esse genitam. Constat ex Ioan. 1. *Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse narrauit: quo vnigeniti nomine iterum atque iterum idem Ioannes vocat Christum Dominum, tum hoc capite, tum cap. 7. vers. 16. & alijs locis. Hoc idem constat ex psalm. 2. Ante*

*Luciferum genui te. Est etiam de fide Spiritum Sanctum genitum non esse. Vtrumque in symbolo Athanasij continetur. Filius à Patre solo est non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus Sanctus à Patre, & Filio non factus, nec creatus, nec genitus: sed procedens.*

2. Etiam de Fide est tam Spiritum Sanctum, quam Verbum habere eandem Essentiam cum Patre: Pater enim producit Filium, & ique suam communicat Naturam, & Essentiam. Pater vero, & Filius producant Spiritum Sanctum, & ei suam quoque Naturam, & Essentiam communicant. Ex quo fit tam Spiritum Sanctum, quam Verbum procedere à Patre: & tam Spiritum Sanctum, quam Verbum habere Naturam, & Essentiam Patris. Verum, cum hæc ita se habeant, quare Verbum sit genitum, secus Spiritus Sanctus, cum uterque Naturam Patris à Patre accipiat: hoc opus, hic labor est, ut ait August. tom. 6. lib. 7. contra Maximinum cap. 14. *De Patre est Filius, de Patre est Spiritus Sanctus: sed ille genitus, iste procedens. Quid autem inter procedere, & nasci intersit, explicare quis poterit?*

3. Oritur hæc difficultas ex eo quod omne, quod ad rationem Filij requiritur, videatur in Spiritu Sancto reperiri. Filius enim est qui per generationem procedit: & non facile apparet, cur productio Spiritus Sancti non sit generatio? Nam *Generatio, iuxta Philosophos, ut infra videbimus, est Origo viventis à vivente, à principio cōiuncto in similitudinem naturæ.* Atqui processio Spiritus est origo viventis à vivente, ut per se patet. Deinde est à principio coniuncto: nam principium Spiritus Sancti, cum sit eiusdem Essentia cum Spiritu Sancto, coniungitur cum eo per identitatem Essentia. Deinde Spiritus Sanctus, cum sit eiusdem Essentia, & natura cum principio, videtur esse similis in Natura. Processioni ergo Spiritus Sancti convenire videtur tota Generationis definitio.

4. Ob ingentem difficultatem reddendi rationem cur processio Verbi sit Generatio, & non processio Spiritus Sancti, Concilium Nicænum, Sixtus Papa, Irenæus, Alexander Alexandrinus, Chrysostomus, Nazianzenus, Basilus, Cyrillus Alexandrinus, Acacius, Ambrosius, & iterum Augustinus citati à P. Ruiz de Montoya tom. de Trinitate disp. 5. sect. 1. & hanc questionem insolubilem reputare, & eam tractantes temeritatis nota videntur iurare. Cæterum, dum hæc discussio nec vana curiositate ducatur, nec natura solum inicitur viribus, nec tam profundum

pelagus exhaurire præsumat, sed reuerenter, Scripturæ, & Patrum doctrinæ inherendo, ad tanti mysterij examen accedat, non prohibetur, sed potius à Patribus commendatur.

5 Sententiæ circa hanc difficultatem ad tres classes reducantur. Ad primam spectant explicaciones nonnullæ antiquorum Patrum, quæ vel nimis obscuræ sunt, vel nihil aliud docent, quam quod de Fide certum est, vel, si aliqua tradunt, non omnino ad rigidam scholasticam normam aptantur. Has explicaciones videre poteris apud Vazquez 1. p. disput. 113. cap. 3. Arriagani 1. p. tractat. de Trinitat. disp. 47. sect. 1. Et magis ex professo apud Ruiz de Montoya de Trinitat. disput. 8. sect. 1.

6 Ad secundam classem pertinent sententiæ antiquorum scholasticorum, ut sunt Aureolus, Durandus, Ægidius, Richardus à Sancto Victore, necnon D. Thom. qui in 1. dist. 13. quest. 1. artic. 2. & 3. & de Potentia quest. 10. art. 2. corpore, & ad 7. & 11. videtur Durando fauere. De his vide, si placet, eundem Ruiz eadem disp. sect. 2.

Ad tertiam, & ultimam classem reuocantur explicaciones Theologorum Recentiorum, qui vel antiquas sententiæ noua luce illustrarunt, vel nouas ad tantam difficultatem minuendam inuenerunt. Ex his eas solum referam, quæ hodie magis receptæ sunt, & in scholis frequentius propugnantur.

## SECT. II.

### Propositur, & refellitur sententiæ Thomistæ

rum.

7 PRIMO Thomistæ, quibus accedunt ex nostris Valentia, Arrubal, & fusissimè Ruiz de Montoya disp. 6. & 7. dicunt ex eo Verbum præ Spiritu Sancto esse Filium, quia Verbum potius quam Spiritus Sanctus ex vi processio- nis oritur similis Patri in Natura: quia, licet defacto Spiritus Sanctus similis etiam Patri sit in Natura, cum eisdem sit

Naturæ cum illo : hoc tamen non habet ex vi iuz originis formaliter vt talis ; sed quasi comitauer ; & materialiter.

8 Ratio huius sententiæ est : quia intellectus ex vi sua tendit ad assimilandum cognoscentem cum obiecto cognitos ; cumque Verbum sit opus intellectus , ex se habet esse similitudinem cum obiecto per Verbum representato . Deinde quo perfectior fuerit intellectus , perfectiorem intendet similitudinem . Quapropter cum Verbum Diuinum sit opus perfectissimi intellectus , ex vi sua inducet perfectissimam similitudinem ; quæ ex cogitari potest : & cum similitudo in Natura eadem ; sit similitudo perfectissima omnium : ideo Verbum ex vi processionis euadet eiusdem Naturæ cum Patre . Cæterum ; cum processio Spiritus Sancti non sit per intellectum , sed per voluntatem , cuius muneris non est assimilare volentem cum obiecto amato ; sed propendere in illud : ideo non habet Spiritus Sanctus esse eiusdem naturæ cum Patre ex vi procedendi per voluntatem , seu ex talitate procedendi per voluntatem pertinente formaliter ad lineam voluntatis ; sed præcisè quia in Deo omnia sunt vnum vbi non obuiat relationis oppositio.

9 Hæc sententia ex pluribus capitibus mihi displicet. Primo ex parte extremorum, inter quæ intellectus similitudinem intendit. Intellectus enim intendit similitudinem inter obiectum, & cognitionem, seu inter obiectum, & personam intelligentem, reduplicatiuè vt intelligentem, & etiam inter obiectum, & loquutionem mentalem illius obiecti. Ergo intellectus diuinus Paternus intendet similitudinem inter obiectum expressum per Verbum, & ipsum Verbum. At qui Verbum Diuinum non solum exprimit, & loquitur Trinitati indiuisim, verum etiam seorsim, tum quamlibet personam, tum etiam in probabilissima sententia, etiam apud Thomistas, quamlibet creaturam. Ergo, si infinita perfectio loquutionis mentalis arguit infinitam similitudinem physicam cum obiecto expresso, Verbum Diuinum non solum erit eiusdem Naturæ cum Trinitate indiuisim sumpta; verum etiam habebit aliquid realiter commune cum qualibet personalitate seorsim: imò, & cum qualibet creatura, quæ per tale Verbum exprimitur. Sed quia forsam dices Verbum non procedere ex cognitione creaturarum, & etiam quod, licet Verbum nihil habeat commune

cum relatione Paternitatis seorsim, Verbum tamen vel non procedit ex cognitione ita seorsim cognoscente, vel dato quod ita procedat, sufficere ad similitudinem physicam perfectissimam habere Verbum in se aliquid, quod re vera identificetur cum Paternitate: licet hæc responsio insufficientis sit, aliter conficio argumentum.

10 Non maiorem similitudinem intendit intellectus inter obiectum, & loquationem, quam inter obiectum, & cognitionem. Sed infinita perfectio intellectus diuini non exigit similitudinem plusquam intentionalem inter obiectum, & cognitionem diuinam, prout præcisè diuinam, & infinitè perfectam in linea cognitionis. Ergo similitudo requisita ad rationem Verbi Diuini, prout est Verbum Diuini intellectus, non exigit similitudinem plusquam intentionalem perfectissimam. Discursus est legitimus, & maior videtur certa: nam Verbum intellectuale non magis pertinet ad intellectum vt assimilatiuus est, quam intellectio siquidem intellectus non magis exprimit alteri obiectum per Verbum, quam sibi ipsi per intellectionem, cum motus intellectionis sit re præsentare obiectum ea ratione, qua hic, & nunc representari potest.

11 Iam vero minor primi syllogismi facilè probatur, quia intellectus diuinus infinitè perfecte cognoscit omnes creaturas: & tamen non assimilatur eis per intellectionem plusquam intentionaliter. Ergo infinita perfectio intellectus diuini non exigit similitudinem plusquam intentionalem inter obiectum, & intellectionem vt præcisè diuinam, & perfectissimam. Ergo identitas quoad naturam inter Patrem, & Verbum non procedit formaliter ex vi processionis per intellectum vt diuinum, & perfectissimum.

12 Secundo impugnatur prædicta sententia. Amor vt amor perfectissimus in linea amoris est communicatiuus bonerum amanti personæ amatæ. Ergo quo maior est amor, maius bonum amabit, & communicabit personæ amatæ. Ergo Pater, quis amat infinitè Spiritum Sanctum, & quia illum per amorem producit, ex vi formaliter huius amoris tenebitur illi communicare infinitum bonum. Ergo Spiritus Sanctus ex vi processionis euadet similis Patri, & Filio in Essentia, qua bonorum plenitudo continetur. Probo consequentiam. Id habet Spiritus Sanctus formaliter ex vi processionis, quod illi communicatur ex intentione voluntatis secundum quod infinitus amor est. Sed prout infinitus amor

est Spiritus Sancti, intendit communicare illi infinitum bonum.  
Ergo.

13 Nec possunt respondere Thomistæ Spiritum Sanctum una procedere ex amore tendente ad communicandum infinitum bonum personæ amatæ per talem amorem. Ceterum Spiritum Sanctum non procedere ex amore ipsius Spiritus Sancti; sed ex amore Patris, & Filij, qui iam cum plenitudine bonorum supponuntur. Non, inquam possunt hoc respondere: quia oppositum docent cū D. Thoma. Communiter enim Thomistarum Schola tenet Verbum procedere ex cognitione totius Trinitatis; & consequenter Spiritum S. procedere ex totius Trinitatis amore, licet quoad rationem cognitionis, & amoris diuerse sentiat Galetanus. Hic enim cum nostro Molina docet Verbum procedere ex cognitione intuitiua Patris, quæ simul est abstractiua Filij, & Spiritus Sancti: eoque sequenter que meditatatur de processione Spiritus Sancti. Reliqui verò Thomistæ asserunt Verbum procedere ex cognitione intuitiua totius Trinitatis.

14 Verum siuè cognitio, siuè voluntas, sint abstractiua, siuè intuitiua; iuxta ipsos tamen Spiritus Sanctus procedit ex amore infinito Spiritus Sancti. Cum igitur amor infinitus tendat ad communicandum, si possit, infinitum bonum personæ amatæ, quod non intelligitur habere, planè deducitur Spiritum Sanctum formaliter ex vi processionalis per amorem infinitum habere communicatam totam plenitudinem boni, quæ est in Patre & Filio; quæ plenitudo bonitatis ab eorū Essèntia nõ distinguitur.

15 Tertio impugnatur hæc sententia: quia intellectus quantumvis perfectus non intendit assimilare obiectum cognoscenti similitudine physica, sed intentionali perfectissima. Vnde ex eo quod Verbum procedat per intellectionem perfectissimam, non inferretur similitudo physica, sed intentionalis.

16 Respondet P. Ruiz de Montoya intellectum tendere in similitudinem; cumque similitudo physica in natura eadem pertineat ad lineam similitudinis: ideo intellectus perfectissimus, ut perfectissimus, intendit perfectissimam similitudinem: non solùm intra lineam contractam similitudinis intentionalis; verum intra lineam latissimam similitudinis ut sic. Cumque perfectissima similitudo omnium sit per identitatem Naturæ: hinc fiet intellectum perfectissimum intendere hanc similitudinem, quia continetur intra latissimam lineam similitudinis ut sic, ad quam spectat similitudo, quam intendit intellectus.

17 Satis ingeniose, & non iniucunde ab his lineis se ex-  
 pedit P. Arriaga in 1. p. tract. de Trinit. disp. 47. sect. 5. per totam.  
 Breuiter ego praefatam solutionem sic impugno. Quia similitudo  
 intentionalis, quae est propria intellectus, continetur sub  
 similitudine ut sic, inferitur perfectissimum intellectum non solum  
 debere habere perfectissimam similitudinem intentionalem,  
 verum etiam perfectissimam similitudinem intra totam lineam  
 similitudinis. Ergo quia coniunctio affectiua, quae est propria voluntatis,  
 continetur intra lineam coniunctionis ut sic, inferitur formaliter  
 perfectissimam voluntatem non solum debere habere  
 perfectissimam coniunctionem affectiuam, verum etiam perfectissimam  
 coniunctionem intra totam lineam coniunctionis. Ergo Spiritus Sanctus ex vi  
 processions, formaliter per voluntatem habet coniunctionem identitatis in  
 Natura cum suo principio. Probo consequentiam, Id habet Spiritus Sanctus  
 formaliter ex vi processions per voluntatem, quod habet ex vi processions  
 tendentis ad perfectissimam communicationem, aut coniunctionem  
 intra totam lineam coniunctionis. Sed Spiritus Sanctus est  
 eiusdem Naturae cum suo principio ex vi processions tendentis  
 ad perfectissimam coniunctionem intra totam lineam coniunctionis.  
 Ergo Spiritus Sanctus habet esse eiusdem Naturae cum suo  
 principio formaliter ex vi processions per voluntatem. Consequentia est  
 legitima, & minor certa: quia eo Spiritui Sancto communicatur  
 Essentia diuina, quia datur processio, quae tendat ad  
 ei communicandam diuinam Naturam: quae communicatio est  
 perfectissima coniunctio. Maior verò patet ex supra dictis: quia  
 totum id tribuitur lineae voluntatis, quod tribuitur lineae superior-  
 i, ad quam spectat linea voluntatis, ut constat à paritate intellectus,  
 ad cuius lineam spectat quod tribuitur lineae similitudinis ut sic, ad  
 quam similitudinem voluntatis spectat similitudo, quae est  
 propria intellectus.

SECT. III.

*Qua ratione Scotista ab hac difficultate se expediant?*

18 **V**arias reperio hujus quæstionis apud Scotistas explica-  
 tiones. Primam (si explanationis nomen meretur) tenet  
 rigidiores Scotista: qui quidem asserunt non aliam pos-  
 se reddi rationem cur Verbum sit Filius, & non Spiritus Sanctus,  
 nisi quia res ita se habent: sicuti non aliter possumus respondere  
 quærenti cur unum non sit aliud, siue cur distinguatur ab alio, quã  
 quia non est illud. Hanc responsionem esse Scoti videtur clarè cõ-  
 stare ex ipsius verbis. Nam in 1. dist. 13. quæst. vnic. §. *Ad qua-*  
*estione[m] hęc habet. Ad quæstionem respondeo: quod productiones se ip-*  
*sæ formaliter distinguuntur. Generatio enim formaliter se ipsa est Ge-*  
*neratio. & Spiratio se ipsa formaliter Spiratio. Et ex rationibus*  
*formalibus earum impossibile est Generationem esse Spirationem, cir-*  
*cum scripto per impossibile quocunque alio. Ita quod non oportet qua-*  
*erere quibus distinguantur, quia tota ratio formalis unius est non ca-*  
*dem toti rationi formali alterius.* Hęc Scotus.

19 **C**eterum à subtilissima, & excelsa Scoti mente ma-  
 ximopere alienum est eum iudicasse non posse quæstionem à ferè  
 omnibus Theologis inde vsque ad tempora Athanasij discussam  
 probabiliter saltem dissolvi: adeoque ignaviter ac segniter ma-  
 nus difficultati dedisse. Præsertim cum, si attente legatur Scotus  
 prædicto loco, & quæ prius proposuerat, & refellerat expendan-  
 tur: plaue cognoscetur eum in prædictis verbis solum negare pro-  
 ductiones distingui inter se formaliter vel à principio, vel à termi-  
 no: ideoque asserere productiones se ipsis distingui *physicè*, prout  
*physicè* à metaphysicè distinguitur: consequenterque Generationē  
 ab Spiratione, & Spirationem à Generatione se ipsas formaliter  
*physicè* distingui, non autem à principio aut à termino producto.  
 At vero quod sit prædicatū propriū uniuscuiusque productionis  
 metaphysicè loquedo, ratione cuius productio secūde personæ sit  
 Generatio, & nō Spiratio: & è cõtra productio tertie personæ, hic



non definit; sed ab ea præciudit. Postea vero etiam huic quæstioni responderet.

20 Patet hoc ex ipso Scoti contextu: quia proposita initio distinctionis hac quæstione *Virum Spiritus Sanctus sit generitus?* Et adhibita ratione dubitandi, refert opiniones diuersorum distinguendum productiones vel ex parte principij, vel ex parte termini. Refert enim in §. *Hic sunt multa via*, sententiam Egidij qua ponitur istas productiones distingui per terminos, qui sunt persona producta. Deinde §. *Alio modo ponitur* refert aliud placitum D. Thomæ r. p. quæst. 36. art. 7. in solut. ult. quo ponitur istas productiones distingui per hoc quod una productio est ab una persona, alia autem à duabus personis. Deinde §. *Aliter dicitur*, & §. *Aliter ponitur* refert duo placita Henrici. Iuxta primum dicitur quod emanationes distinguuntur penes principia formalia electiua. Iuxta secundum ponitur quod distinguuntur penes principia distincta secundum rationem. His, & alijs placitis propositis, dicit Scotus productiones se ipsis formaliter distingui (physice) quin opus sit ad aliud recurrere. Et postea, vt hoc confirmet, adducit Augustinū: ex quo asserit inferri personas per productiones distingui, non vera productiones per personas. Non igitur Scotus in superioribus verbis vel quæstionem non caluit, vel difficultate territus fugit; sed prius aliorum sententias refellit, vt suam postea dilucidius exponeret.

21 Igitur in §. *Ad argumenta* asserit Scotus ex eo productionem secundæ personæ esse Generationem, secus productionem tertiæ, quia productio secundæ, & non tertiæ est naturalis: ideoque est naturalis quia producit principio naturaliter inclinato ad agendum: & hoc modo non spirat Pater.

22 Vt hoc discrimen iuxta mentem Scoti intelligatur, supponendum est ex ipso id intelligi sub nomine naturalis, quod opponitur libero. Cumque apud Scotum, vt omnibus notū est, productio Spiritus Sancti sit libera, licet non libertate contingentiæ: ideo iuxta ipsum productio Verbi est naturalis. Ex hoc colligit Scotus productionem Verbi esse Generationem: quia productio potentie naturalis est productio potentie determinatæ ad vnum. Cum igitur intellectus vt talis non sit potentia libera, sed naturalis: ideo productio Verbi vt pote per intellectum est productio potentie naturalis, & determinatæ ad vnum. Qua propter erit Generatio: quia Generatio est productio per modum Naturæ, seu naturalis.

Hæc explicatio, quæ est apud Scotistas communior, rejicitur: quia vel *ly naturale* accipitur pro *necessario*, vel accipitur pro eo, quod provenit immediate à Natura ic ipsa absque interuentu attributi ex natura rei distincti à natura ipsa. Vel denique accipitur *ly Naturale* pro eo, quod provenit à potentia naturali prout distincta à potentia non naturali. Sed nullo ex his modis explicatur sufficienter, cur productio Verbi sit naturalis, & ideo Generatio. Ergo absolute per *ly Naturale* in sufficienter explicatur ab Scotistarum ratio Generationis. Probo minore per partes. Nam in primis productio Spiritus Sancti à deo necessaria est, prout necessitas opponitur contingentiæ, ac est productio Verbi. Nam licet voluntas producens Spiritum Sanctum sit potentia libera in ordine ad alios terminos, non tamen in ordine ad Spiritum Sanctum. Quod autem in ordine ad alios terminos sit libera voluntas, nihil refert ut productio Spiritus Sancti sit libera, potius quam productio Verbi.

23 Si tamen asseratur hic sumi *liberum* pro *voluntario*, *Naturale* vero quatenus voluntario opponitur, omnino voluntarie, & absque vilo solido fundamento dicitur productionem Filij debere, & sufficere esse *naturalem* hac ratione. Nam quod Generatio debeat esse in similitudinem Naturæ solum denotat debere genitum prodire ex vi processions saltem in non dissimilem Naturam. Natura autem in hoc casu non sumitur pro potentia producente non voluntarie; sed pro vera & reali Natura principij producentis, ad quod impertinenter se habet quod productio sit formaliter voluntaria, vel non sit formaliter voluntaria.

24 Præterea: neque ad rationem Generationis requiretur productionem esse *naturalem*, id est immediate à Natura seu Essentia: quia in diuinis Essentia, vel Natura non generat, præsertim in Scotistarum sententia, in qua intellectus, per quem producit, & generatur Verbum, est attributum ex natura rei distinctum ab Essentia.

25 Denique neque congruenter explicatur Generatio asserendo Generationem debere esse à potentia naturali, prout distincta à potentia non naturali. Rogo enim, quid sub nomine potentia naturalis intelligatur? Non enim potest intelligi potentia necessario conueniens. Nam hac ratione tam voluntas, quam intellectus erit potentia naturalis, cum necessario naturæ rationali diuine conueniat. Deinde si sub nomine potentia naturalis intelligatur potentia, quæ non est libera in operando adhuc prout

libertas dicit precise voluntarietatem, reddi impugnatio facta  
num. quia esse terminum productum *naturaliter*, hac ratione,  
nihil refert ad rationem Generationis ut ibi diximus.

26 Illustrissimus Merinero tract. de Trinitate  
disp. 1. quest. 4. à numer. 35. amplius hoc explicat hac ratio-  
ne. Productio naturalis, seu potentia determinata ad, vnum est  
productio tendens ad assimilandum terminum suo principio. Ne  
id vnum, ad quod est determinata potentia non libera, non est ali-  
ud, quam *simile* suo principio: omne enim principium, quod natu-  
raliter, & non libere inclinatur in productionem, inclinatur in  
productionem termini sibi similis. Ergo idem est (ait Merinero)  
esse originem naturalem, seu originem proveniente[m] à principio  
naturaliter, & absque libertate operante, idem, inquam, est quam  
esse originem in similitudinem naturæ.

27 Ex hoc infert sententiam Scoti non opponi senten-  
tiæ Thomistarum, sed potius Thomistarum sententiam senten-  
tiæ Scoti inniti. Nam ideo iuxta Thomistas Verbum procedit  
per Generationem, quia procedit simile ex vi processionsis, & ideo  
procedit simile quia procedit per intellectum ex se assimilati-  
um. Si autem ultimo queratur cur intellectus assimilatus sibi ter-  
minum productum: asserit Illustrissimus Merinero renocari tan-  
dem debere in rationem Scoti, videlicet quia intellectus, ut potest  
potentia non libera, sed naturalis, est determinata ad vnum: &  
vnum quodque principium quando non libere inter plura, sed de-  
terminata ad vnum inclinatur, inclinatur, & determinatur ad pro-  
ducendum terminum sibi similem.

28 Prædicta explicatio mihi displicet. Primo: quia, ut  
supra dicebamus, licet voluntas divina sit potentia libera in ordi-  
ne ad decreta contingentia, non tamē ita est libera respectu amo-  
ris necessarij, & productionis Spiritus Sancti. Verum quidem est  
amorem Dei erga se Ipsum, & productionem Spiritus Sancti esse  
liberas à coactione, seu spontaneas, & voluntarias. Cæterum cum  
libertas à coactione non sit indifferentia ad plura, non excludit  
determinationem ad vnum. Si ergo tota ratio producendi simile  
sibi, oritur ex eo quod sit potentia determinata ad vnum, non est  
tunc voluntas non producat Spiritum Sanctum similem Patri, &  
Filiis: quidem Spiritus Sanctus procedit per voluntatem deter-  
minatam ad vnum, quatenus ordinatur ad hanc productio-  
nem.

29 Secundo: quia potentia determinata ad vnum quæ inte-  
dit

dit similitudinẽm, vel intendit similitudinẽm physicam, vel intentionalem, vel similitudinẽm vt sic, & præscindentẽ. In primis potentia determinatã ad vnum, vt sic determinatã, non intendit necessario determinatẽ similitudinẽ intentionalem, vt patet in omnibus agentibus naturalibus tendentibus ad productionem termini eiusdem speciei physice cum principio. Deinde non est de ratione potentie determinatæ ad vnum intendere similitudinẽ physicam, vt patet in intellectu, qui quidem est potentia determinatã ad vnum; & nihilominus similitudinẽ intentionali contenta est. Præterea quod principium determinatum ad vnum intendat similitudinẽ præscindendo à physica, & intentionali, nõ sufficit ad explanandam præsentẽ difficultatẽ. Ergo non recte explicatur ratio Generationis per hanc determinationem ad vnum.

30 Antecedens, in quo fiat difficultas, probatur: Intendere similitudinẽ præscindentẽ à similitudinẽ requisita ad rationem Filij, & generati, non sufficit ad generationem. Sed similitudo præscindens à physica non sufficit ad rationem Filij, & Geniti iuxta Scotistas, quia determinatẽ requiritur similitudo physica. Ergo intendere similitudinẽ præscindentẽ à physica non sufficit ad rationem Generationis.

Dices potentiam determinatã ad vnum non intendere similitudinẽ physicã ex conceptu præcise determinatæ ad vnum, sed ex conceptu perfectissimæ potentie determinatæ perfectissimẽ ad vnum: quia potentia hoc modo perfectissima intendit perfectissimã similitudinẽ. Verum hæc solutio coincide

dit omnino cum solutione Thomistarum, quam reie-

cimus præcedenti se 2. 2. à nom. 16. Re;

colle quæ ibi dicta

sunt.



## SECT. III.

*Reijcitur sententia Patris Suarez.*

**P.** Suarez 1. p. tract. 3. lib. 11. cap. 6. quem sequitur Arria-  
ga in 1. part. disp. 47. sect. 8. aliter hoc mysterium expli-  
cat. Supponit 1. hęc sententia Essentiam divinam di-  
cere virtualiter intellectionem necessariam; secus necessariam  
volitionem. Quo supposito, sic rem meditatur. Pater producit  
Verbum per intellectionem; non vero per volitionem. Deinde  
Pater, & Filius producant Spiritum Sanctum per volitionem; non  
per intellectionem. Ex quo legitimè deducitur Verbum procede-  
re per Essentiam virtualiter distinctam à volitione. At vero Spi-  
ritum Sanctum procedere per volitionem; non vero procedere  
realiter per Essentiam, licet procedat realiter, & virtualiter per  
aliquid realiter identificatum cum Essentia.

32. Ex his inferitur Patrem producendo Verbum illi  
communicare formaliter ex vi processionis Essentiam. Nam *om-  
ne producens aliquid verba sunt D. Thom. 1. part. quæst. 41. in cor-  
pore producit sibi simile quantum ad formam, qua agit: sicut homo  
genitus est similis generanti in natura humana, cuius virtute Pater  
potest generare hominem.* Cum igitur Pater Æternus producat  
Verbum per intellectionem; in qua consistit Essentia divina: hinc  
fit Patrem ex vi productionis Verbi illi communicare intellec-  
tionem, quæ est Essentia: consequenterque Verbum formaliter ex  
vi processionis eundem Essentiæ cum Patre. At vero Spi-  
ritus Sanctus, cum non procedat per intellectionem, sed per voli-  
tionem, quæ virtualiter est extra Essentiam, non accipit à Patre  
immediate virtualiter (quod est idem ac formaliter ex vi proces-  
sionis) Essentiam, sed volitionem, quæ ab Essentia virtualiter di-  
stinguitur: comitanter vero ratione identitatis realis volitionis  
cum Essentia accipit à Patre Essentiam. Ex quo tandem inferitur  
Verbum formaliter ex vi processionis esse Deum; secus Spiritum  
Sanctum: ideoque non esse Filium.

33. *Hęc sententia mihi displicet: tum quia mihi falsum  
est*

est volitionem ab Essentia virtualiter distingui, v̄t ostendi tract. de vol. q. 2. sect. 3. Tum quia licet magis probabile esset Essentiã, & volitionem necessariam inter se virtualiter distingui; non tamen explicatio Generationis Filij huic sententiã solum probabili deberet adstringi. Tum, quia intellectionem esse principium quo Verbi Divini; & non potius esse principium quo adæquatam Paternitatem (vt nos supra docuimus) magis incertum est.

34. Tum, & præcipuè: quia, licet demus ex vi processio- nis Verbi immediatè, & formaliter communicari Essentiam, se- cus ex vi processio- nis Spiritus Sancti, nihilominus negari non potest Spiritum Sanctum in suo formalissimo conceptu involue- re Essentiam diuinam, licet non immediatè communicatam. Nã Spiritus Sanctus vt est tertia Trinitatis persona est Deus verus de Deo vero. Tunc sic.

35. Esse similitudinem, splendorem, caracterem, & figu- ram substantiã Patris iuxta hanc explicationem, nihil aliud est quam esse eiusdem Naturæ cum Patre. Ergo licet Spiritus San- ctus non ex vi processio- nis sit similitudo, splendor, & caracter Patris, re tamen vera caracter, & splendor est Patris. At iuxta PP. vt infra latius videbimus, vt proprium Filij: imo, & vt ratio formalis Filij dicitur imago, & splendor Patris: non vero quod id habeat ex vi processio- nis. Ergo iuxta hanc sententiam tribui- tur realiter Spiritui Sancto quod proprium Filij à PP. prædica- tur.

36. Declaratur hic discursus, PP. continuè prædicant non solum Verbum esse similitudinem, & imaginem Patris, verũ etiam dicunt in eo rationem Filij consistere, vel saltem proprium esse Filij, esse Patris similitudinem caracterem, & imaginẽ. Suffi- ciat in testem Athanasius epist. de decretis Nicenæ synodi in me- dio: vbi loquens de Verbo, ait, quod si eum imaginem nominet, Fi- lium eo ipso esse indicaueris. Quid est simile Deo, nisi sua ipsius proge- nies: At qui iuxta Thomistas, & P. Suarez tota similitudo consi- stit in identitate Naturæ. Ergo, licet non ex vi processio- nis; si ve- re tamen, & realiter tota ratio, imaginis, similitudinis, splendo- ris, & caracteris Patris, quæ vt propria Filij à Patribus prædicã- tur, reperitur in Spiritu Sancto, poterimus ore pleno vocare eum imaginem, similitudinem, Figuram, & Splendorem Patris, dum- modo non dicamus formaliter ex vi processio- nis. Non ergo rectè dixit Athanasius quod si eum imaginem nominemus, Filium so- ipso esse iudicabimus. Sed debebat dicere quod si imaginem

ex vi processionis formalissimè dixerimus, Filium iudicabimur.

37 Scio D. Thomam hic art. 2. dicere nonnullos ex Græcis Patribus, ut sunt Athanasius epist. ad Serapionem, Thaumaturgus in confessione fidei apud Nisenum in vita illius. Bas. 5. contra Eunomiam cap. 12. in principio, & Damascenus 1. de Fide cap. 12. & alij nonnulli, appellare Spiritum Sanctum Imaginem Patris, & Filij. Sed hi PP. benignè interpretandi sunt, quasi loquuntur solum de Imagine valde impropria. Confirmatur ex verbis D. Thomæ infra pro nostra sententiâ expendendis. Igitur D. Thomas 4. contra Gentes cap. 11. postquam docuerat Verbum esse simile Patri, eiusque imaginem, hæc subdit: *Relinquitur ergo quod Verbum Dei non solum sit imago, sed etiam Filius: non enim sic est imaginem, ut eiusdem naturæ cum illo sit, in aliquo invenitur, qui Filius dici non potest, dummodo hoc in viventibus accipiatur* Ergo iuxta D. Thomam sic esse imaginem alicuius, ut eiusdem naturæ cum illo sit, nequit inveniri absque ratione Filij. Ergo omne vivens productum à vivente à principio coniungit eo, quod ita simile sit suo principio, ut eiusdem naturæ sit cum eo, erit Filius: siue sit formalissimè ex vi processionis, siue non. Ergo Spiritus Sanctus cum sit absolutè similis Patri, & eiusdem naturæ cum eo, habet eam similitudinem, quæ iuxta D. Thomam (quem in hac parte sequi affectat P. Suarez) non invenitur nisi in eo, qui habet rationem Filij. Sed de hoc iterum redibit sermo.

38 Impugnatur secundo hæc sententiâ: quia ut ex vi processionis accipiat terminus Naturam sui principij ut quod non requiritur, quod natura principij ut quod sit (admissis principijs superadditis) principium quo. Sed solum quod principium quo producit ille terminus, operetur exigendo quod terminus sit eiusdem naturæ cum principio quod. Patet hoc: nam, semel admissis potentijs superadditis, homo non generat hominem immediatè per suam Essentiam, tanquam per principium quo, sed per potentiam generativam, quæ quidem existit in termino producto, utique in homine generato, similitudinem: non solum in potentia generativa, sed principaliter in natura humana. Ergo dum Pater producit Spiritum Sanctum, hæc est eum non producat per intellectiõem (in qua consistit Natura, & Essentia Divina) tanquam per principium quo: hoc non debet, quoniam voluntas, quæ est principium quo exigit, quod ter-

minò productio communicetur Essentia Diuinâ: At hæc sufficit vt dicatur Essentia Diuina communicari ex vi processiois, vt probat exemplum generationis creaturarum. Ergo quod Spiritus Sanctus non procedat immediatè per Naturam diuinam, seu intellectiõem, non probat quod ex vi processiois non communicetur Spiritui Sancto Natura diuina: consequenterque non probat non esse Filium.

39 Impugnatur tertio hæc sententia: quia processio qua Spiritus Sanctus oritur à Patre, & Filio, vel formaliter ex vi sua habet communicare Spiritui Sancto indiuisibiliter adhuc virtualiter primario intellectiõem, & volitiõem, vel solum volitiõem, quæ volitio per identitatis nexum affert secum intellectiõem, quin processio illam immediatè primario in se attingat. Si primum: ex vi processiois formaliter tam communicabitur Spiritui Sancto intellectio, quam amor: consequenterque erit ex vi processiois formaliter naturæ eiusdem cum Patre. Si secundum: ex vi ergo processiois formaliter non est persona: quando quidem ex vi formaliter processiois non habet Naturam aliquam. Hoc autem minus dignè dicitur de Spiritu Sancto. Fieret etiam non esse ex vi processiois formaliter communicatum amorem sufficienter, vt daret denominationem amantis: consequenterque Spiritum Sanctum non esse ex vi processiois amantem, sed tantum amorem in abstracto subsistentem.

40 Ceterum hoc non vacat incommodo: quia id ponitur possitine passiuè ex vi processiois passiuæ Spiritus Sancti, quod respicit formaliter spiratio actiua. At spiratio actiua id respicit formaliter, ad quod dirigitur fecunditas spiratiua: hæc autem, vt potè perfectissima, tendit formaliter ex vi sua ad producendam tertiam personam. Ergo processio Spiritus Sancti formaliter vt talis tendit formaliter, non præcisè vt sit amor, sed vt sit persona amans: consequenterque Spiritus Sanctus ex vi processiois euadit persona eiusdem naturæ cum Patre & Filio. Præterquamquod videtur distortus modus apprehendendi res, quod ad amorem sequatur intellectio, & natura: cum potius si natura adstruatur aliquomodo distincta, ipsa debeat suas secum operationes adducere.

41 Impugnatur denique quarto hæc sententia: quia Pater Filius, & Spiritus Sanctus non sunt similes in Essentia, sed idem iuxta illud. *Ego, & Pater unum sumus.* sed ad rationem generationis requiritur vera similitudo ex vi processiois.



Ergo non saluatur ratio generationis in eo quod ex vi processio-  
 nis euadat Verbum eiusdem Naturæ cum Patre. Consequen-  
 tia est legitima, & minor certa, Maior probatur. Similitudo vt si-  
 militudo dicit distinctionem in ea ipsa ratione, qua similitudo  
 est: quia est relatio duorum. Ergo similia debent distingui in ra-  
 tione, qua similia sunt. Ergo non sunt similia in ratione, in qua  
 vnum, & idem sunt:

## SECT. IV.

## Reijcitur sententia P. Zuñiga, &amp; aliorum RR.

42 **A**lia sententia est, quam tenet P. Zuñiga tract. de Trinitate  
 di/p. 3. dub. 20. memb. 9. citans pro ea Richardum VI  
 Corinum lib. 6. de Trinit. à cap. 16. vsque ad 21. præ-  
 fertim cap. 19. Alexand. Alensem 1. p. quæst. 42. memb. 2. §. 1. &  
 memb. 3. artic. 2. ad 3. Maiorem in 1. dist. 3. quæst. 1. Bonamuen-  
 turam in 1. dist. 31. in secunda parte distinctionis. Hanc eandem  
 sententiam tradidit in manuscriptis P. Franciscus Alphonsus.  
 Docet igitur hæc sententia de ratione Filij esse, vt accipiat Na-  
 turam à Patre cum virtute, quam habet Pater eam communicandi,  
 di, vt eam accipit Verbum cum virtute dandi eam Spiritui Sancto.  
 Cum autem Spiritus Sanctus non accipiat Naturam diuinam  
 cum virtute eam communicandi, ideo Verbum est Filius Patris;  
 secus Spiritus Sanctus.

43 Declaratur hæc sententia. Natura, & potest accipi  
 secundum se, & potest accipi secundum munus Naturæ. Natura  
 secundum munus Naturæ est Natura vt fecunda proximè, licet  
 secundum se, solum dicat fecunditatem radicalem. Dum ergo di-  
 citur in definitione generationis esse *originem viuente à viuente*  
*se à principio coniuncto in similitudinem naturæ*, non debet ibi in-  
 telligi *in similitudinem naturæ* acceptæ secundum se; sed natura se-  
 cundum munus naturæ: hoc est fecunda proximè, saltem quate-  
 nus est ex intentione naturæ. Cum igitur Natura Diuina non ac-  
 cipiatur ab Spiritu Sancto cum fecunditate proxima; siquidem  
 non est in Spiritu Sancto virtus, vel generatrix, vel spiratrix; acci-  
 piat

piatur ratiō à Verbo cum fecunditate, id est cum virtute spiritali: tunc deducitur Verbum esse Filium, secus Spiritum Sanctum.

44. Probat̃ur primo hæc sententia: quia quod est de ratione Filij creati, & increati, est de ratione Filij vt sic abstracti ab vtroque. Sed de ratione Filij creati, & increati, est esse simile procedenti in virtute communicandi naturam receptam à Patre, abstrahendo à virtute gignendi propria Filij creati, & à virtute spirandi propria Filij increati. Ergo similitudo in ea virtute vt sic abstracta à virtute gignendi, & spirandi, est de ratione Filij vt sic abstracti à Filio creato, & increato. Minor probatur per partes: quia de ratione Filij creati est esse eiusdem naturæ, & essentia cū Patre. Sed natura Patris se ipsa habet esse principium ex se producti Filij. Ergo, & Filius: siquidem est eiusdem naturæ. De Filio increato etiam probatur: quia virtus spirativa est de conceptu huius Filij, ita vt, ipsa deficiente, hic numero Filius non existeret, sed alius chimericus.

45. Confirmatur hæc ratio: quia quod est de ratione Filij creati, & non dicit imperfectionem, debet esse de ratione Filij increati. Sed posse communicare naturam præscindendo ab eo, quod sit per generationem, vel per spirationem, est de conceptu Filij creati, & non dicit imperfectionem adhuc respectu Filij increati, quandoquidem invenitur in eo. Ergo talis virtus est de conceptu Filij increati.

46. Secundo probatur hæc sententia ab autoritate S. Basilij lib. 5. contra Eunomium cap. 12. vbi quærit: *Cur, & Spiritus Filius Filij non dicatur?* Et respondet initio capituli: *Ne Trinitas Filios ex Filij habere suspecta infinita putetur multitudi-* do Et paulo ante finem si quis Filium ex Filio diceret, in suspicionem multitudinis Trinitatem Deitatis hominibus adducebat: facile namque suspicari erat, quod si Filius ex Filio natus, ex hoc alius vti que natus esset, & tertius alius: & deinceps ad multitudinem: quæ ratio videtur supponere de ratione Filij esse producere alium similem sibi: alioquin ex eo quod Spiritus Filius esset, malè inferret alium, & hic alium, & sic in infinitum.

47. Probat̃ur etiam ex Concilio Florentino sess. vltima vbi dicitur: *nam credentes Spiritum Sanctum ex Filio nequaquam procedere, necesse est vt intelligant Spiritum ex solo Patre procedere, & consequenter non esse Filium.* Ex quibus verbis hoc conficitur argumentum: *Negantes procedere Spiritum Sanctum à Filio*

lio cedentur iuxta Concilium negare dari Filium in diuinis. Ergo de ratione Filij est quod ab eo procedat Spiritus Sanctus. Ergo constituitur in ratione Filij per virtutem productiuam Spiritus Sancti. Ergo natura, in cuius similitudinem debet Filius oriri, sicut virtutem producendi alium sibi similem. Hæc est sententia Richardi à Sancto Victore à Zuñiga illustrata, à Recentioribus propugnata, & hoc tempore in scholis celeberrima.

48 Displicet nihilominus hæc sententia. Primo: quia omnino liberè, & voluntariè accipit hoc nomen *Natura* pro principio intrinsecè operante communicando suum esse, prout præscindit à communicatione vel per generationem, vel per spirationem. Non enim talis acceptio reperietur, licet omnes, qui hucus utuntur, Philosophi, reconseantur. Accipitur enim *Natura* pro Deo, pro rerum essentia, pro collectione rerum creatarum secundum exigentiam earum, quæ ipsis debentur. Prout dicitur oppositionem cum re supernaturali. Et denique pro principio motus & quietis. Nonquam tamen, prout Zuñiga vult, usurpatur. Verum quidem est *Naturam* à nascendo dici. Cæterum, si hæc ratione accipiatur *Natura* actiue, quasi sit principium matuitatis, vel nascentiatum, strictè loquendo, solum id, quod per generationem producit, natum dicatur: sicut inde solum virtutem generatiuam dici *Naturam*; non vero virtutem, seu principium intrinsecè operans præscindens à modo generationis. Ex quo deducitur nihil præsidij ad hanc defendendam sententiam in voce *Natura* reperiri. Debet ergo Patet Zuñiga, ut tandem exequitur, ultra illa verba in similitudinem nature addere, & in fecunditatem producendi aliud à principio coniuncto: ut patet quæ fecunditas in termino ne virtualiter quidem continetur in definitione ab omnibus recepta.

49 Persistit nihilominus hic author appellando *Naturam* non Essentiam diuinam secundum se; sed Essentiam ut determinatam vel per generationem, vel per spirationem actiuam ad producendam intrinsecè. Quapropter aut Essentiam diuinam secundum se, licet propriè, prout propriè opponitur impropriæ, dicatur *Natura*; non tamen propriè, prout propriè est idem ac *Veritè*, & præcisè: quia Essentia diuina non intelligitur strictè *Natura*, donec intelligatur determinata ad producendum intrinsecè.

50 Verum hæc doctrina opponitur communi modo loquendi

quendi PP. afferentium absque vlla prorsus distinctione eandem omnino Naturam esse in tribus personis: non esse diuersas Naturas in diuinis: Spiritum Sanctum esse eiusdem omnino Naturæ cum Patre, & Filio. Si enim, strictè loquendo, Essentia diuina per determinationem ad producendum intrinsecè, constituitur *Natura*, Spiritus Sanctus non haberet Naturam Diuinam: siquidem non haberet Essentiam determinatam ad producendum. Quæ omnes loquutiones omnino exorbitant à communi modo loquendi Conciliorum, PP. & Theologorum.

51 Secundo displicet hæc sententia: quia ex Augustino 7. de Trinit. quem sequitur Magister in 1. d. ff. 25. & communiter Scholastici *eo Verbum quo Filius, & eo Filius quo Verbum*. Idem, que docet Achanasius, vt infra videbimus. Quæ verba non in sensu materiali; sed in formali accipienda sunt: id enim sonat modus reduplicatiuus; seu quasi reduplicatiuus, quem habent. Sed Verbum non constituitur in esse Verbi per virtutem spiratiuam, sed per representationem mentalem sui obiecti. Ergo neque constituitur in ratione Filij per virtutem spiratiuam, seu fecunditatè ad producendam aliam personam.

52 Respondent RR. Complutenses Verbum Diuinum coalescere ex relatiuo, & absoluto: ita tamen vt per eandem omnino relationem, per quam constituitur in esse Verbi, constituitur in esse Filij: nam Verbum constituitur per relationem vt coniunctam cum intellectu absolute, seu cum Essentia vt intelligenti præcisè. Filius vero constituitur per eandem relationem omnino vt coniunctam cum Essentia: non solum vt intelligente; verum etiam vt volente, & vt aff: & reliquis attributis, nec non vt gaudente virtute, & fecunditate spiratiua: quia Filius vt talis debet habere omnia, quæ habet Pater præter esse Patrem.

53 In primis: hoc est sub honesta verborum specie Augustinum deserere: qui quidem absolute, & nõ sub distinctione asserit secundam Trinitatis Personam eo esse Filium, quo est Verbum, & eo esse Verbum, quo est Filius. Ergo iuxta Augustinum idem est adæquatè virtualiter, tam ex parte absoluti, quam ex parte relatiui *esse Filium, & esse Verbum*. Adversatur ergo Augustino quisquis ex aliqua parte distinctionem aliquam, vel virtualem in adæquatam, inter Filium, & Verbum meditatur.

54 Præterea neque verum est absolute in hac sententia eodè omnino relatiuo constitui secundam Trinitatis personam in esse Filij, quo constituitur in esse Verbi: quia Filius carens est Filius, quate-

nus formaliter, & nō solū illatiuè, est similis Patri in fœcunditates: id est quatenus potest spirare Spiritum Sanctum. Sed per virtutē spiratiuam constituitur formaliter in esse potētis spirare, licet per processionem accipiat eam virtutem. Ergo per spirationem a&iuam constituitur secunda Trinitatis persona in esse Filij. Atque qui in esse Verbi non constituitur per spirationem. Ergo non cōstituitur in esse Verbi omni relatiuo, quo constituitur in esse Filij. Minor subsumpta probatur. Eo intelligitur Verbum, quo intelligitur expressio mentalis producta à Patre. Sed ad intelligendam huiusmodi expressiōem necesse non est intelligi virtutem spiratiuam formaliter. Ergo Verbum non constituitur in esse Verbi formaliter per virtutem spiratiuam.

55 Probatur minor, quæ sola difficilis potest esse. Iuxta hos AA. intelligitur Verbum, quia intelligatur communicata volitio, sed solum intellectio. Sed dum intelligitur intellectio communicata, non intelligitur communicata virtus spiratiua per voluntatem; siquidem spiratio communicatur per voluntatem; utpote exercitium voluntatis, & apud hos AA. virtualiter resultat ex voluntate. Ergo intelligitur Verbum, quia intelligatur spiratio.

36 Tertio displicet hæc sententia: quia fœcunditas Patris est ad generandum, & spirandum. At fœcunditas, quæ Filio communicatur, solum est ad spirandum. Ergo Pater, & Filius dissimiles sunt in ipsa fœcunditate: & etiam Pater communicaret diminutè fœcunditatem Filio: consequenter que generatio non valde uoca, sed æquinoca foret.

37 Respondent RR. in Natura fœcunda; & esse vim radicalem communicandi alteri Naturam, & exercitium a&uale communicandi. Conceptus Naturæ consistit in vi radicali. Hæc autem virtus radicalis communicatur Filio secundum se totam: exercitium vero communicandi Naturam, & si non communicetur Filio secundum totam suam extensionem, quam in Patre habet, quia in Patre datur exercitium communicandi Naturam per generationem, & spirationem; nihilominus in Filio datur idem numero exercitium spirandi, quod est in Patre: & propterea vniuersè accipit Naturam, & secundum conceptum radicalem Naturæ; & secundum exercitium spirandi.

58 Sed contra. Hæc vis radicalis non distinguitur virtualiter à Natura, prout virtualiter distincta à vi proxima communicatiua Naturæ, quæ consistit in virtute spiratiua, & virtute

generatiua. Ergo cum Essentia etiam communicetur Spiritui Sancto, etiam Spiritus Sanctus habebit Naturam fecundam radicaliter. Vel ergo in definitione generationis cum dicitur *in similitudinem naturæ* non dicitur Natura fecunda formaliter, & proximè, magis quam fecunda radicaliter, & remotè: vel debet intelligi Natura ut Natura proximè, & immediate fecunda. Si illud primum ergo etiam productio Spiritus Sancti est in similitudinem Naturæ: quandoquidem accipit Naturam fecundam radicaliter: consequenterque erit generatio. Si dicitur in definitione: *in similitudinem naturæ fecunda proximè*. Ergo Natura non communicatur Filio ut fecunda proximè ea ratione, quæ est in Patre adæquatè: siquidem non communicatur Filio fecunditas ad generandum. Ergo fecunditas proximè, quæ est in Patre, non communicatur Filio omni ea ratione, quæ est in Patre. Ergo dissimiliter communicatur. Ergo non uniuocè, saltem adæquatè.

59 Quarto displicet hæc sententia: quia PP. Latini dum in Concilio Florentino arguerent aduersus Græcorum errorem negantem Spiritum Sanctum procedere à Filio, nunquam prædixi PP. Græcis obiebant quod si Spiritus non procederet à Filio, Filius non esset Filius; sed solum opponebant quod Filius non distingueretur ab S. Sancto. Non ergo erat de mente eorum PP. fecunditas Filij constituere illum in esse Filij. Quamvis ergo verum sit, ut ait Vazquez, clarius & exactius in hac difficultate procedere Authores Scholasticos, quam antiquos PP. difficile ad modum creditu est quod nulli eorum Patrum, qui Oecumenico Concilio aderant, Spiritum Sanctum, in quo erant congregati, & cuius causa agebatur, non suggestisse potiore, & efficaciore rationem ad Græcorum errorem couellendum. Ex hoc ergo capite, quævis alia decissent, hæc sententia semper mihi falsitatis erit vehementer suspecta.

60 Denique displicet hæc cogitatio: quia nititur debilibus fundamentis. Primum fundamentum, nempe, id esse de ratione Filij ut sic, quod est de ratione Filij creati, & in creati. Cumque fecunditas prout præscindit à Generatione, & Inspiratione sit de ratione utriusque Filij, ideo huiusmodi fecunditas ad rationem Filij ut sic spectare debeat. Hoc, inquam, fundamentum facile infringitur: quia vel loquitur de fecunditate radicali, vel de proximè. Si de fecunditate radicali sermo sit, etiam Spiritus Sanctus esset Filius, cum accipiat Naturam, quæ est fecunditas radicalis ad generandum, & spirandum. Si autem loquatur de fecunditate proximè, & formaliter: rogo: an quando dicit id esse de ratione Filij ut sic

fic, quod est de ratione Filij creati, & increati, id intelligat arguēs in sensu formali, & definitiuo, vel tantū in sensu reali, & materiali.

61 Si in hoc secundo sensu nō est ad rem: quia asserere id realiter inueniri in Filio creato, & in increato, quod realiter inuenitur, verissimū est: sed impertinens ad prædicti dubij decisionē. Non enim querimus prædicata ut cūque Filij diuini, sed per quā rationē virtualiter, & formaliter constituatur in esse Filij. Asserimus catholicē secundā Trinitatis personam esse Filium, habereque virtutem proximam spirandi Spiritum Sanctum. Dubitamus autem quæ sit ratio constituens secundam personam in esse Filij. Hoc vero dubium minimē tollitur ex eo, quod virtus spiratiua, æquāque prædicata inueniantur realiter materialiter in Filio.

62 Si vero illa propositio maior id est de ratione Filij ut sic, quod est de ratione Filij creati, & in creati intelligatur in sensu virtuali, & formali, prout debet intelligi, ne inutiliter in probationē adducatur: fateor veram esse. Sed non facile probabitur minor: nempe: *secunditas proxima est de ratione virtuali, & formali Filij creati, & in creati*. Nam licet Filius creatus debeat esse eiusdem naturæ, & essentiæ cum principio. At naturam substantialem habere se ipsa esse virtutem proximam producendi aliam naturam per principium coniunctum, non est omnino certum: quia probabilissimum est potentiam generatiuam distingui realiter à substantia, cuius est essentia; In quo casu eo ipso quod intelligeretur natura eiusdem speciei producta, ante quam intelligeretur resoluta, siue emanare potentiam generatiuam, intelligeretur Filius: cōsequenter Filius non diceret formaliter in ratione Filij proximā secunditatem.

63 Secundo, & præcipue: quia minimē probatur de ratione Filij increati esse secunditatem ea ratione, quæ opus est ad efficaciam argumenti. Ex eo enim probat aduersarius secunditatem esse de ratione Filij Dei, quia, ablata secunditate, non remaneret verus Filius Dei, sed chimericus. Fateor hoc. Ex quo solum infertur ad summum Filium Dei realiter, & virtualiter dicere secunditatem: at vero dicere formaliter ex conceptu Filij Dei, de quo est questio, minimē ex hac conditionali deducitur. Patet hoc exemplo valde communi. Supposita identitate virtuali omnium prædicatorum hominis, verum est deficiente Rissibilitate fore ut deficeret homo. Male tamen exinde inferretur Rissibilitatem esse de conceptu formali hominis. Item admissa hac virtuali identitate inter absoluta prædicata necessaria Dei, verum similiter est de-

ficientē potentia condonatiua peccati, non fore Deum. Perperā tamen inde infertur potentiam condonatiuam peccati esse de formali conceptu Dei.

64 Dixi ad summum inferri Filium Dei dicere realiter, & virtualiter secunditatem proximam; re tamen vera, neque eā virtualiter dicit, ut præcisè virtualiter Filius, neque ex argumento proposito, ut iacet, infertur; sed solum Filium Dei non posse realiter absque huiusmodi secunditate consistere. Quemadmodum verum est deficientibus extremis deficere unionem, falsum tamen extrema esse unionem.

65 Præterea si ea propositio: *ablatā secunditate auferatur Filius Dei*, solum loquatur de ablatione præcisiva per intellectum, ita ut sensus sit. *Non intelligitur Filius Dei, nisi intelligatur secunditas* falsa est: tum in sensu formali, tum in virtuali; quia eo ipso quod intelligatur secunda Trinitatis persona, ut eiusdem nature cum Patre, à quo produciatur, & ut omnino similis Patri representatiuè, intelligitur Filius, quin opus sit exprimere, nedum formaliter, & ex modo intelligendi; verum ne realiter quidem ex parte obiecti, secunditatem spiritaliā: quā doctrina corrumpit aduersariorum argumentum.

66 Non maiorem soliditatem continet confirmatio: videlicet id quod est de conceptu Filij creati, & imperfectionem non dicit, debet esse de ratione Filij increati; cumque sit secunditas de ratione Filij creati, & ex alia parte ratio secunditatis nō dicat imperfectionē, videtur debere esse de ratione Filij increati. Hæc, in quā, ratio inefficax est; nā id, quod est de ratione Filij creati quatenus Filius creatus est, implicat quod sit constitutum Filij increati. At secunditas, quæ reperitur in Filio creato (quantūvis præscindatur à secunditate generatiua, & spiritali) constituit Filium creatum in esse Filij, reduplicatiue quatenus est Filius creatus: siquidem eatenus in creatis requiritur secunditas ad rationē Filij, quatenus est numero diuersa natura Filij à Natura Patris; & nequit aliter saluari, quod sint similes, & eiusdē nature, nisi quatenus sit secundus Filius, sicuti est Pater: quo saluatur similitudo, & idēitas. Cūq; esse Filium diuersæ nature à Patris natura, sit imperfectio propria creaturæ hinc deducitur, quod licet secunditas ve sic non involuat imperfectionem, dicat tamen imperfectionem secunditatem esse de ratione Filij increati.

67 Caterum in Deo secunditas, licet reperiat in Filio; minime tamen consistit eum in ratione talis: quia in ratione



eiusdem naturæ cōstituitur per ipsam naturam diuinam ut distinctam virtualiter à relationibus. In ratione autem similis, nequit constitui per fecunditatem: quia cum stricta similitudo petat distinctionem in eo ipso, in quo datur similitudo, non posset fecunditas constituere simile Verbum, nisi daretur alia fecunditas in Patre, cui similis esset fecunditas Filij. Est Igitur Verbum simile Patri, ut infra probabimus, similitudine intentionali, non vero physica similitudine.

68 Vnde ad argumentum in forma: distinguo maiorem: Quod est de ratione Filij creati, & non dicit imperfectionem in Filio in creato, adhuc in esse constitutum Filij in creato, constituit Filium in creatum: concedo: si dicat imperfectionem in esse talis rationis constitutum: nego maiorem. Et distinguo minorem: fecunditas constituens Filium creatum non dicit imperfectionem in Filio in creato: sumpta secundum se, concedo: constituens eum in esse Filij, nego minorem: & nego consequentiam.

69 Authoritates, quibus hæc sententia confirmatur à suis assertoribus, facile explicatur. Basilius enim dū ex eo quod Filius habet alium Filium intulit timendum processum in finitum non id intulit, quia supponeret de cōceptu Filij esse fecunditatem: quia neq; ad huc hæc sufficit ad processum infinitum Filiorum, siquidē adhuc dato fecunditatem esse de ratione Filij, simulque concessa primū Filium generare secundum Filium, poterat dici primū Filium generare secundum, non quia de ratione Filij sit potentia generatiua, quamvis sit fecunditas, sed ob aliam rationem: rursusque secundum Filium ratione fecunditatis, quæ est de ratione Filij producere aliam personam eiusdem naturæ, quæ non esset Filius: consequenterque posset non esse fecunda: quo terminaretur series productionum. Argumentum igitur Basilij nõ nititur in eo quod est de cōceptu Filij, sed in eo, quod in casu hypothesis cōuenires Filio. Cumque casu, quo primus Filius producere secundum, non esset ratio, quæ res secundus non producere tertium: & sic in reliquis: inde inferitur timendam fore infinitatem Filiorum: non quia modo sit de ratione Filij fecunditas, sed quia tunc in illa hypothesis si non esset ratio, quare secundus Filius non esset adeo fecundus ad generandum tertium, & sic in reliquis, ac primus ad generandum secundum.

70 Ad verba Concilij Florentini, in quibus ex eo quod Spiritus Sāctus nõ procederet à Filio, sed à solo Patre, videtur inferri non esse Filium in diuinis: respondeo cū P. Quir. hic disp. 36. scilicet.

sect. 2. num. 7. Concilium Florentinum timere ibi haeresim; quae personas confundit: quam dicit neque à Graecis admittendam vel ipsi iudicantes Spiritum Sanctum à Filio non procedere, consequenter ad suum falsum dogma arbitratur procedere ex solo Patre: & aliunde consequenter ad fidem Christianam non esse Filium ipsum: hoc est Spiritum Sanctum non esse Filium, ne per sonatum detur confusio, quam ipsi inficiabantur. Quare ex hac hypothesis non tollitur Filiatio à secunda persona, ut videtur inferri ex contextu Concilij.

## SECT. V.

*Proponitur nostra sententia, & pro eius explicat  
tione exponitur definitio Ge  
nerationis.*

71 **N**OSTRA sententia est, quam paucis immutatis, ut infra videbimus tenet P. Vazquez in 1. p. disp. 113. cap. 7. sequutus Canariensem; quamque defendunt P. Ludovicus de Torres, & P. Alarcon, et non P. Meratius. Eandem etiam cum modico discrimine propugnant P. Quiros in 1. p. tract. de Trin. disp. 36. sect. 6. P. Antonius Perez 1. p. tract. de Trinit. disp. 3. à cap. 6. P. Esparza in suo cursu Theologico tom. 1. lib. 1. quaest. 47. Est igitur nostra sententia Verbum divinum seu secundam Trinitatis Personam eo esse Filium pro Spiritu Sancto, quia non solum est eiusdem naturae cum Patre, sicut est etiam Spiritus Sanctus; verum etiam est simile Patri similitudine perfectissima intentionali substantiali, ratione cuius est perfectissima expressio substantialis, & imago Patris, & eius mentalis substantialis representatio.

72 **U**t haec sententia probeatur, explicanda prius est definitio generationis, quam ex varijs Aristotelis locis disposuit D. Thomas: quamque omnes Philosophi, & Theologi recipiunt. *Generatio* igitur iuxta D. Thomam in 1. p. quaest. 27. art. 2. corpore & 4. contra Gentes cap. 11. nec non iuxta Richardum Victorium lib. 6. de Trinit. cap. 11. est *origo vivens à vivente à principi*

*pio coniuncto in similitudinem natura.* In primis debet esse origo viuentis à viuente: id est debet esse id, medio quo vnum viuens totale procedit ab altero viuente totali. Additur à principio coniunctio: quia generans debet conferre genito aliquid substantiæ suæ: quod postea sit aliquid substantiæ geniti, ratione cuius coniungitur genitori: ac proinde dicitur esse à principio sibi coniuncto. Nam semen, quod antea erat pars substantiæ genitoris, postea est materia geniti: & ratione illius genitor coniungitur genito: ita ut genitum verè, & propriè dicatur esse à Genitore ut à principio sibi coniuncto, & vnitò in eadem numero parte substantiæ communi vtrique.

73 Restat igitur vltima particula *in similitudinem nature*: quæ similitudo, quæcumque illa sit, debet conuenire secundæ personæ potius quam terciæ, ut secundæ, potius quam terciæ, generetur, & rationem Filij sortiatur. Tota igitur huius questionis resolutio pender ex explicatione huius particule eâ ratione, ut nequeat verificari de Spiritu Sancto: nam priores partes huius definitionis Spiritus Sancto conueniunt: quandoquidem Spiritus Sanctus est viuens procedens à principio viuente: quod principium viuens coniungitur cum Spiritu Sancto ratione Essentiæ vtrique communis. Quare ex vi huius prioris partis definitionis non excluditur Spiritus Sanctus à ratione geniti, & Filij. Ut ergo ex vi definitionis excludatur, debet ita explicari vltima particula, videlicet *in similitudinem natura*, ut conueniat productioni Verbi, & nullatenus productioni Spiritus Sancti.

74 Dico igitur particulam *in similitudinem natura*, ita intelligi debere *in similitudinem eiusdem natura cum principio, à quo originem dicit.* Iuxta quam explicationem superior definitio ita construenda est. *Generatio est origo viuentis à viuente à principio coniuncto in similitudinem & identitatem cum natura principij, à quo procedit.*

75 Quod hæc ratione intelligenda, & explicanda sit definitio Generationis, probatur. Nulla melior explicatio est alij cuius definitionis, quam quæ adducitur ab eo, qui primus eam confecit, vel primus ea usus est. Sed D. Thomas, apud quem primò inuenitur integre hæc definitio, cum 1. p. quæst. 27. art. 2. tum 2. p. contra Gentes cap. 11. sic eam explicat. Ergo ita est intelligenda, & explicanda:

26 Minor huius discursus facile constabit cuilibet legẽ

ti Angelicum Præceptorem prædictis locis. Nam 1. p. quæst. 27. art. 2. corpore ait: ad rationem geniti requiri originem alienius uiuentis à principio uiuentis coniuncto. Subdit uero. *Non autem omne huiusmodi dicitur genitum sed proprie quod procedit secundum rationem similitudinis.* Ne tamen putetur similitudo abique naturæ identitate ad generationem sufficere; subdit: *non enim in quantumque similitudinis, sed requiritur ad rationem talis generationis quæ procedat in rationem similitudinis in natura eiusdem speciei.* Quæ uerba non intelligenda sunt reduplicatiuè, quasi dicat secundum rationem similitudinis reddentis naturam eiusdem speciei sed specificatiuè, & diuifim, hac ratione: *secundum rationem similitudinis uiuentis producti cum uiuente producente, & in natura uiuentis producti in distincte specificè à natura uiuentis producentis.* Quod est idè ac dicere illud esse genitum, quod est uiuens, & oritur à uiuente simile suo principio, & eiusdem naturæ: hoc est, in distincte specificè à natura uiuentis, à quo procedit.

77 Ex hac explicatione deducit D. Thomas in fine corporis articuli Verbum diuinum esse Filium quia Verbum quatenus Verbum habet esse simile obiecto, cuius Verbum est, & ulterius Verbum diuinum habet eandem Naturam cum Patre. Est igitur Verbum diuinum iuxta D. Thomam, Filius quia *conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ, & in eadem natura existens.* Igitur iuxta mentem D. Thomæ definitio generantium diuinentium dicit quod genitum & sit simile generanti, & eandem naturam saltem specificè cum generante.

78 Clarius id ipsum docet 4. contra Gentes cap. 11: propius ad finem quam ad medium. Vbi asserit Verbum esse Filium; quia Verbum est simile Patri, & habet eandem naturam cum Patre. Nam cum distinxisset duplicem imaginem: aliam, quæ est diuinitæ naturæ ab eo, cuius est imago: aliam, quæ est naturæ eiusdè, saltem specificè, illam primam ut insufficientem ad generationem reijcit; hanc uero secundam ut sufficientissimam amplectitur. Ex quo colligit Verbum diuinum esse genitura, quia habet similitudinem cum genitore, habetque eandem cum genitore naturam: *relinquitur ergo (inquit) quod Verbum Dei non solum sit imago, sed etiam Filius non enim sic esse imaginem alicuius, ut eiusdem naturæ cum illo sit, in aliquo inuenitur, qui Filius dici non possit, dum modo hoc in uiuentibus accipitur.*

79 Clarissime id ipsum paulo inferius iterum repetit per hæc uerba, *Verbum igitur Dei se ipsum intelligentis naturaliter ab*

ipso procedit, & cum Verbum Dei sit eiusdem natura cum Deo dicente, & sit similitudo ipsius sequitur quod hic naturalis processus sit in similitudinem eius, à quo est processio cum identitate natura. Ex quo infert Verbum esse generatum: siquidem processioni conuenit ratio formalls, & definitina generationis. Hæc autem est (inquit D. Thomas) vera generationis ratio in rebus uiuentibus, quod id, quod generatur, procedat ut similitudo ipsius, & eiusdem natura cum ipso. Ecce nostra ipsissima generationis explicatio. Est ergo Verbum Dei genitum verè à Deo dicente, & eius processio generatio, vel natiuitas dici potest. En quomodo D. Thom. ly in similitudine natura explicat per identitatem (saltem specificam) naturæ, & similitudinem principiantis cum principiato. Hanc esse generationis rationem iam olim docuerat Epiphanius hæresi 66. colum. 3. per hæc verba. Si quidem genuit ex se Filium impossibile est non esse æqualem, ac similem Patri: omne enim, quod gignit, simile sibi gignit: & non solum simile, sed æ quale identitate. Homo hominem gignit, & Deus Deum. Ecce quomodo Epiphanius, & similitudinem, & identitatem, saltem specificam, naturæ ad generationem requirit.

80 Hinc patet quare Verbum sit Filius, & non Spiritus Sanctus. Verbum enim ultra identitatem naturæ cum Patre habet similitudinem cum Patre. Cum enim Verbum perfectissimè Patrem representet, & representatio sit vera similitudo, licet intentionalis, cum tamen inferat Verbum non solum esse eiusdem nature cum Patre, verum etiam perfectè simile illi. Secus res se habet in Spiritu Sancto: quia Spiritus Sanctus cum Patre non representet, non habet similitudinem cum Patre; sed solum naturæ identitatem: identitas autem naturæ nõ est propria similitudo physica, quia propria similitudo physica dicit distinctionem in ipsa conuenientia. Qua propter Spiritus Sanctus nõ est similis Patri, secus Verbum: consequenterque Verbum duntaxat habet rationem Filij. Nec obstat quod similitudo sit intentionalis. Cum enim similitudo intentionalis sit vera similitudo, non est cur definitio generationis eam excludat: præsertim cum hæc ratio, ut infra videbimus, sit omnino conformis Sanctis Patribus.

81 In creatis vero tota ratio Filiationis (suppositis alijs de origine uiuentis à uiuente à principio cõiuncto) consistit in identitate specifica: hæc enim identitas similitudo est: cum enim identitas specifica in similitudine perfecta specifica consistat: ideo identitas specifica sufficit ad identitatem, & similitudinem ad Filiationem requisitas. Nec sufficit identitas generica: tunc quia nõ est per se

Et similitudo: tum quia non appellatur identitas simpliciter in Essentia: siquidem quæ genericè cōueniunt, & specificè distinguuntur, simpliciter dicuntur esse diuersæ Essentiæ. Ob eandē rationē non sufficit ad rationem Filij quilibet similitudo intentionalis, sed requiritur similitudo, quæ exprimat Essentiam, & naturā rei: alioquin non erit perfecta similitudo, & quæ in linea intentionali æquet similitudinem physicam essentialē. Requiritur ergo ad Filiationem similitudo, quæ vel in linea physica, vel in linea intentionali sit similitudo essentialis, & specificæ.

## SECT. VI.

Probatur nostra sententia.

82 PRIMUS ex Clemente Romano Epistola ad Iacobum cōsuluntio vbi ait: *Deus Pater secreti sacramenti vocabulum est. cuius vero Filius est Verbum, & Speculum, & Character, & imago viuens Patris viuens, in omnibus Patri similis, eiusdem nature in diuinitate genitus, & genitori per omnia cœqualis.* Ecce quomodo eatenus explicat rationem Patris, quatenus producit Verbum simile Patri, & eiusdem nature cum Patre.

83 Confirmatur ex Athanasio, & Augustino. Nam ille orat. 2. contra Arianos prope medium ait: *eo ipso quod Verbum Patris sui est Filius, & Filius est Verbum Patris, eiusque sapientia.* Et hic 7. de Trinit. (quem sequitur Magister in 1. dist. 25. & communiter Scholastici) inquit: *eo Filius, quo Verbum, & eo Verbum quo Filius.* Quæ verba non in sensu materiali, sed in formali accipienda sunt: id enim denotat modus reduplicatiuus, seu quasi reduplicatiuus, quem habent. Ergo formaliter per ipsam rationem, per quam Verbum Diuinum constituitur in esse Verbi substantialis, & mentalis, constituitur in ratione Filij. Sed in esse Verbi mentalis Patris constituitur per similitudinem intentionalem obiectiuam repræsentantem alteri perfectissimè suum obiectum. Ergo per eandem similitudinem constituitur in esse Filij: Responsum, quæ in huic argumento parauere RR. sequenti P. Zūnigam, satis impugnauius, supra.

84 Clarissimè id ipsum docet Anselmus in Monol. cap. 53. vbi initio proposita ratione dabitur dicitur videlicet, Verbum,

& non Spiritus Sanctus Filius sit, cum Spiritus Sanctus similis sit Patri, & Filio, & omnino idem in Essentia: respondet. Sicut Verbum max. ut consideratur, se prolem esse eius, à quo est, evidenter sine probat, promptam præferendo Parentis imaginem: sic amor apertè se prolem negat: quia dum à Patre, & Filio procedere intelligitur, non statim tam perspicuam exhibet se contemplanti eius, ex quo est, similitudinem, quamvis ipsam considerat a ratio doceat omnino id ipsum esse, quod est Pater, & Filius. His verò bis apparet ad rationem Filij reddendam recurrere ad rationem imaginis, qua Verbum repræsentat obiectum, cuius Verbum esse siquidem non contentus Anselmus cum similitudine per identicam naturæ, aliam querit, quæ sit propria Verbi, ut est Verbum & repræsentatio: Quod quidem est omnino recurrere ad similitudinem intentionalem.

85 Probatur nostra sententia autoritate Patrum confirmando hunc syllogismum. Iuxta PP. eo secunda Trinitatis persona est Filius, quo est imago, & similitudo Patris. Sed etiam iuxta PP. eo est imago, & similitudo, quia procedit ut Verbum: nimirum quia procedit per intellectum ut expressio perfectissima Patris. Ergo, stando autoritati Patrum, secunda Trinitatis persona formalissimè est Filius, quia procedit ut Verbum exprimens Patrem: Consequencia huius syllogismi bona est. Præmissæ seorsum probantur.

86 Maior igitur, nempe apud PP. eo secundam Trinitatis personam esse Filium, quod est imago Patris, pluribus testimonijs constat, quæ adducunt Vazquez, & Ruiz de Mótuya. Ego unum vel alterum seligam. Athanasius Epist. de decretis Nizænæ synodi ferè in ipso medio hæc habet loquens de Filio Dei. *Quod si eum imaginem nominas, Filium eo ipso esse iudicaveris: quod est simile Deo, nisi sua ipsius progenies?* Gregor. Nazianz. hoc ipsum elegan. ilsumè expressit orat. 36. quæ est 4. de Theologia longe propius ad finem quam ad medium num. 82. *Compendiosa* ( loquitur de Filio Dei) *facilisque paterna natura declaratio est Filius: omne enim quod genitum est, tacita quadam voce definit.* Idem docuit Nizetas ad orat. 41. Nazianzeni num. 1. *Quam igitur rationem habet definitio ad definitum, eandem habet Filius ad Patrem: ipsum enim declarat: quemadmodum definitio definitum.* Quamobrè Christus dicebat: *qui me intelligit, ( hoc enim significat qui videt me) Patrem quoque intelligit, omnis enim proles Parentis sui tacita est ratio, seu definitio.*

87 Clarissima etiam sunt testimonia Hilarij: nam lib. 7. de Trinitate, ita ait loquens de Verbo Diuino: *Quod ergo imago est, eo proficit ut Deum Patrem unigeniti Dei significet Natiuitas significat autem ut forma, & imago invisibilis Dei.* Et lib. 9. colum. 2. *Perfecta natiuitas perfectam imaginem præstat.* Rursus lib. de synodis colum. 7. ad canon. 33. Orientalium. *Omniem in se diuinitatis paternam qualis & quanta est formam invisibilis Dei Filius & imago complectitur.* & hoc verè esse Filium: paternæ scilicet formæ veritatem comaginatam in se naturæ perfectæ similitudine retulisse. Non potuit ad nostram mentem ratio Filij luculentius explicari. Plura alia possem afferre Patrû verba ad hanc propositionem probandam, Sed hæc sufficiant.

88 Minor autem superioris syllogismi, nempe: eo Filium esse imaginem, similitudinem, & expressionem Patris, quod sit Patris Verbum, in dubitata, ni fallor, propositio est apud Theologos. Nam placitum Origenis ad Euangel. Ioannæ. tom. seu lib. 1. negans Christo Domino esse propriè Verbum Dei, & solum metaphoricè rationem Verbi concedens (cui consentire videtur apertè Richardus Vi&or. lib. 6. de Trinitate. cap. 12. & 13. & sub obscuro aliqui PP.) omnino ut à sensu catholico alienum reijciendum est. Probatum nihilominus prædicta propositio vno vel altero Patrum testimonio.

89 Athanasius Epist. de decretis Nizenz synodi ferè in medio ita loquitur: *Quandoquidem vnus est Deus, necessarium quoque est vnam Dei imaginem esse, quæ ipsius est Filius: siquidem Filius Dei, ut ex Scriptura patet, ipse est Dei Verbum, sapientia, & imago.* Ecce quomodo Athanasius, quia ex Scriptura constat Filium esse Verbum, putat inferri esse Imaginem: imò Verbum, Filium, & Imaginem pro eodem omnino in explicatione reputat. Basilus eadem perspicuitate loquitur homil. 16. ad illud Ioan. 1. *In principio erat Verbum:* hæc enim habet: *cur Verbum, ut quod ex mente procedit ostendatur. Cur, inquam, Verbum? Quoniam sine motu genitum est. Cur Verbum? Attende quæ sequuntur. Quoniam Imago est Genitoris totum in se monstrans Genitoris rem.*

90 Probatum tertio nostra sententia. Aliqua vera, & propria similitudo requiritur ad rationem Filij. Sed nulla alia vera, & propria similitudo esse potest inter Patrem, & Filium in diuinis, nisi intentionalis a nobis assignata, Ergo similitudo intentionalis assignata a nobis, est quæ constituit Filium Dei inesse talis.  
Con:



Consequētia est bona, & maior constat ex ipsa definitione generationis videntium. Minor autem probatur. Quod Filius habeat eandem Essentiam, & eandem virtutem spiratuiam cum Patre, non est similitudo propria physica, sed identitas in illo tertio, in quo conveniunt. Ergo quod Filius habeat eandem naturam, & virtutem spiratuiam, non sufficit ad similitudinem propriam. Similitudo enim propria exigit distinctionem in ipsa ratione conveniendi.

91 Declaratur hæc ratio. Qualibet similitudo perfecta vel est physica, vel intentionalis. Similitudo physica perfecta exigit convenientiam specificam: quæ convenientia specifica dicitur in suo conceptu, quod extrema ita similia distinguantur realiter numericè secundum id ipsum, in quo similia sunt, ut patet in duobus hominibus, & quibuslibet alijs individuis. Ex quo fit identitatem inadæquatam duorum extremorum, quæ ita se habent, ut aliquod tertium sit commune utrique, non esse propriè similitudinem, sed identitatem inadæquatam. Atqui in divinis nulla potest esse inter Patrem, & Filium similitudo physica specifica: quia si comparantur Paternitas, & Filiatio prout ab Essentia, & virtute spiratua distinguuntur virtualiter, nullam habent similitudinem physicam specificam; sed potius realem dissimilitudinem habent. Si autem considerentur Pater, & Filius prout eandem Essentiam, eandemque virtutem spiratuiam habentes: hæc ratione non propriè similes, sed idem in aliquo tertio sunt. Ergo ut reperiatur similitudo aliqua propria, recurrendum est ad similitudinem intentionalem in esse expressivo.

92 Dices cum Arriaga: ad similitudinem physicam sufficere distinctionem inter extrema, quæ similia dicuntur, licet non habeant distinctionem in ratione ipsa, quæ similia constituuntur. Cumque Pater, & Filius, licet eandem Essentiam, eandemque virtutem spiratuiam habeant, realiter distinguantur: inde fit posse esse similes ratione Essentiæ, & spirationis.

Sed contra est. Nam similitudo physica non solum dicitur distinctionem realem inter fundamentum, & terminum remotos; sed etiam inter fundamentum proximum, ut tale fundamentum est constitutum per rationem proximam fundandi, & inter terminum etiam proximum, ut terminus proximus est: ut patet in duplici albedine duplicem in formante parietem. In quo casu non solum inter parietes, verumetiam inter albedines distinctio debet reperiri.

93 Confirmatur. Id, in quo fundatur p̄ximè similitudo physica, est fundamentum proximum talis similitudinis. Sed id, in quo fundatur similitudo est id, in quo fundatur etiam distinctio: nam relatio similitudinis, est relatio talis peculiaris distinctionis. Ergo fundamentum proximum similitudinis physice est id, in quo fundatur aliqua distinctio. Sed id, in quo identificantur duo extrema, non est id, in quo fundatur aliqua eorum realis distinctio. Ergo id, in quo identificantur aliqua extrema, nequit esse id, in quo fundatur similitudo physica eorum extremorum. Ergo Essentia Divina, & virtus spiritalis, in quibus identificantur Pater, & Filius, nullam possunt fundare relationem similitudinis.

94 Dices forsam: Essentiam fundare relationem distinctionis, ut talis peculiaris distinctionis, videlicet ut inadaquatè quod est idem ac fundare identitatem inadaquatam inter extrema realiter distincta. Verum hoc non est fundare relationem distinctionis, sed potius fundare ne adquatè distinguantur, & ne distinguantur ex parte talis fundamenti; sed potius ex parte illius identificentur: siue in causa esse ne ob tale fundamentum identitatis detur similitudo.

95 Neque item valet dicere. Filiationem esse similem Paternitati quatenus de utraque verificetur Identitas cum Essentia tum quia hæc non est similitudo, sed identitas in tertio, ut supra dictum est: tum, quia hæc non est omnino intrinseca virtualiter; sed quasi extrinseca: non enim se ipsis prout ab Essentia, & spiratione præsciunt, identificantur cum Essentia; sed prout extrinsecè virtualiter Essentiam, & spirationem importantes. Tum denique: quia, licet demus Paternitatem prout virtualiter distinctam ab Essentia, esse identitatem realem cum Essentia, & similiter Filiationem, ita ut præter identitatem identificatam virtualiter cum Essentia, & præter identitates coalescentes ex Paternitate, & Essentia, & ex Filiatione, & Essentia, detur duplex identitas cum Essentia: una se tenens adquatè ex parte Paternitatis; alia ex parte Filiationis. Nihilominus toto hoc dato, similitudo Paternitatis, & Filiationis in ratione identitatis cum Essentia, ad

huc non est sufficiens ad rationem generationis, quia non est similitudo perfecta: quandoquidem dissimilitudinem quasi specificam relationum in alijs rationibus secum admittit.

## SECT. VII.]

*In quo nostra sententia à sententia P. Vazquez dif-  
ferentiat?*

96 **P.** Vazquez explicat rationem Filij per similitudinem inten-  
tionalem, qua Verbum ratione proprietatis personalis  
similis est Patri Æterno. Nihilominus quamvis quoad  
hunc articulum cum P. Vazquez conveniam, in alijs vero, quæ in  
explicationem suæ sententiæ adducit, convenire minimè possum.

97 Primo tenet ad rationem imaginis non sufficere si-  
militudinem specificam essentialem cum principio, sed requiri vlti-  
terius aliam magis strictam similitudinem, qua terminus produ-  
ctus referat suum principium, saltem ex intentione naturæ: non so-  
lum quoad prædicata specifica, verum etiam quoad individualia.  
Ideo asserit unum ignem non esse imaginem alterius ignis, à quo  
ducit originè, quia ignis productus non magis representat hunc  
ignem producentem, quam alium, cum eodè modo omnibus alijs  
similis sit. Cæterum in viventibus Filius ex intentione naturæ re-  
presentat Patrem in individuo, quia nisi ex accidenti impedia-  
tur, Filius non solum representabit Patrem quoad rationem spe-  
cificam hominis, v.g. Verum etiam quoad proprietates persona-  
les, utique oris lineamenta, corporis magnitudinem, necnon in-  
genium, affectiones, & alia. Ob hanc rationem, & iuxta hanc ac-  
ceptionem explicat ly *in similitudinem*, ita ut idem sit ac *in imagi-  
nem principij producentis*: id est in similitudinem cum principio  
producente secundum proprietatem personalem, seu in expres-  
sionem huiusmodi principij.

98 Displicet hoc placitum: quia, licet ratio perfectæ & ipsi  
mæ imaginis id postulet: ratio vero imaginis ut sic non est cur tā  
perfecta indigeat representatione. Est enim intra rationem ima-  
ginis aliqua latitudo: neque enim omnis imago debet præsentem  
facere rem, cuius imago est, secundum omnia, quæ quomodo libet  
continet: sufficit enim secundum Essentiam. Patet hoc in Filij  
creatis, in quibus Filius est imago Patris, non solum intentionè à

natura, vetumetiam de facto, rametſi Patrem quoad proprietates personales non repræſentet de facto.

99 Secundo efficacius: quia Filius licet repræſentet Patrem quoad corporis, & oris lineamenta, & proportionem, & quoad ingenium, & indolem; non tamen repræſentat Patrem in indiuiduo, prout hic homo ſingularis eſt, & diſtinctus à reliquis poſſibilibus. Ergo non tenet ratio Patris Vazq. Probatur antecedens: quia totum, in quo potius repræſentat Patrem, quam alios homines, non eſt differentia indiuidualis Parentis, ſed quid omnino accidentale. Ergo repræſentare Patrem peculiariter in ordine ad hæc, non eſt repræſentare Patrem ſecundum differentiam indiuidualem, ſed ſecundum aliqua peculiaria accidentia. Conſequentia videtur certa; & antecedens videtur indubitabile iuxta veriorum ſententiam nullam admittentem inæqualitatem, aut diſſimilitudinem inter animas eiusdem omnino ſpeciei. In hac enim ſententia tota Eſſentia phyſica Parentis, nempe hæc materia, & hæc anima vnita inter ſe, non magis petunt hoc temperamentum, quam illud. Ergo repræſentare Patrem ſecundum hanc proportionem, & habitudinem membrorum, & ſecundum has naturales propenſiones, non eſt repræſentare Patrem ſecundum differentiam indiuidualem, ſeu ſecundum aliquid exigens hanc differentiam indiuidualem præ alia; ſed duntaxat eſt repræſentare Patrem ſecundum aliqua accidentia, quæ de facto ſunt in illo.

100 Confirmatur. Poſſibiles ſunt plures homines ſimiles penitus Petro, non ſolum in Natura, verumetiam in reliquis alijs accidentibus: poſſunt enim eſſe alij homines ſimilis ingenij, inclinationis, ſpeciei, & in omnibus alijs naturæ ornamentis abſque diſcrimine, & diſſimilitudine patris. In quo caſu Filius Petri quantumvis Patrem referat, non magis Patrem, quam alios homines omnino ſimiles repræſentabit, adhuc ex intentione naturæ: quia natura nequit intendere (niſi de mens ſingatur) quod exequi non valet. Cumque nequeat, ex prædicta ſuppoſitione omnimodæ ſimilitudinis illorum hominum cum Petro, Filium Petri eſſe formare magis Petri, quam alios homines referentem: planè deducitur neque ex intentione naturæ poſſe Filium Petri poſtius Petrum, quàm alium ex reliquis hominibus plene ſimilibus repræſentare. Ex quo inferitur ad rationem Filij nõ requiri, vel ex intentione naturæ ſimilitudinem cum Patre quoad differentiam indiuidualem. Nam in prædicto caſu Ioannes à Petro generatus eſt Filius Petri. Atque in prædicto caſu Ioannes, neque ex inten-

tionem naturæ est similiter Petro quam reliquis hominibus. Ergo ad rationem Filij vt sic, non requiritur, vel ex intentione naturæ similitudo cum Patre quoad differentiam individualement. Non igitur ratio Imaginis naturalis hanc exposcit similitudinem.

101 Ob hanc rationem non curavi in explicatione definitionis generationis de nomine Imaginis, potius quam de nomine similitudinis: quandoquidem, vt constat ex dictis, imago vltra similitudinem solum addit esse productam ab eo, cuius est similitudo, & Imago.

102 Secundum, quod Vazquez docet, & mihi non probatur est: in definitione viuientis *ly in similitudinem naturæ*, ita absolutè intelligendum esse *in imaginem*, vt, iuxta ipsum, ad rationem genitæ, & Filij solum requiratur quod sit viuens à viuente, & principio coniuncto in imaginem generantis: siue sit, siue non sit eiusdem naturæ vel numericæ, vel specificè cum generante. Hoc esse placitum Patris Vazquez constat ex ipso tum disp. 113. cap. 1. num. 5. tum eadem disp. cap. 7. num. 40. Idem testatur Alarcon. 1. p. tractat. 5. disp. 8. cap. 11. num. 9.

103 Hæc explicatio mihi maximè displicet: tum, quia est contra modum sentiendi fere omnium præter Vazq. quædoquidem ferme omnes, tam antiqui quàm moderni asserunt sic de ratione generationis communicare suam naturam genito: tum, quia est contra explicationem definitionis generationis traditam à D. Thom. loco citato, illis verbis: *hæc est veræ generationis ratio in rebus viuentibus quod id, quod generatur, procedat vt similitudo ipsius, & eiusdem naturæ cum ipso*. Tū denique, & præcipuè, quia, vt ostendit Ruiz de Montoya contra Aureolum, Scripturæ, PP. & Scholastici, & ceteri omnes, ex ratione Filiationis probant consubstantialitatem Verbi cum Patre: quæ probatio esset inefficax, si ad generandum non requireretur productio termini eiusdem naturæ.

104 Hoc argumentum non satis firmum putat Arriaga tra& de Trinit. disp. 47 sect. 1. n. 5. Iudicat enim prædictus author PP. non intulisse *Homonison* siue consubstantialitatem ex sola ratione Filij vt sic, sed præcipuè ex locis Scripturæ, in quibus Verbum, seu Filius dicitur Deus. Quod PP. non intulerint consubstantialitatem ex ratione præcisè Filij, probatur tum ex multo, qui est Filius, & non similis tum etiam ( & hanc vocat probationem euidentem) quia PP. non solum probant similitudinè physicam, sed identitatem numericam Filij cum Patre in Natura Di-

nina, cum tamen identitas numerica in Natura in omnium sententia non sit de ratione Filij vt sic.

105 Parum urget Arriaga. Et in primis PP. ex ratione Filij intulisse Homosion, siue consubstantialitatem, innumeris posset testimonijs ostendi. Ego vero breuitati consulens vnū, vel alterum dontaxat in medium producam. Primum erit, non ex Patribus, sed ex ipsa Scriptura. Nam Apostolus ad Hebræos 1. ex eo probat Christum esse Deum, habereque Naturam Diuinā, quia est Filius Dei: & ideo cum totus sit Apostolus in illo, & alijs capitibus in probanda Christi diuinitate, hoc vtitur argumento. *Cui enim Angelorum dixit Deus Filius meus: et tu, ego hodie genuite?* Ergo iuxta Paulum ex filiatione inferitur Natura diuina. Legantur prima capita huius Epistolæ, quilibetque interpres cōsulatur, constabitque hanc fuisse Apostoli ratiocinandi rationem, Christus est Filius naturalis Dei. Ergo eiusdem naturæ cum Deo.

106 Hilarius hanc eandem veritatem confirmat: imò apertè docet de ratione generationis esse communicari genitoris Naturam. *Vniuersa* (inquit Hilarius lib. 7. de Trinitate. in medio) *Natus non potest non in ea esse natura, unde nascitur: non afferi externi generis substantiam, quia ex vno non subsistit alienum.* Quam doctrinam iunxit vt certum principium ad probandam eandem Essentiam in Patre, & Filio.

107 Sed clarissimè omnium Epiphanius hæresi 69. pag. 7. *Omne enim ( ait ) quod generat, simile quid generat: homo hominem generat, & Deus Deum, & qualis est homo, qui generat, talis est, & qui ab ipso genitus est.* Deinde hæresi 76. colu. 6. siquidem genuit ex se Filium, impossibile est non esse æqualem, & similem Patri: omne enim quod gignit, simile sibi gignit, & non solum simile; sed æquale identitate: homo hominem gignit, & Deus Deum. Vide quam clarè PP. ex ratione Filij arguant eandem Naturam cum Patre.

108 Neque obstat quod opponit Arriaga. Fatemur enim identitatem numericam Naturæ intendi à Patribus, & Concilijs, & hanc non inferri ex filiatione vt sic. Verumtamen negari non potest PP. ex filiatione desumere argumentum ad probandum Filium esse Deum. Ergo, ne ineptè PP. argumentari censereantur, dicendum est ex filiatione inferri indistinctionem specifi- cam Naturæ præscidentem ab identitate, & distinctione numerica, PP. que ex filiatione intulisse Filium esse Deum, esseque nõ

Disimilem Patri. Ceterum esse eiusdem numero Naturæ intulisse ex alijs capitibus. Aliud, quod opponit Arriaga de dissimilitudine essentiali multi respectu genitoris, solvemus infra. Ex quibus omnibus colligitur nos cum P. Vazquez convenire in explicanda filiatione Dei per similitudinem intentionalem, licet in alijs dissentiamus.

## SECT. VIII.

*Diluantur quæ nostræ sententiæ obijci possunt.*

109 **O**B. 1. Perperam, & violente nos definitionem generationis explicare. Verba enim definitionis solum dicunt generationem debere *in similitudinē naturæ* quæ verba aperte videntur sonare terminum generatum debere esse similem in Natura cum generante, seu debere habere naturam similem naturæ sui principij. Nos verò dicimus debere habere similitudinem cum principio: addimusque *ly' nature* coniungendum esse eū alio termino; qui in definitione non exprimitur, videlicet *eiusdē*, ut ita nostro tenet definitionem apremus. Hoc autem non videtur communis definitionis explicatio, sed alterius definitionis libera, & voluntaria constructio. Ad hæc: si intelligenda sic esset definitio, esset valde obscura, quod alienū debet esse à definitione ab Angelico Præceptore ordinata, à Philosophis recepta, & à Theologis tanquam indubitata regula cognoscendæ filiationis divinæ usurpata.

110 Respondeo illam esse genuinam, & sinceram definitionis alienius, & cuiusvis alterius regulæ interpretationem, quæ à primo siue Authore, siue concinnatore illius regulæ declaratur. Cum igitur, ut constat ex textibus præallegatis, D. Thomas, qui primus hanc definitionem sub prædictis terminis in Scholas intromisit, eam sicuti nos explicet, & declaret, præsertim illis verbis iam sæpius repetitis. *Hæc est autem vera generationis ratio in rebus viventibus, quod id, quod generatur, à generante præcedat ut similitudo ipsius. & eiusdem nature cum ipso* ideo nostræ explicatio hæc verior, & menti legislatoris (sæc sic ita loqui) conformior, am-  
plej

plectenda est: Nec negari potest de definitionem ut iacet sub obscuram esse. Si enim clara, & perspicua foret, non tot essent diuersæ illius explanationes. Duodecim, ut supra dixi, modos explanandi ea verba *in similitudinem naturæ* adducit P. Antonius Perez supra citatus. Qui ergo fieri potest ut clara sit definitio, quæ post tot diuersas explanationes, adhuc qua ratione debeat intelligi sub lite est.

III Nec vitio nobis vertendum est aliquam definitioni addere particulam pro illius explanatione: cum alijs id ipsum imponere liceat. Thomistæ addunt definitioni *ex vi originis*: ita ut Filius sit: non quicumque oritur in similitudinem naturæ, sed qui id habet *formalissimè ex vi originis*. Zuñiga, & RR. qui Richardum Victorinum sequuntur, putant requiri ad rationem generationis, quod productum simile prodeat producendi in natura, non ut cumque; sed in inuere naturæ. Et aliter alij. Cur ergo nobis quod alijs licet fas non erit?

III Ad do præterea posse defendi *ly in similitudinem naturæ* (supposito quod etiam dicat identitatem) intelligi de similitudine non cum principio, sed cum Natura, seu Essentia principij, quia licet similitudo physica distinctionem realem exposcat, secus similitudo intentionalis. Eo enim ipso quod A. exprimat, & representet B. simile erit intentionaliter extremo B. Quapropter similitudo intentionalis non est relatio distinctorum: cumque possit intendencia intentionalis representare se ipsam virtualiter, ut patet in cognitione respondente huic termino *cognitio*: longe melius poterit representare, & exprimere terminum, à quo virtualiter distinguitur: consequenterque esse illi intentionaliter similis. Poterit igitur Verbum Diuinum consisti in esse Filij, quia ultra identitatem Naturæ habet similitudinem intentionalem cum Essentia Patris quatenus est Verbum huiusmodi Essentia: quod quidè verius est in sententia eorum, qui affirmant Verbum ex cognitione solius Essentiæ procedere: nequit enim Verbum representare nisi obiectum illud, ex cuius cognitione procedit. Ob hanc secundam solutionem consulto in explanatione definitionis generationis *ly in similitudinem naturæ* explicavi *in similitudinem, & identitatem naturæ principij, à quo procedit*, licet etiam ob doctrinam primæ solutionis possit illa definitionis particula ita explicari: *in similitudinem cum principio, & in identitatem cum natura principij*. Hæc secunda explicatio expeditior est; illa ad definitionis generationis verba magis videtur consentanea.



113 Ob. 2. Vel ad rationem Filij requiritur omnis similitudo excludens quamlibet dissimilitudinem, vel sufficit alia qua similitudo componibilis cum dissimilitudine. Si primum, Verbum non erit Filius, quia similitudo Verbi non excludit dissimilitudinem physicam relationum Patris, & Filij. Si secundum, poterit esse Filius quodcumque procedens in similitudinem genericam, etiam si sit generis superioris, quod est contra omnes. Ergo non explicatur recte filiatio, nisi per similitudinem physicam perfectam, quae est identitas saltem specifica naturae.

114 Omisiss instantijs, quae fieri possent aduersus quamlibet ex sententijs commemoratis supra, respondeo ad filiationem, vt supra dixi, requiri vltra indistinctionem specificam naturae, similitudinem substantialem vel physicam, vel intentionalem: hoc est, quod vel detur similis Essentia similitudine specifica physica, vel similitudine intentionali; quae similitudo sit expressio totius Essentiae vt talis. Quo fiet neque obesse similitudinem physicam relationum, quae ab Essentia virtualiter distinguuntur, nec sufficere similitudinem genericam: quia haec in nulla linea est similitudo substantialis perfecta.

115 Ob. 3. Similitudo intentionalis impertinens est ad rationem Filij, vt patet in cognitionibus. Ergo non per similitudinem intentionalem, sed per physicam similitudinem debet explicari ratio generationis. Confirmatur ex creaturis: in quibus non ob aliam rationem homo est Filius hominis, & equus equi, & leo leonis, nisi quia habent similitudinem physicam in Natura cum suo principio: hoc est, quia generans, & genitum habent eandem specificam Naturam. Ergo ex hac similitudine, & non ex intentionali similitudine debet colligi ratio generationis.

116 Respondeo similitudinem intentionalem, si sit substantialis, & vterius extrema similia habeant identitatem Naturae, & reliqua, quae in definitione generationis continentur, non esse impertinentem, sed pertinentissimam ad rationem Filij: quia haec similitudo sufficit ad salvandam definitionem. Exemplum ex creaturis parum vrget: quia cum in creaturis Natura generantis non sit numericè Natura geniti, sed tantum specificè: quae identitas specifica, se ipsa est similitudo: hinc fit in creaturis sola identitas specifica saluari, vtrumque, nempe, & identitatem

Naturæ prout excludit distinctionem specificam; & similitudinem: siquidem hæc identitas non est aliud, quam similitudo specifica. At vero in diuinis cum Natura Patris eadem numericè sit Natura Filij, & identitas inæquata non sufficiat ad propriam similitudinem, necessarium est fieri recursum ad similitudinem intentionalem: quæ quidem propria similitudo est, vt supra diximus. Quare patet non rectè à creaturis ad Deum paritatem desumi. Id, quod dicebatur de cognitionibus creatis, facile diluitur: quia cognitio creata licet sit similitudo intencionalis; non tamen est substantialis, neque eiusdem Naturæ cū suo principio. Et ideo non est Filius.

117 Ob. 4. Instando præcedens argumentum. Identitas numerica Natura sufficit ad propriam similitudinem. Ergo frustra sit recursus ad similitudinem intentionalem. Antecedens probatur. Similitudo nihil aliud est, quam extrema, quæ dicuntur similia, posse aliqua cognitione confundi. Sed Personæ Diuinæ habentes eandem Naturam possunt confundi per hanc cognitionem *Persona habens Naturam Diuinam*. Ergo Personæ diuinæ in ratione habentium eandem Naturam diuinam similes sunt.

118 Respondeo Personas Diuinas per eam cognitionem inæquatè tantum confundi: quia cum *Persona*, & dicat Naturam, & subsistentiam, & Natura non sit diuersa in diuinis personis, sed solum subsistentia hinc sit prædictam cognitionem quatenus terminatur ad Naturam minimè confundere: siquidem non est duplex Natura, quæ inter se confundatur. Solum igitur confundit ea cognitio quatenus terminatur ad subsistentiam: quæ confusio non est specifica, sed quasi generica, cum subsistentiæ diuinæ plusquam numericè distinguantur.

Ob. 5. Incredibile videri Philosophos in definitione generationis voluisse comprehendere similitudinem intentionalem: nã ipsi solum loquuti sunt de propria similitudine: similitudo autem intencionalis æquiuocè tantum dicitur similitudo. Respondeo similitudinem intentionalem, vt rectè probat P. Antonius Perez, propriissimè similitudinem esse: & ideo non esse cur Philosophi eam a sua definitione excluderint: præsertim cum ipsa proprius quam similitudo specifica pura, spectet ad rationem imaginis; quam Philosophi in Filio explicare conantur. Nec ad rationem similitudinis vt sic, exigatur convenientia vniuoca in prædicatis (quippe hoc proprium est similitudinis physici) sufficit enim vnà e duobus: videlicet vel prædicta convenientia, vel eorum prædic

catorum repræsentatio: nam quolibet modo saluatur vnum esse quasi alterum, seu instar alterius, in quo consistit similitudo.

119 Ob. 6. Ad rationem Filij requiritur quod sit imago naturalis genitoris. Sed similitudo intentionalis non est naturalis. Ergo neque sufficiens ad rationem imaginis constituentis Filium. Minor probatur. Similitudo intentionalis solum est similitudo repræsentatiua. Sed similitudo naturalis est in esse, & non solum in repræsentari. Ergo similitudo intentionalis non est naturalis. Respondeo hunc terminum *naturalis* aliter, & aliter accipi posse. Prout ad nostrum attinet institutum idem significat ac *eiusdem naturæ*. Cum igitur similitudo intentionalis, quæ est in Verbo, sit eiusdem naturæ cum Patre, deducitur quod prædicta intentionalis similitudo sit naturalis. Adde similitudinem *naturalem* propriam Filij esse similitudinem procedentem per *Natiuitatam*, seu per *generationem*. Unde, si huic similitudini conueniat provenire per generationem, conueniet etiam esse naturalem. Quod vero procedat per generationem, constat ex probatione nostræ conclusionis. Quare falsum est similitudinem naturalem debere esse in *physicè esse*, & non in *repræsentari*.

120 Ob. 7. Spiritus Sanctus est similis intentionaliter Patri. Cum igitur sit etiam eiusdem naturæ, fiet vel Spiritum Sanctum esse Filium; vel similitudinem intentionalem, adhuc cum identitate naturæ, insufficientem esse ad rationem Filij. Antecedens probatur variè. Primò. Spiritus Sanctus est amor per modum ponderis productus petens vt talis unitatem Naturæ. Ergo vt est tendentia intentionalis (nempe amor) dicit esse eiusdem Naturæ cum Patre. Ergo intentionaliter, seu secundum esse intentionale, habet esse similem Patri. Secundo: quia ideo Verbum est similitudo intentionalis Patris, quia in Verbo potest videri perfectissimè Pater. Sed etiam potest videri in Spiritu Sancto, vt pote connexo cum Patre. Ergo etiam Spiritus Sanctus est similis intentionaliter Patri. Tertio, quia perfecta æqualitas est perfecta similitudo. Sed Spiritus Sanctus est perfectè æqualis Patri. Ergo, & similis. Non physicè iuxta nos. Ergo intentionaliter.


121 Nego assumptum argumenti. Ad eius probationem: nego antecedens. Ad huius antecedentis probationes respondeo. Ad primam: concedo Spiritum Sanctum vt est tendentia intentionalis (et sic sit tendentia intentionalis affectiua) petere naturæ unitatem. Cæterum cum unitas naturæ non sit propriè simi-

litudo, sed identitas in adæquata: inde est quod talis tendentia inferat identitatem in adæquatam, non autem similitudinem. Præterea: dato quod unitas naturæ sit similitudo adhuc non sequitur fore in Spiritu Sancto intentionalem. Nam aliud est quod similitudo sit intentionalis; aliud valde diuersum quod intentionalis tendentia inferat similitudinem physicam. Igitur casu quo unitas naturæ similitudo sit, & hæc inferatur ex tendentia intentionali affectiua propria Spiritu Sancti; adhuc unitas Naturæ in Spiritu Sancto, similitudo intentionalis non erit: neque ipsa tendentia intentionalis propria Spiritus Sancti; quia neque identitas Naturæ, neque tendentia intentionalis propria Spiritus Sancti exprimit, aut representat principium, à quo procedit: in qua expressione, siue representatione consistit similitudo intentionalis. Ad tertiam eiusdem antecedentis probationem: nego maiorem: quia ea, quæ æqualia sunt in perfectione omnibus pensatis, possunt esse valde dissimilia. Nec video quare ea prædicata, quæ diuersa specificè sunt, non possint esse æqualis perfectionis. Patet hoc in diuinis subsistentiis: Paternitas enim, & Filiatio plusquam parè numericè distinguuntur, & æqualis nihilominus perfectionis sunt: siue quia Diuina Essentia est tota earum perfectio, siue quia in se ipsis æqua perfectio est in Filio producta à Patre, ac est in Patre producere Filium.

122

Ob. vltimo. Mulus est Filius asini, & equæ, vel equi, & asinæ: & tamen non est eiusdem naturæ adhuc specificè cum illis. Ergo identitas specifica in natura non requiritur ad rationem Filij. Respondeo identitatem specificam requisitam ad rationem Filij intelligendam esse, non absolutè, & pro omni casu; sed pro casu, quo vnicus tantum sit Pater: vel, si duo sint; sine tamen eiusdem speciei. In casu vero, quo Pater, & Mater diuersæ sint speciei, sufficit quod Filius habeat omnem convenientiam in natura, quæ est possibilis respectu vtriusque. Cumque respectu asini, & equæ nulla maior possit esse identitas in natura, quam quæ est in mulo: ideo mulus est propriè Filius eo;

rumè



## QVÆST. XII.

De Filio prout est Verbum: & prius examinatur ex quo  
 una cognitione necessaria procedat Ver-  
 bum?

**P**ostquam de secunda Trinitatis Persona ut Filius est Pat-  
 ris, quæstionem absolvimus, agendum restat de eadem  
 secunda Persona, prout habet rationem Verbi. In qua  
 controversia præcipua difficultas est: ex cuius cogniti-  
 one Verbum Divinum procedat? Id circa de hoc erit potissi-  
 mum disputatio. Verum prædictam quæstionem, quæ se gene-  
 re inquirat ex quorum cognitione procedat Verbum? Placuit  
 maioris claritatis gratia in duas dividere. In prima de cog-  
 nitione necessaria, in sequenti de cognitione contingente ser-  
 mo erit.

## SECT. I.

*Nonnulla præmittuntur.*

**N**ovo i. Duplici modo posse Verbum procedere ex ali-  
 cuius obiecti cognitione, Primo materialiter, &  
 præcisè identicè: alio modo per se, & formaliter: si-  
 cuti amor (qui nobis notior est) bifariam potest dirigi ex cog-  
 nitione alicuius obiecti nempe materialiter, seu purè identicè, &  
 etiam formaliter seu per se. V.g. habeo ego cognitionem repræ-  
 sentantem Petrum, & Paulum; qua cognitione præsentente, libe-  
 ré amo Petrum; non autem Paulum. In hoc casu amor Petri for-  
 maliter, & per se procedit, & dirigitur ex cognitione Petri; ma-  
 terialiter verò, & purè identicè ex cognitione Pauli.

2. Noto 2. Non obinde exigi cognitionibus Petri & Pauli in esse distinctionem virtuales aliquam, quasi prædicata contradictoria conveniant huic cognitioni prout Petri, & Pauli cognitio est: quia per prædictam loquutionem non significatur cognitionem Petri habere aliquem influxum, seu quasi influxum in amorem Petri, quem pariter non habeat cognitio Pauli, sed solum significatur amorem Petri formaliter, & ex prædicatis intrinsicis tendere in Petrum ut repræsentatum ut amabilem; nõ tamen tendere in Paulum ut ita repræsentatum. Quod quidem verum est absque vlla prorsus distinctione virtuali, cum re vera & à parte rei prædictus amor Petri non tendat in Paulum villo modo: quod à parte rei aliud non est quam Petri amor esse amorem Petri, & non esse amorem Pauli.

3. Hac ratione Verbum procedere per se, & formaliter ex alicuius obiecti cognitione, & non ex cognitione alterius, nõ requirit aliquam distinctionem virtuales ex parte cognitionum; sed præcisse quod Verbum illius obiecti feratur per modum loquutionis in illud obiectum ut repræsentatur, & cognoscitur: & quod non feratur in aliud obiectum sicuti repræsentatur: quod est idem ac esse Verbum; & loquutionem vnius, & non alterius.

4. Noto tertio, & colligitur manifestè ex secundo præsupposito, idem esse in re interrogare ex quorum cognitione procedat Verbum, ac inquirere quid Deus per Verbum loquatur. Verbum enim procedere debet ex cognitione omnium, quorum Verbum quomodolibet est: & loqui debet omnia quæ cognoscit cognitio, à qua procedit necessario, & perse. Vnde si Verbum loquatur obiectum A, & obiectum A sit per sua prædicata in cognoscibile per cognitionem, quæ non sit etiam cognitio obiecti B, Verbum loquens obiectum A, etiam, in directe saltem, loquetur obiectum B. Ergo idem est à parte rei Verbum procedere per se ex alicuius obiecti cognitione, ac esse Verbum eius obiecti.

5. Cæterum quamvis hoc in re sit, in ordine tamen ad nos, ut possimus prudenter iudicare ex cuius cognitione procedat Verbum, duplici medio uti possumus: vel procedendo à Verbo ad cognitionem, vel è conuerso à cognitione ad Verbum. Dubitatur v.g. an Verbum procedat ex cognitione Spiritus Sancti? Si auctoritate Conciliorum & Patrum constaret Verbum diuinitatem esse, expressiuam Spiritus Sancti, rectè ex hoc antecedente de

deduceremus Verbum procedere ex cognitione Spiritus Sancti; quia Verbum procedere debet ex cognitione obiecti, cuius Verbum est.

6 Secundo modo posset fieri argumentum nimirum; supposito quod Verbum sit Verbum Essentia diuinæ, in quo Doctores conveniunt, & consequenter quod Verbum procedat ex cognitione Essentia: hoc, inquam, supposito; si ostenderetur Essentiam pro nullo casu, aut signo, cognoscibilem esse, quin cognoscatur Spiritus Sanctus per eandem cognitionem: cū Verbum loquatur quidquid cognoscit cognitio, aqua procedit, tandem inferretur, & Verbum Essentia, esse Verbum Spiritus Sancti, & procedere per se ex cognitione Spiritus Sancti.

## SECT. II.

*Ex cuius obiecti necessarij cognitione procedat per se Verbum?*

7 **P**ura sunt necessario in Deo; de quibus potest dubitari; & defacto ab authoribus dubitatur; nam ultra essentiam (cuius cognitionem per se requiri, vt ab ea per se procedat Verbum, constans est apud omnes authores) potest esse quæstio: tum de attributis, tum de Paternitate, tum de Filiatione, tum de Spiracione actiua, & denique de Spiracione passiuæ: Verbum procedere ex cognitione solius Essentia, iuxta aliquos sensit Scotus; verum alij putant eum docuisse Verbum procedere ex cognitione Patris, non autem Filij, & Spiritus Sancti. Hanc sententiam tenent Egidius de Præsent. lib. 5. de Beatitud. quæst. 4. art. 4. §. 3. numer. 40. necnon P. Gasp. Hurt. disput. 7. difficult. 4. expresse defendentes Verbum procedere ex cognitione intuitiua Essentia, attributorum, & primæ personæ.

8 Parum distat ab hac sententia Caietanus quæst. 36. §. circa prædicta sine. Molina super eadem quæstione disput. vlt. casu qui solum addunt supra cognitionem intuitiuam Essentia, &

attributorum, & primæ personæ, cognitionem abstractivam reliquarum personarum: quia putant pro illo signo non posse videri in se ipsis, vel, ut alij dicunt, ut existentes; sed solum ut futuræ pro signo sequenti.

9 Tertio sententia asserit Verbum procedere ex cognitione primæ, & secundæ personæ; non vero tertiæ (hoc est non procedere ex cognitione Spiritus Sancti. Ita P. Vazq; in 1. p. disp. 142. cap. 3. & 4. quem sequuntur sui discipuli Alarcon disput. 8. cap. 8. & Ludovicus de Torres disp. 18. dub. 2.

10 Quarta sententia tenet procedere Verbum ex cognitione omnium, quæ necessario, & formaliter reperiuntur in Deo. Ita P. Ruiz de Montoya tomo de Trinit. disp. 61. sect. 2. Falsolus, Zuñiga, & communiter RR.

21 Huic sententiæ subscribo: pro cuius declaratione suppono duplicem sensum posse habere hanc quæstionem. Præ est. An Verbum formaliter ut Verbum secundum conceptum præcisum Verbi prout in mente nostra præscindit ab eo quod sit Verbum huius vel illius, involuat in hoc præciso conceptu procedere ex cognitione huius vel illius? Secundus sensus est an realiter Verbum divinum, quod necessario virtualiter de facto daturà parte rei, procedat per se, ex cognitione omnium, quæ de facto formaliter reperiuntur in Deo? Hoc est, iuxta dicta sectione primæ; an Verbum divinum sit Verbum loquens, seu exprimens omnia, quæ sunt in Deo necessario, vel tantum aliquod eorum?

12 In hoc secundo sensu intelligo hanc quæstionem: Primus enim sensus, & alienus est, ni fallor à mente authorum; qui hanc quæstionem tractarunt, & ad præcisiones nostras pure logicas, hypotheseisque chimericas, nimis proluxe desecit. Vide si placeat Quiros disp. 32. sect. 3. ubi hoc dubium sub hac præcisione examinat.

13 Sic igitur nostra conclusio. Verbum divinum procedit per se ex cognitione omnium, quæ necessario sunt in Deo: consequenterque procedit ex cognitione Essentiæ, & attributorum, & trium personarum. Probatur hæc conclusio: Verbum procedit per se ex cognitione illius obiecti, cuius est Verbum, & expressio loquuntina. At Verbum divinum exprimit omnia, quæ sunt in Deo. Ergo procedit per se ex cognitionem omnium: In hoc syllogismo validius robur nostræ probationis consistit: ideo scorsim præmissarum veritatem ostendit.



ostendemus. Maior igitur nempe Verbum procedere ex cognitione illius; cuius Verbum est, quamvis ex terminis videtur certa; probatur tamen ulterius ex D. Augustino lib. 15. de Trinitat. cap. 14. ubi hæc habet. *Quid quid in ea scientia est, de qua genitum est, & in ipso est, quod autem in ea non est, nec in ipso est.* Idem paulo ante dixerat: *nec minus, aut amplius est in Verbo, quàm in scientia Patris.* Quæ Verba ad minus probant Verbum correfpondere scientiæ Patris, à qua per se procedit, & omne, quod representat scientiæ per se requisita ad Verbum, per ipsum Verbum exprimi, & representari. *Dixi ad minus;* quia, ut infra videbimus; etiam prædicta Verba probant verbum esse expressionem omnium, quæ absolute sunt in mente Patris.

14 Confirmatur ex D. Fulgentio lib. 3. ad Monimum cap. 7. post medium. *Nec minus, inquit, aliquid habet Verbum, quod ex mente nascitur, quam est mens, de qua nascitur. quia quantum est mens, quæ generat Verbum, tantum est ipsum Verbum.* Ergo iuxta Fulgentium Verbum per se procedit ex cognitione illius obiecti, cuius Verbum est.

15 Iam vero minor, nempe Verbum diuinum esse Verbum, & expressionem omnium, quæ necessario sunt in Deo, probatur ex Anselmo asserente Verbum diuinum esse Verbum, quo una quæque persona, & se, & alias duas loquitur; consequenterque esse expressionem totius Trinitatis: ita enim ait Anselmus in Monologio cap. 6. *Dubium esse non debet quia Pater, & Filius, & eorum Spiritus unusquisque se ipsum, & alios dicit sicut se & alios intelligit.* Ne tamen aliquis putaret tria esse Verba, posita ratione dubitandi, responsionem adhibuit. Quod si ita est (prosequitur Anselmus) *quo modo non sunt in summa Essentia tot Verba, quot sunt dicentes, & quot sunt qui dicuntur.* Huic dubio respondet inter medium, & finem eiusdem capituli. *Vna sapientia est, quæ in illis dicitur & una substantia, quæ dicitur, cõsequitur nõ ergo ibi esse plura verba, sed unum tantum.* Quæ autem ratione Verbum, & Spiritus Sanctus per Verbum loquantur, dicemus alibi: nunc vero ex prædictis Verbis clare constat Verbum diuinum esse expressionem totius Trinitatis. Ex quo colligitur verbum ex cognitione totius Trinitatis per se necessario procedere.

16 Probatur secundo eadem conclusio. Verbum diuinum per se procedit ex scientiâ, quæ est in Patre prout à parte rei est in Patre ad equatè & completè. Ergo procedit per se ex cognitione totius Trinitatis. Antecedens probatur primo ex

Fulgentio loco supra citato: qui postquam dixerat Verbum ex-  
primere quicquid respicit scientia, ex qua procedit: addit in su-  
perius: sicut igitur de tota mente nascitur Verbum, sic intra totam per-  
manet natum: & quia cogit ante mente non est eius aliquid, ubi in  
ea Verbum non sit: ideo Verbum tantum est, quanta est scientia, de  
qua est. Ergo iuxta Fulgentium Verbum diuinum totam Patris  
exprimit mentem, de totaque mente Patris, vt expressio illius  
procedit.

17. Probatur secundo idem antecedens ex August. lo-  
co supra citato: *ne minus aut amplius est in Verbo, quam in scientia  
Patris.* In quibus Verbis absolute de scientia Patris loquitur;  
non vero limitat ad scientiam Patris, ex qua procedit, imò  
videtur Sanctus Doctor supponere Verbum totaliter ex Scientia  
Patris procedere: cum enim dixerit *quicquid in ea scientia est, de  
qua Verbum natum est, esse in ipso Verbo* non posset aptè inferre nec  
minus aut amplius esse in Verbo, quam in scientia Patris, nisi sup-  
poneret Verbum procedere ex scientia Patris integrè, & totali-  
ter: alioqui inepte inferret Augustinus. Consonat idem August.  
lib. 15. de Trinit. cap. 14. prope medium ubi ait. *Novit omnia Pa-  
ter in se ipso: novit & in Filio, sed in se ipso tanquam se ipsum: in Filio  
tanquam Verbum suum, quod est de his omnibus, quæ sunt in ipso.* Er-  
go Verbum est Verbum omnium, quæ attingit scientia Patris;  
alioqui non omnia novisset in Filio, vt in Verbo.

18. Idem antecedens probatur ex Cirillo Alexand. lib.  
10. Theauric. cap. 7. propius ad finem, quam ad medium, ubi hæc ha-  
bet. *Nec defluxum mens passa est aliquem, quia sapientiam genuit;  
sed tota mens in sua natura conseruata est: & tota sapientia depingi-  
tur, & in ea videtur.* Ergo Verbum quasi in se depingit suo ex-  
primendi modo non scientiam huius, vel illius obiecti; sed totam  
scientiam, quæ est in Patre: aliter enim falso diceretur quod tota  
mens (in Verbo) & depingeretur, & videretur. Idem Cirillus dia-  
log. de Trinit. lib. 2. inter medium, & finem. *Quoniam, inquit, est  
mens quia Verbum habet, & iterum Verbum, quia refertum est mē-  
te, quo modo intelligitur aliquando absque Verbo, mens, & Verbum  
mente priuatum.* Vbi duo expendenda sunt: & non posse Verbum  
dici refertū mēte, nisi totam mentem exprimat, & ex hauriat; &  
quod si non totam mentem exprimeret, iam mens esset priuata  
Verbo saltem ex parte: vtique ea, quæ repræsenteret Veritatem,  
quæ Verbo non exprimeretur. Alia verba Anselmi in Monolog.  
cap. 34. sub initio, quæ pro nostra conclusione communiter addu-

cuntur, consulto omitto: quia in illis hi termini *scire, intelligere, & dicere* dubie nimis interpretationis sunt.

19 Probatur tertio eadem sententia. Verbum procedit ex scientia perfecta, & comprehensiva Patris, ut scientia comprehensiva est Patris. Sed ut talis est cognitio omnium personarum. Ergo Verbum procedit per se ex cognitione omnium personarum. Maior probatur iuxta PP. Verbum perfectè, & totaliter exprimit Patrem. Sed Verbum perfectè expressivum Patris ut talis, habet oriri per se à cognitione perfecta Patris, ut talis. Ergo Verbum procedit per se à tali cognitione. Consequentia est bona: & minor constat ex præsuppositis. Maior autem perspicue patet ex Basil. homil. 16. ad illud *in principio erat Verbum, &c.* Ita enim in prædicta homilia ad medium ratiocinatur. *Cur Verbum quoniam imago est Genitoris totum in se monstrans Genitorè nullam in se partem dilucens, & perfectè in se existens.* Item ex August. qui lib. 15. de Trinit. cap. 14. sub initio ita scribit. *Tanquàm se ipsum dicens Pater genuit Verbum sibi æquale per omniamò enim se ipsum integre, perfectèque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in eius Verbo, quam in ipso.* Ergo Verbum est expressivum perfectè Patris secundum omnia, quæ Pater in se continet.

20 Consonat etiam Anselmus in Monolog. cap. 34. his verbis *cum constet quia Verbum consubstantiale est illi, & omnino simile, sequitur quod omnia quæ sunt in illo eadem, & eodem modo sunt in Verbo eius.* Ex quibus verbis, & pluribus alijs, quæ adduci possent, constat Verbum perfectè exprimere totum Patrem, perfectè illius similitudinem continere: consequenterque ex perfectè illius scientia totius Patris per se procedere.

21 Probatur deinde eadem maior. Verbum procedit per se ex cognitione, quæ Pater cognoscit se ipsum. Sed qualibet cognitio divina ex proprio conceptu, & metaphysica ratione cognitionis divinæ, habet esse cognitionem perfectèissimam, & comprehensivam sui obiecti. Ergo Verbum à parte rei procedit per se ex cognitione perfectèissima, & comprehensiva Patris. Maior à fere nemine negatur: quia cognitio divina ex vi divinæ debet esse perfectèissima in linea cognitionis. At nequit esse perfectèissima in linea cognitionis, nisi perfectèissimo, & comprehensivum modo attingat suum obiectum. Ergo cognitio divina ex proprio conceptu divinæ attingit perfectèissimè suum obiectum.

22 Iam vero minor superioris syllogismi, nempe cog-  
 nitionem perfectam Patris eo ipso debere esse cognitio nam Fi-  
 lij, & Spiritus Sancti, probatur. Cognitio perfecta Patris est cog-  
 nitio Patris se ipso producentis Filium, & etiam se ipso simul cum  
 Filio simultate eiusdem principij, spirantis Spiritum Sanctum. Sed  
 cognitio Patris ut generantis Filium, & ut cum Filio Spirantis  
 Spiritum Sanctum, est cognitio Filij, & Spiritus Sancti. Ergo cog-  
 nitio perfecta Patris eo ipso est cognitio Filij, & Spiritus Sancti.  
 Consequentia est bona. Maior autem certa: quia ut cognitio  
 sit perfecta, & comprehensiva debet attingere omnia, quæ reali-  
 ter identificantur cum suo obiecto, seu omnia, quæ sunt obiectum  
 realiter, & à parte rei intrinsecè & essentialiter est: Sed Pater In-  
 trinsecè, & essentialiter est generans Filium, & etiam simul cum  
 Filio spirans Spiritum Sanctum: ergo cognitio perfecta Patris  
 est cognitio Patris ut generantis Filium, & ut producentis Spi-  
 ritum Sanctum. Quod autem cognitio huiusmodi sit cognitio  
 Filij, & Spiritus Sancti, videtur clara: nequit enim cognosci  
 generatio, quin terminus generationis cognoscatur: & idem est  
 de Spiracione respectu termini Spirati. Ergo nequit cognosci  
 Pater ut generans, & Spirans, quin cognoscatur Filius, qui gene-  
 ratur, & Spiritus Sanctus, qui spiratur.

23 Idem argumentum clarius conficitur in cognitio-  
 ne perfecta, & comprehensiva Essentia: nam Verbum per se pro-  
 cedit ex cognitione perfecta Essentia, de quo nemo catholicus  
 dubitavit. Sed cognitio perfecta, & comprehensiva Essentia est  
 cognitio totius Trinitatis. Ergo Verbum procedit ex cognitio-  
 ne totius Trinitatis. Minor, inquam est difficultas, probatur.  
 Cognitio perfecta, & comprehensiva alicuius obiecti est, quam  
 nihil latet illius obiecti. Ergo cognitio comprehensiva Essentia  
 est, quam nihil Essentia, seu identificatum cum Essentia, latet.  
 Sed tota Trinitas cum Essentia identificatur. Ergo cognitio-  
 nem comprehensivam Essentia nihil latet Trinitatis: quod est  
 idem ac dicere comprehensionem Essentia totam Trinitatem  
 cognoscere. Cum ergo Verbum procedat per se ex cognitione  
 comprehensiva Essentia, necesse est procedere ex cognitio-  
 ne totius Trinitatis. Dux solutiones, quæ huic argumento adhi-  
 beri solent, commodius infra inter aduersariorum argumenta re-  
 fellam.

corum, quæ Pater dicit Filio. Sed Pater dicit Filio totam Trinitatem. Ergo Verbum est expressivum totius Trinitatis: consequenterque ex cognitione totius Trinitatis procedet per se. Maior est certa: quia omnia, quæ Pater dicit Filio, ipso Verbo dicit, non enim nisi per Verbum loquitur & dicit. Quod autem Pater dicat Filio totam Trinitatem probatur. Pater dicit Filio totum id, cuius cognitionem, & scientiam, illi communicat. Sed Pater communicat Filio scientiam totius Trinitatis. Ergo Pater dicit Filio totam Trinitatem: minor est certa quia cogitio essentialis, quæ est totius Trinitatis prius est in Patre, posteaque in Filio communicata à Patre. Maior vero facile probatur. Non alio modo Pater communicat Filio suam scientiam, nisi per dictionem: sicut non aliter Pater, & Filius communicant Spiritui Sancto amorem, nisi per Spiracionem. Ergo Pater dicit Filio totum id, cuius scientiam illi communicat.

25 Probatur quinto. Pater producit Verbum ex fecunditate nature. Sed non est ratio, cur cognitio Patris sit fecunda ad productionem Verbi, non autem cognitio Filij, & Spiritus Sancti. Ergo Verbum adæquatè sumptum non solum est Verbum Patris, verum etiam Verbum totius Trinitatis. Ergo Verbum adæquatè sumptum ex cognitione totius Trinitatis per se procedit.

### SECT. III.

*Soluuntur obiectiones adversus hanc conclusionem.*

62 **O**bjiciunt primo: si per impossibile non esset Spiritus Sanctus, adhuc daretur Verbum. Ergo Verbum non per se procedit ex cognitione Spiritus Sancti. Consequentia est bona: quia nihil esset, data hypothesis quod deficeret id, quod requiritur per se ut sit. Antecedens probatur. Adhuc negato per intellectum Spiritu Sancto non cogimur negare Verbum: non enim eo ipso, quod cognoscamus Patrem, & Filium, se ostendit

di intellectu existenti Spiritus Sancti. Ergo si per impossibile non esset Spiritus Sanctus, adhuc daretur Verbum.

27 Respondet: hic posse esse sermonem de Verbo sumpto in sensu formali *ly formali* se tenente ex parte Verbi, vel in sensu formali *ly formali* se tenente ex parte auctoris nostri imperfecte cognoscentis Verbum. Si primo modo accipiatur, Verbum formaliter procedit ex cognitione Spiritus Sancti: quia Verbum ex modo formali loquendi, & exprimendi suum obiectum, habet dependere à cognitione Spiritus Sancti: quia non solum materialiter, sed formaliter exprimit Spiritum Sanctum sub expressione Spiritus Sancti. At vero si *ly in sensu formali* se teneat ex parte nostri modi concipiendi Verbum, ut præcisse Verbum non procedit formaliter ex cognitione Spiritus Sancti: hoc est Verbum dum cognoscitur à me præcisse sub hac expressione Verbi, non apparet mihi sub expressione Verbi Spiritus Sancti, aut sub expressione Verbi ab Spiritu Sancto procedentis. Quando igitur dicimus in nostra conclusione Verbum procedere formaliter ex cognitione Spiritus Sancti, loquitur in primo sensu; obiectio vero solum probat non procedere Verbum formaliter ex cognitione Spiritus Sancti iuxta secundum sensum. Hinc ad argumentum in forma.

28 Distinguo primum antecedens. Si per impossibile non daretur Spiritus Sanctus: adhuc daretur Verbum, implicatorium, & chimericum: concedo: verum, & reale: nego. Et nego consequentiam. Ad probationem antecedentis concessio antecedente, distinguo consequens, ut supra distinxit ex qua doctrina solum inferitur Verbum non procedere formaliter ex cognitione Spiritus Sancti tenente se *ly formaliter* ex parte mei actus exprimentis Verbum præcisse ut Verbum; non vero tenente se *ly formaliter* ex parte Verbi exprimentis suum obiectum cuius Verbum est:

29 Obijcies secundo. Si Verbum procederet ex cognitione Spiritus Sancti, Verbum esset imago Spiritus Sancti. Atqui non est imago Spiritus Sancti: solum enim est imago patris. Ergo ex cognitione Patris, non autem ex cognitione Spiritus Sancti procedit. Maior probatur: quia ut aliquid sit imago sufficit quod sit simile alteri, & quod ab eius cognitione procedat, & si velis, quod ea cognitio à tali obiecto determinetur. Sed Verbum est simile Spiritui Sancto, & ex eius cognitione procedit: & denique ea cognitio determinatur ab Spiritu Sancto: si

quidam ex eo cognoscitur obiectum quia est. Ergo Verbum est imago Spiritus Sancti.

30 Huic obiectioni respondet Anselmus in monologio cap. 60. prope finem his verbis *constat* (loquitur de Verbo diuino) *esse imaginem, & Filiam eius, cuius est Verbum: & patet quod hæc imago nec Filius sui matris, nec à se procedentis Spiritus, congruè dici potest: nam neque ex se ipsa, neque ex procedente à se nascitur, neque se ipsam, neque procedentem à se imitatur: se ipsam quippe non imitatur, nec à se trahit existendi similitudinem: quia imitatio, & similitudo non est in vno solo, sed in pluribus: illum vero (intellige Spiritum Sanctum) non imitatur, neque ad eius similitudinem existit: quia iste non habet ab illo esse, sed ille ab ipso. Ex quibus verbis colligitur solutio ad argumentum propositum: nempe Verbum ideo non esse imaginem Spiritus Sancti, quia imago debet habere esse à suo exemplari, ita vt exemplar verè concurrat ad imaginem in genere productionis: cumque Spiritus Sanctus neque proximè, neque remotè producat Verbum, neque se habeat vt conditio præexistens in signo virtutis productionis Verbi: hinc fit Verbum non esse imaginem Spiritus Sancti. Quam obrem ad rationem imaginis non sufficit similitudo, neque quod id, quod imago debet esse, procedat ex cognitione alterius; nec denique cognitionem determinari quavis ratione ab altero; sed requiritur quod alterum, cuius debet esse imago, in genere productionis concurrat ad cognitionem, quod magis explicabitur in solutione sequentis obiectionis.*

31 Obijciunt tertio. Si Verbum procederet ex cognitione Spiritus Sancti, Spiritus Sanctus præcederet existentiam Verbi. Hoc est falsum. Ergo & quod Verbum procedat ex cognitione Spiritus Sancti. Maior, in qua est difficultas, probatur. Si Verbum procederet ex cognitione Spiritus Sancti, cognitio Spiritus Sancti præsupponeretur ad Verbum. Sed ad Spiritus Sancti cognitionem debet præsupponi Spiritus Sanctus. Ergo præsupponeretur ad Verbum. Maior est certa. Minor prædicatur. Qualibet cognitio intuitiua supponit suum obiectum existens. Ergo cognitio Spiritus Sancti, quæ necessario est intuitiua; supponit Spiritum Sanctum existentem.

32 Aliqui: imò plures reuult concedere aliam quam prioritatem Spiritus Sancti ad Verbum: quia iudicant nullo prorsus modo Spiritum Sanctum determinare ad sui cogi-

nitionem, sed præcisè eam terminare: præsertim quia cum negari non possit Patrem, & Filium intelligi prius quam Spiritum Sanctum, videtur imperceptibile Spiritum Sanctum intelligi pro aliquo priori ad Verbum. Confirmatur. Pro nullo signo potest intelligi Spiritus Sanctus, quin intelligatur productus à Patre, & Filio: quando autem intelligitur Spiritus Sanctus à Patre, & Filio productus, intelligitur iam Pater, & Filius. Ergo pro nullo priori potest intelligi Spiritus Sanctus antecedenter ad Patrem, & Filium.

33 Nihilominus cenſeo verius esse Spiritum Sanctum præcedere Verbum præcedentia purè obiectiva: quæ præcedentia propria non est; sed valde impropria. Etenim ut Spiritus Sanctus hac ratione præcedat, sufficit determinare sui cognitionem. Ut autem determinet, solam requiritur quod terminare possit. Quæ propter sic uti existere Spiritum Sanctum pro posteriori naturæ in genere productivo ad existentiam Verbi non tollit quo minus ipse Spiritus Sanctus terminet sui cognitionem existentem pro priori; sic similiter obſtare non potest, ut determinet eam ipsam cognitionem: ad vim enim determinatam in intellectu infinite perfecti sufficit capacitas terminandi. Neque tua prioritas, quarum una sit purè obiectiva, & alia in genere productivo, repugnans est, ut late probavi tractatu de Scientia, & etiã de Prædestinatione, ubi ostendi decretum prædeterminatiu, & Scientiam Mediam præcedere consensum in genere productivo, & simul existere posterius obiectivè ipso consensu, quatenus consensus determinat obiectivè Scientiam Mediam. Pariter ergo in nostro casu Verbum præcedit originaliter physice Spiritum Sanctum; at vero Spiritus Sanctus præcedit obiectivè remotè Verbū quatenus determinat Scientiam, ex qua Verbum procedit.

34 Hinc ad argumentum: distinguo Maiorem. Si Verbum procederet ex cognitione Spiritus Sancti, Spiritus Sanctus præcederet Verbum obiectivè, concedo, originaliter nego maiorem, & negata minori nego consequentiam. Ad probationem maioris: concessa maiori: distinguo minorem. Ad cognitionem Spiritus Sancti debet præsupponi Spiritus Sanctus obiectivè, concedo: originaliter, nego minorem, & sub eisdem terminis distinguendum est consequens. Ad probationem minoris: respondeo eodè modo, nempe, cognitionem intuitivam præsupponere debere obiectivè suum obiectum existens, non autem illud supponere physice aut originaliter.



35 Si tamen scrupulus inest in concedenda alia qua prioritate vel obiectione Spiritus Sancti respectu Filij, poterit aliter respondere negando cognitionem rei in se quantumvis intuitivam determinari ab obiecto, quando essentialiter supponitur ante obiectum alia determinatio, tum ut sit cognitio, tum ut ratione cognitionis sit obiectum: in predicto enim casu non sufficit capacitas terminativa ad vim determinativam salvandam. Cum igitur ante quam intelligatur existens Spiritus Sanctus, intelligatur natura divina determinata ad cognitionem Spiritus Sancti, nec non ut existat Spiritus Sanctus: ideo Spiritus Sanctus licet possit terminare, non tamen determinare sui cognitionem valebit.

36 Hinc ad argumentum superius neganda est maiora. Ad probationem huius: omnia maiora: negatur minor. Ad huius probationem: distinguo antecedens. Quelibet cognitio intuitiva non habens essentialiter aliunde esse determinatam supponit suum obiectum existens, concedo habens aliunde esse determinatam, nego antecedens. Cum autem cognitio Spiritus Sancti essentialiter habeat esse determinatam a natura divina se ipsa determinata, ut habeat cognitionem Spiritus Sancti ut existentis in posteriori signo: ideo predicta cognitio quamvis sit intuitio Spiritus Sancti ut existentis in sequenti signo, non tamen presupponit Spiritum Sanctum iam existentem.

37 Sed instabis aduersus hanc solutionem. Cognitio intuitiva ut ab abstractiva distinguitur, cognoscit obiectum in se ipso, & ex vi propria, & intrinseca cognoscibilitatis. Sed prius est quod obiectum sit cognoscibile, quam quod cognoscatur. Ergo existentia Spiritus Sancti, quae est sua intrinseca cognoscibilitas, debet presupponi ad eius cognitionem.

38 Confirmatur. Cognoscibilitas rei debet esse saltem in signo, in quo cognoscitur. Ergo cognoscibilitas intrinseca Spiritus Sancti (quae est sua existentia, & ex vi cuius Spiritus Sanctus intus suae cognoscitur) est saltem in signo cognitionis. Sed signum cognitionis est signum antecedens ad Verbum. Ergo existentia Spiritus Sancti, quae est sua intrinseca cognoscibilitas, & ratione cuius cognoscitur, est in signo precedenti ad Verbum. Primum antecedens huius confirmationis videtur evidens: quia ea ratione, qua res cognoscitur in se, & ex vi cognoscibilitatis intrinsecae cognoscibilis est intrinsece. Sed hoc est sua intrinseca cognoscibilitas. Ergo pro eo signo datur eius intrinseca cognoscibilitas.

39 Respondeo duplicem esse cognoscibilitatem alicuius obiecti: nempe & cognoscibilitatem terminatiuam, & cognoscibilitatem determinatiuam. Cognoscibilitas terminatiua solum est capacitas in obiecto, vt terminet cognitionem: hoc est: quod si obiectum determinet cognitionem, non sequantur duo contradictoria in obiecto. At vero cognoscibilitas determinatiua est ratio, quare cognitio potest existere: cumque hæc ratio aliquando se teneat ex parte obiecti cogniti, quatenus determinat, vt existat cognitio; aliquando vero proueniat aliunde; quia intellectus se ipso sit determinatus; hinc sit cognoscibilitatem determinatiuam aliquando esse intrinsecam, & identificatam cum obiecto, aliquando extrinsecam, & distinctam.

40 Dico ergo cognoscibilitatem purè terminatiuam necessarium non esse quod detur pro signo cognitionis, vel pro antecedente: quia vt obiectum terminet, necesse non est quod aliquo modo realiter sit in signo, in quo cognoscitur; licet necessarium essentialiter sit respectu cognitionis essentialiter verè, quod obiectum sit pro signo, pro quo representatur existere. At vero cognoscibilitas determinatiua necesse est quod detur, quare ratione determinat, vel in signo, in quo existit cognitio, vel in signo antecedente: quia enim est ratio determinans, non potest ea ratione, qua ratio determinans est, esse in signo purè posteriori ad id, ad quod determinat.

41 In nostro casu Spiritus Sanctus est cognoscibilitas sui purè terminatiua: quia præcise terminat sui cognitionem. Cognoscibilitas vero determinatiua est ipse intellectus diuinus: quam ob rem necesse non est quod Spiritus Sanctus sit in signo, in quo existit Verbum, ne dum in antecedenti; licet intellectus diuinus pro signo priori existere debeat. Ratio sumitur ex dictis; quia Spiritus Sanctus nullo modo concurrit ad sui cognitionem; sed præcise terminat eam: non enim (iuxta hanc explicationem) cognoscitur Spiritus Sanctus quia est; sed potius existit mediare quia cognoscitur, quatenus ex cognitione procedit Verbum, & ex Verbo simul cum Patre procedit Spiritus Sanctus.

42 Dixi cognoscibilitatem terminatiuam non debere esse in signo cognitionis; verum hoc intelligendum est acceptis terminis propriè; acceptis veto impropiè, & per alienationem, cognoscibilitas terminatiua est in signo cognitionis; hoc est, non sequetur duplex contradictorium in Spiritu Sancto existente

in signo B. v. g. ex eo, quod cognoscatur in signo A, modo, quod hodie est cognoscibile obiectum exiturum cras (quamvis obiectum non determinet cognitionem) eo præcise, quod non implebit obiectum exiturum cras ex eo, quod hodie cognoscatur.

43 Præterea cognitionem intuitivam prout ab abstractiva distinctam debere cognoscere obiectum in se ipso, verum est, quatenus *in se ipso* solum denotat cognoscere obiectum ut est in se, non vero prout ultra hoc addit ipsam obiectum cognitum debere determinare cognitionem: in hoc enim sensu falsum est, siquidem cognitio intuitiva solum exigit attingere obiectum non ad modum alterius; sætera verò ad intuitionem per accidens se habent.

44 Hinc ad instantiam in forma distinguo maiorem. Cognitio intuitiva cognoscit obiectum in se ipso: prout *in se ipso* dicit cognoscere *ut est in se*, concedo; aliter nego maiorem. Et deinde distinguo minorem. Prius est quod obiectum sit cognoscibile, quam quod cognoscatur, vel saltem non est posterius: loquendo de cognoscibilitate determinativa, omitto; de cognoscibilitate terminativa, nego si termini propriè accipiendi sint, modo quo obiectum modo est possibile, licet possibilitas modo propriè non detur.

45 Ad confirmationem nego primum antecedens. Ad eius probationem distinguo etiam antecedens. Ea ratione, qua res cognoscitur, debet esse cognoscibilis: tenente se *ea ratione ex parte cognitionis*, que dicitur in obliquo in illo conceptu *cognoscibile* concedo: tenente se ex parte capacitatis intrinsecæ, nego. Hoc est: res potest cognosci ea ratione, qua cognoscitur; non tamen habet potestatem ea ratione, qua terminat cognitionem; siquidem propriè existit cognitio, & tamen capacitas, ut cognoscatur, non existit propriè.

46 Obijciunt quarto. Pro signo, pro quo existit essentia, non existit identificata cum Filio, neque exigens identitatem cum illo. Ergo cognitio essentia: ut existentis pro primo signo non est necessario cognitio trium personarum. Consequentia est legitima iuxta nostra principia: siquidem ex eo dicimus cognitionem Essentia: esse cognitionem personarum, quia Essentia ex se habet identificari tribus personis, & in quolibet signo habet existentiam, & capacitatem, identitatis cum alijs personis pro alijs signis. Si ergo pro primo signo, neque identitatem, neque necessi-

ratem identitatis, ut futuræ pro alijs signis habet, tota comprehensio Essentiæ pro primo signo saluabitur, quin cognoscatur identitas, aut exigentia identitatis pro alijs signis. Antecedens quoad exigentiam, in quo est difficultas, probatur. Necessitas identitatis est formalis identitas. Sed in primo signo non est formalis identitas Essentiæ cum tribus personis. Ergo neque necessitas identitatis cum illis. Maior probatur. Necessitas identitatis est formalis determinatio ad identitatem. Sed formalis determinatio ad identitatem est identitas. Ergo necessitas identitatis est identitas.

47 Confirmatur hæc ratio. Necessitas pro primo signo identitatis pro secundo, est quod in primo signo sit id, quod in secundo signo identificabitur. Sed esse in primo signo id, quod se ipso identificabitur, est esse in primo signo identitatem ipsam. Ergo necessitas identitatis, & identitas ipsa idem formaliter sunt. Probatur minor. Se ipso identificari est identitas. Ergo esse id, quod se ipso identificabitur est esse identitatem.

48 Respondeo Essentiam pro primo suo signo necessitatem esse identitatis pro secundo: quia Essentia diuina ex prædicatis diuinæ Essentiæ habet identificandam fore tribus personis alioquin in hypothesi, qua non identificaretur cum illis pro suis signis implicatoria non esset realiter: quod falsissimum est, quando quidem si Deus realiter non esset Trinus, neque realiter esset Deus.

49 Duplici ergo modo potest hæc necessitas identitatis explicari. Primo asserendo Essentiam, se cū dum quod dicit pro primo signo, esse identitatem formalem cum tribus personis non pro primo, sed pro sequentibus signis: modo, quo decretum dicitur esse ab æterno productionem rei non pro æternitate, sed pro tempore determinato. Et iuxta hunc ratiocinandi modum respondet argumento supra posito necessitatem identitatis esse: formalissimè ipsam identitatem: non quæ identificet Essentiam cū personis pro primo signo, sed pro signis eis competentibus. Vnde ad confirmationem respondeo eodem modo: videlicet concedendo maiorem, nempe necessitatem pro primo signo identitatis pro secundo esse quod in primo signo sit id, quod se ipso identificabitur in sequentibus. Et distinguendo minorem. Sed esse id, quod se ipso, &c. est ipsa identitas pro primo signo: nego; pro secundo, concedo minorem: & distinguo similiter

liter consequens. Ergo idem sunt necessitas & identitas: pro primo signo nego: necessitas, & identitas pro secundo signo: concedo consequentiam.

50 Iuxta hanc ratiocinationem advertendum est duplicem esse identitatem virtualiter distinctam: una est, quæ consistit in Essentia, & hæc non habet identificare Essentiam cum personis pro quocunque signo, pro quo datur; sed tantum pro illo, pro quo ex conceptu suo est identitas: cumque Essentia solum sit identitas pro sequentibus signis; ideo quasi expectat subsequentia signa ad tribuendum esse idem formalem identificati. Alia est identitas, quæ consistit in unoquoque extremo, cum quo identificatur Essentia; & hæc se ipsa est omnino absoluta, & actualis identitas: quia pro quocunque signo, pro quo datur Filius v. g. habet ex se formaliter esse idem formalem, seu formalem denominationem identificati cum Essentia.

51 Secundo modo potest explicari hæc necessitas identitatis: asserendo pro primo signo nullatenus esse identitatem; quia identitas vel adquatè virtualiter identificatur cum personis, vel constat ex Essentia, & personalitatibus; non autem identificatur adquatè cum Essentia: quia quamvis Essentia sit ex se determinata ut sit in sequenti signo Paternitas, hæc determinatio non est determinatio formalis, sed radicalis, & antecedens virtualiter, inferensque identitatem pro alio signo. Unde ad argumentum in forma (iuxta hanc necessitatis, & identitatis explicationem) nego primum antecedens quoad partem, qua dicit Essentiam pro primo signo non habere exigentiam identitatis pro reliquis. Ad probationem huius antecedentis, nego maiorem, videlicet exigentiam esse formaliter identitatem. Ad probationem huius maioris nego etiam maiorem, quia exigentia identitatis non est formalis determinatio identitatis; sed radicalis, & antecedens.

52 Ad confirmationem respondeo distinguendo maiorem. Necessitas pro primo signo identitatis pro secundo, est quod in primo signo sit id, quod se ipso tanquam ratione adquatata formali identificabitur, nego: non tanquam ratione adquatata formali, concedo. Et distinguo minorem. Est id, quod se ipso tanquam ratione formali adquatata, concedo, non tanquam ratione formali adquatata, nego minorem, & nego consequentiam.

## SECT. IV.

*An Verbum procedat ex cognitione creaturarum possibili-  
um, nec non ex cognitione creaturarum sub con-  
ditione contingenti?*

33 **A**ntequam nostra conclusio statuatur, advertendum est du-  
plicem esse sententiam circa creaturarum possibili-  
tatem. Prima asserit Deum cum creaturarum possibili-  
tate essentialiter esse connexum; vel quia Deus sit ipsa rerum pos-  
sibilitas, vel quia, licet possibilitas non sit; eam tamen infert; neq-  
cessario ex intrinsicis prædicatis. Secunda sententia Deum ab  
omni cum creaturarum possibilitate connexionè absolvit; tenet  
que Deum omnino eundem permaniturum, quantumvis creaturæ  
in esse possibilem desissent, & in chimæras abirent.

54 Si intrinsicè connexus sit cum creaturarum possi-  
bilitate, necesse est Verbum Divinum ex creaturarum possibili-  
tate procedere: cum enim procedat ex cognitione Omni-  
potentiæ connexæ cum creaturarum possibilitate, nequeatque  
connexio ut talis absque termino connexionis repræsentariè pla-  
ne deducitur Verbum procedere ex cognitione creaturarum ut  
possibilem: si quidem Omnipotentis cognitio quatenus talis &  
creaturarum ut possibilem cognitio (iuxta præfatam sententiã)  
debet esse necessario. Difficultas ergo est iuxta præfatam sententiã,  
quæ Deum in connexionem cum creaturarum possibilitate arbitra-  
tur.

55 Animadvertendum est secundo, hanc rerum possi-  
bilitatem, iuxta nostram sententiã, non consistere in aliquo esse  
de præsentis necessario, siue positivo, siue negativo, siue absolu-  
to, siue diminuto; sed solum in veritate conditionali de eo quod  
*si existat res, quæ dicitur possibilis, non involvet duo contradicto-  
ria; quæ quidem veritas nihil omnino est de præsentis necessario;*  
sed erit si res existat, nempe ipsa res, quæ possibilis dicitur. Ex quo  
colligitur quod: quando res possibilis existit, existentia eius, quæ  
con-

contingens est, & dependens à Deo dependentia Deo absolute libera, sit absolute eius possibilitas. Qua autem ratione hoc componatur cum eo, quod possibilitas rerum sit necessaria, diximus in Physica, & in tractatu de Scientia Dei, dum obiectum Scientie simplicis intelligentiæ, & obiectum Scientiæ Visionis explicamus.

56 Si igitur possibilitas consisteret in aliquo esse omnino independente à Deo, tam absolute, quam conditionate, minor esset difficultas in eo, quod Verbum procedat ex cognitione possibilitatis, quam in eo, quod procedat ex cognitione existentie: quia in eo quod procedat ex cognitione existentie duplex est difficultas. Una quæ ratione Verbum Divinum, quod in se necessariū est, possit per se procedere ex cognitione existentie creaturarum, quæ respectu Dei ita est contingens, ut adhuc ea deficiente Trinitas existeret. Alia difficultas, & longè gravior est qua ratione cū processione Verbi ex cognitione existentie creaturarum componatur libertas totius Trinitatis in discernendo: quia cum existentia absoluta semper supponat aliquod decretum contingens (scilicet decretum applicatum non omnipotentia) & quodlibet decretum sit exercitium libertatis totius Trinitatis, videtur ante existentiam cognitionis existentie absolute iam existere, cum decreto, cum tota Trinitas discernens: & ideo Verbum, quod ad talem cognitionem supponitur, nō videtur ab ea cognitione procedere.

57 Ex his duabus difficultatibus prima solum videtur frgere in processione Verbi ex cognitione possibilitatis creaturarum: videlicet qua ratione cum tota Trinitas, & consequenter Verbum omnino absolute sit a possibilitate creaturarum, possit à cognitione huiusmodi possibilitatis per se procedere? Non enim videtur Verbum per se posse procedere ab eo, quo deficiente, adhuc Verbum existeret. Secunda autem difficultas videtur locum non habere in processione Verbi ex cognitione creaturarum ut possibilium, supposito, quod possibilitas omnino independente sit à Deo absolute, & conditionate: quia difficultas in eo consistit, quod tota Trinitas videatur supponi ad decretum liberum Dei de existentia creaturarum, & consequenter ad ipsam existentiam: quapropter videtur imperceptibile, quod Verbum procedat ex huius existentie cognitione, cum ante illam cognitionem supponatur: præsertim quia si pro priori ad decretum intelligeretur Verbum dependens à cognitione existentie, iam non esset indif-

ferens ad decretum de non-existentia, quæ difficultas infra per  
otium discutietur.

58 Cateram hæc difficultas non habet locum in proces-  
sione Verbi ex cognitione possibilitatis omnino independentis à  
Deo, tam absolute, quam conditionatè: quia iuxta hanc senten-  
tiam nunquam Verbum ad possibilitatem vlla ratione præsuppo-  
nitur, neque liberè decernit quod detur, aut non detur huiusmo-  
di possibilitas: quare ex hoc capite non est cur non possit Verbum  
ex cognitione possibilitatis procedere iuxta præfatam senten-  
tiam constituentem rerum possibilitatem in aliquo esse de præ-  
fenti independente penitus à Deo.

59 Verum, cum iuxta nostram sententiam possibilitas  
rei. V.g. Petri, cum ipso Petro identificetur pro casu existentia  
absolutæ Petri: hinc fit quod pro hoc casu ipse Petrus vt existens  
determinet cognitionem suæ possibilitatis, cum sit sua ipsius pos-  
sibilitas, consequenterque possibilitas Petri pro tali casu depen-  
deat à decreto proveniente à tota Trinitate eadè ratione, ac exi-  
stentia, cum penitus non distinguantur: quare fere eadem difficul-  
tas, quæ est in eo, quod procedat Verbum ex cognitione existen-  
tiæ, pariter est in eo, quod procedat ex cognitione possibilitatis;  
cum vtraque cognitio idem determinativum, & verificativum  
habeat. Ex qua identitate inferri videtur, quod si Verbum proce-  
deret ex cognitione possibilitatis, cognitio præsupponeretur ad  
Verbum procedens ex illa, & simul esset posterior Verbo; cum ea  
cognitio determinaretur à possibilitate, quæ in illo casu suppone-  
ret Verbum: siquidem supponeret decretum indivisim à tota Tri-  
nitate conceptum.

60 Propter similem, imò potiorem rationem, censo eã  
idem etiam ferè esse difficultatem in eo, quod Verbum procedat  
ex Scientia consensus conditionata, quæ dicitur Media, quam in  
eo quod procedat ex Scientia absoluta eiusdem consensus, quæ  
Scientia dicitur Scientia Visionis. Cum enim in mea sententia  
(quam ludico Societatis esse) futuritio conditionata determinat  
Scientiam Mediam pro casu purificationis conditionis, ita sit fu-  
uritio absoluta, vt verè, & propriè in illo casu futuritio absolu-  
ta determinet Scientiam Mediam, & ad illam prioritate determi-  
nationis oblectiva præcedat, consequenterque præcedat remotè  
decretum absolutum Dei de purificatione conditionis, iam in il-  
lo casu Verbum de futuritione conditionata supponeret, tum  
existentiam absolutam consensus v.g. tum etiam decretum liber-  
ta



ratis: quamobrem præter difficultatem contingentia est etiam difficultatis mutua prioritatis, & libertatis.

61. Consulto dixi esse in his casibus *ferè eandem* difficultatem, & non dixi absolute esse eandem; quia non me latet difficultatem libertatis in discernendo, aliqua specialitate peculiari esse in processione Verbi ex Scientia Visionis, quatenus Scientia Visionis connectitur cum existentia absoluta extremi visi; Scientia autem Media connecta non apparet. Verum cum nulla sit difficultas in processione Verbi ex Scientia simplicis intelligentia, & Scientia Media, quæ non reperitur à fortiori in processione Verbi ex Scientia Visionis: ideo placuit totam difficultatem ad hæc ultimum dubium reservare: ubi omnibus argumentis solutionem adhibere conabimur. Ne tamen prætermittamus specialem probationem de processione Verbi ex cognitione possibilitatis creaturarum, placet hic eam præferre, ne aliquid in hoc celeberrimo dubio desideretur.

62. Sic igitur nostra conclusio, Verbum Divinum procedit per se ex cognitione creaturarum possibilium, Hanc sententiam in primis tenent omnes qui asserunt absolute, & sine limitatione Verbum procedere ex cognitione contingentium: quos infra citabimus. Tenent præterea alij: qui licet negent Verbum procedere per se ex cognitione creaturarum futurarum; affirmant tamen procedere ex cognitione possibilium. Ita P. Suarez lib. 9. de Trinit. cap. 7. Caietanus quæst. 34. art. 3. Bannez, Zumel, Nazarius Canariensis, Molina, Granad. & alij.

63. Omnia igitur probatione ex auctoritatibus Sanctorum, quibus infra probabitur Verbum procedere ex cognitione omnium creaturarum adhuc existensium (ea enim verba ad minus probant Verbum procedere ex cognitione creaturarum secundum futurum esse quidditativum, & essentialia, quod est esse creaturarum inesse possibilium) sic conclusionem probo. Verbum Divinum procedit ex cognitione illius objecti, quod Verbum et Verbum exprimit. Sed Verbum Divinum non solum exprimit Deum; verum etiam predicata essentialia creaturarum. Ergo non solum procedit ex cognitione Dei; verum etiam ex cognitione essentia creaturarum. Maior manet supra probata. Minor probatur nunc. Verbum Divinum exprimit ea predicata, quæ conspiciuntur in eo tãquam in exemplari, ad quod Deus respiciens, creaturas efformat. Sed Deus habet Verbum Divinum tanquam exemplar ad omnium creaturarum productionem. Ergo in Verbo omnia predica

ta essentialia creaturarum exprimuntur. Minor, in quâ est difficultas, probatur ex Patribus.

64 D. Ang. serm. 18. de Verbis Domini secundum Iohannem Colum. 1. *Est enim (loquitur de Verbo Divino) forma non formata: sed forma omnium formatorum, forma incommutabilis.* Augustinum sequitur S. Thom. q. 3. art. 4. ad 2. eandemque proprietatem Verbi docet contra Gentes cap. 13. & de Verit. q. 4. art. 4. 5. & 6. & alibi sæpe. Alexander 1. p. q. 62. memb. 1. art. 3. & 4. Albertus 1. p. q. 35. memb. 3. art. 2. ad finem, & art. 3. etiam ad finem. S. Bonnav. in 1. dist. 6. art. unico. quæst. 3. cum Altfioder. quem citat etiam Ricardus dist. 6. q. 4. vbi Carthus. cum Ægidio quæst. unica art. 2.

65 Basil. contra Eunomium lib. 5. titul. 6. *Omniū (inquit) imago qua creatur à primitiuo ad materiam transmutata si similitudinem capit. & characterē participat per artificis mentem, & manus confirmationem; sic pictor, sic lapidum sculptor, sic qui auream, aut æneam statuam fingit in exemplar respexit, recepti rei, quæ speculatus est, figuram, hanc in materiam impressit.* Et paulo inferior. *Divinus vero character vivens est. & verè ens imago, imaginis efficiens.* Explicat autem characterem esse Christum Dominum: subdit enim propè medium eiusdem libri. *Qui Filium (inquit) solvit, is creationis omnis principium abstulit. principium enim est substantiæ omnium Dei Verbum, per quod omnia facta sunt.*

66 Greg. Nyl. orat. cathœtica cap. 5. sub init. *Si dederit (inquit) Verbum seu rationem, & sapientiam non fuisse ducem rerum creationis, statuet rationis, & artis egestatem fuisse in principio universitatis: si autem hoc constat esse planè absurdum, & impium; Verbum, & sapientiæ rerum fatebuntur esse ducem.* Ita hunc locum legendum putat P. Ruiz de Montoya de Trinit. disp. 62. num. 12. Ergo iuxta Nisenum Pater per Verbum ducitur, tanquam per artem ostendentem rerum prædicata.

67 Tandem (ut ait idem Ruiz.) Anselm. in Monologio fulsè ostendit, & declarat per Verbum Divinum facta fuisse omnia tanquam per exemplar. Deinde ipso Verbo Patrem dixisse omnia, quæ faciendâ erant, ostendit à cap. 31. vsque ad 35. Videatur, si placet idem Ruiz disp. 111. sect. 3. 4. & 5. vbi mirabili eruditione ex Scriptura, Concilijs, & Patribus, plurima congerit, quæ nostrum assumptum clarè confirmât.

Quod autem Verbum procedat ex Scientia conditionata, videtur etiam ex superioris argumento ita posse probari. Verbum

bum exprimit vt tale futura conditionata contingentia. Ergo procedit ex eorum cognitione. Antecedens probatur. Verbum Diuinum iuxta Nyseum supra allegatum est dux, seu ars rerum faciendarum. Sed Verbum non esset per se dux, aut perfecta ars consensus liberi obtinendi à Deo ex Petro, nisi ostenderet efficaciam auxilij eligendi, & inefficaciam reiiciendi. Ergo id exprimit Verbum; alioquin non perfecte duceret in voluntatem consensus.

63 Confirmatur. Deus non conferret prouidenter perfectè auxilium, nisi prouideret eius efficaciam, aut inefficaciam, vt pote rationes, quæ vt cognitæ possunt mouere, vel retrahere ab auxiliorum collatione. Ergo neque Verbum perfecte duceret ad collationem auxilij, nisi exprimeret prædictam efficaciam, vel inefficaciam. Has peculiare rationes pro processione Verbi ex cognitione possibilium, & futurorum conditionatorum attingisse sufficiat. Iam vero ad pleniorē, & vniuersaliorem probationem processionis Verbi ex cognitione omnium contingentium, quæcumque illa sint, gradum faciamus. Vbi omnia argumenta, quæ contra has conclusiones fieri solent, solvemus.

### QVÆST: XIII.

*Ex quorum cognitione contingente procedat Verbum?*

**P**ratens questio celeberrima est apud omnes; qui de Trinitatis mysterio disputant, præsertim apud RR. qui serè nihil nobis superaddendum reliquunt.



## SECT. I.

*Utrum Verbum, quæ Verbum necessarium est, procedat à cognitione contingentium?*

**D**ubium de processione Verbi ex cognitione creaturarum absolutè futurarum in duplici sensu potest examinari. Primo. An Verbum Divinum secundum quod est Verbum totius Trinitatis procedat per se ex cognitione creaturarum, ita ut non solum Verbum secundum illam terminationem ad creaturas Deo contingentem; verumetiam secundum respectum ad Trinitatem ipsam, & prout est expressio Trinitatis, procedat per se ex cognitione creaturarum?

2<sup>o</sup> Secundo potest esse quæstio; utrum Verbum, prout adæquatè Verbum, habeat duplicem, seu quasi duplicem expressionem loquutiivam, vnam, quæ exprimat totam Trinitatem, seu omnia Deo necessaria, quæ expressio per se procedat ex cognitione omnium, quæ Deo necessaria sunt. Aliam, quæ exprimat creaturas, seu veritates contingentes, & hæc per se procedat ex cognitione creaturarum, seu veritatum contingentium, quin expressio loquutiiva necessariorum ex cognitione contingentium per se procedat. In hac sectione quæstionem iuxta primum sensum examinabimus; in sequentibus vero iuxta secundum.

3<sup>o</sup> Præterea duplex distinguenda est sententia; alia, quæ actus contingentes Deo, complet per obiecta extrinseca; alia quæ prædictos actus omnino Deo intrinsecos iudicat: quam sententiam semper ego veriozem existimaui.

4<sup>o</sup> Deinde bisariam explicari potest actus divinos compleri per extrinseca connotata. V. g. cognitionem Petri determinari per ipsum Petrum ad eum representandum. Primum iuxta sententiam eorum, qui communiter connotatores appellantur, asserendo, videlicet, Scientiam Dei necessariam se ipsa esse representationem Petri posito Petro: ita ut posito

to Petro tanquam pura conditione, ipsa Scientia Divina, omnino realiter, & virtualiter eadem, sit representatio absoluta Petri, modo, quo ipsi connotatores asserunt relationem predicamentalem identificari adæquatè cum fundamentorita ut posito termino pro conditione, fundamentum se ipso referatur ad terminum, quin opus sit aliquid denno supervenire. Hæc explicatio communissima est apud authores: de cuius difficultate modo nō curo: nunc enim solum intendo sensum authorū quoad hanc partem proponere.

5. Secundo potest explicari hæc completio actuum divinatorum per aliquid extrinsecum, sicuti ab alijs authoribus servapulosioris, ut ita dicam, ingenij. Hi enim asserunt Scientiam Divinam ut denominet Deum cognoscentem Petrum indigere ipso Petro: ita ut hic conceptus *Deum denominari cognoscentem Petrum* involvat Petrum, non tanquam formam, seu quasi formā, adhuc partialem; sed tanquam conditionem: modo quo subiectū denominari intelligens ultra intellectionem addit capacitatem subiecti non ita ut subiecti capacitas sit, vel adæquatè, vel inadæquatè intellectu; sed ita ut ipsum *intelligere*, quoad denominationem, seu *subiectum esse actu intelligens* involvat, ut inadæquatè constitutum, subiecti capacitatem; quamvis non ut formā, vel inadæquatam intelligendi. His positis.

6. Dico primo. Verbum Divinum secundum quod est Verbum Trinitatis, seu Verbum necessarium, nō procedit per se ex cognitione creaturarum, seu veritatum cōtingentium. Probatur hæc conclusio. Verbum Trinitatis secundum hanc expressionem est omnino quoad entitatem, & quoad denominationem necessarium, & nulla ratione contingens. Sed entitas omnino necessaria nullatenus per se procedit ex entitate contingente. Ergo Verbum Divinum prout expressio Trinitatis est, nullatenus procedit per se ex cognitione Deo contingente. Consequentia est legitima: & maior certa. Minor vero videtur ex ipsis terminis evidens quid enim clarius quam id, quod omnino necessarium est; non habere dependentiam vlla ratione contingentem.

7. Confirmatur. Verbum per se solum procedit ex cognitione illius obiecti, quod Verbum exprimit, vel ex cognitione illius obiecti, quod necessario debet cognosci eo ipso, quod cognoscatur obiectum, quod exprimit Verbum. Sed Verbum Trinitatis, secundum quod Verbum Trinitatis est, neque exprimit obiecta contingentia, neque exprimit obiectum, ad quod cognoscen-

nam, necessarium sit cognoscere obiecta contingētia. Ergo Verbum secundum quod Verbum Trinitatis est, non procedit per se ex cognitione contingentium. Maior ex præsuppositis constat. Minor probatur, quoad secundam partem, quæ solum potest esse difficilis, Trinitas, quam exprimit Verbum, non exigit ad hoc ut cognoscatur cognosci creaturam pro signo, pro quo cognoscitur Trinitas; licet intellectus diuinus ob suam infinitam per se rationem extendere se debeat ad omne obiectum cognoscibile pro alijs signis. Ergo obiectum cognitum per Verbum Trinitatis, ut Trinitatis Verbum est, ad hoc ut cognoscatur, non postulat cognitionem creaturarum. Antecedens probatur. Ut cognoscatur Trinitas solum exigitur cognosci id, quod Trinitas est, & quod ut talis infert. Sed, posita in connexionē Dei cum creaturis, Trinitas non infert creaturam ullam. Ergo ut Trinitas cognoscatur, necesse non est cognoscere creaturam aliquam.

8 Dices primo. Posita creaturâ, iam Deus illam respicit absolutè per respectum intrinsecum ut terminum suæ omnipotentis. Ergo posita huiusmodi creaturâ, cognitio Dei, ut cognitio Dei est, erit etiam cognitio illius respectus, consequenterque creaturæ ut termini prædicti respectus.

9 In primis hæc obiectio solum loquitur de processione Verbi ex cognitione creaturæ ut possibilis; non ex cognitione illius, ut existentis. Deinde neque adhuc respectu creaturæ, ut possibilis vim habet. Primo, quia falsum est antecedens siquidem posita possibilitate, solum resultat in Deo denominatio absolutè potentis producere creaturam: quæ denominatio non est adæquate Deo intrinseca; sed resultat ex Deo ut Omnipotente, & ex creaturæ possibilitate: quæ propter falsum est in hypothesei possibilitatis vllum respectum Deo intrinsecum resultat.

10 Secundo, quia admissio antecedente, adhuc respiciendi valet, quod, sicut posita possibilitate, resultat in Deo ille intrinsecus respectus virtualiter ab omnipotentia secundum se distinctus: ita similiter resultabit alius respectus in cognitione Dei, virtualiter distinctus à Scientia omnino necessaria: & alius respectus in Verbo expressius creaturæ ut possibilis, distinctus virtualiter à Verbo, prout Trinitatis Verbum est. In quo casu Verbum Trinitatis, prout Trinitatis Verbum est, non procedet ex cognitione secundum illum respectum aduenientem; sed ex cognitione prout est cognitio omnino necessaria: & Verbum

Secundum quod est Verbum creaturæ procedet ex cognitione diuina secundum illum respectum virtualiter distinctum, & contingenter aduenientem. Vnde ad argumentum in forma, admissio antecedente, distinguo primum consequens. Ergo iam cognitio Dei secundum prædicata necessaria cognitionis Dei erit cognitio illius respectus, nego: secundum terminationem contingentem ad illum respectum, concedo consequentiam: secundum quam terminationem etiam representat creaturas, non tamen præcise virtualiter, prout cognitio Trinitatis est.

II Dices secundo: Antequam intelligatur Verbum necessarium in Deo, non solum intelligi omnia prædicata necessaria, verum, & contingencia: cum enim Essentia sit, quæ formaliter determinat decreta contingencia quoad denominationem, non eo ipso quod intelligatur in Deo noticia necessaria sui intelligitur Verbum; sed hæc noticia necessaria prius quam determinet Verbi existentiam, iuvat vt Essentia decernat omnia contingencia, eaque videat. Postea vero ex Scientia necessaria, & contingente coalescit tota Scientia, ex qua procedit Verbum simplex virtualiter representans indivisibiliter omnia objecta tam necessaria, quam contingencia: ita vt potestas, quæ est in homine, quando consentit, ad dissentendum, non solum sit potestas ad impediendum Verbum de suo consensu; verum etiam ad impediendum Verbum Trinitatis, quod modo est, & determinandum aliud Verbum virtualiter distinctum, quod sit Verbum Trinitatis, & Verbum dissensus: modo quo, in sententia asserente Deum ad nullum amorem esse determinatum in individuo, dicitur Deus decernens mundum eadem potestate, qua potuit impedire decretum mundi, potuisse etiam impedire amorem; quo hic, & nunc Deus se amat, & determinate alium amorem, qui etiam esset amor Dei, & esset nolitio mundi. Pariter ergo in nostro casu posset forsam aliquis dicere non produci Verbum vsque dum intelligantur omnes veritates contingentes, & scientia illarumque intellecta, ex illa, & ex Scientia necessaria produceretur Verbum omnia hæc objecta indivisibiliter virtualiter representans: ita vt totum hoc virtualiter Verbum potuerit desistere, & esse aliud virtualiter distinctum: sicut in sententia negante Deo necessitatem sui amoris, quoad individuum, totus amor, qui hic, & nunc est in Deo, potuit desse Deo, & existe-

se aut virtualiter adæquatè distinctus ab amore nunc in Deo existente.

12 Displicet hæc cogitatio. Primò, quia cum cogitatio necessaria Dei ut Trinitas sit independens ab eo, quod Deus velit pro signo posteriori creaturas, non est cur ad productionem Verbi sibi correspondentis expectet signum posterius decreti, & cognitionis contingentis.

13 Secundo, quia ex terminis apparet diffici-  
le non solum esse contingens Verbum, quoad expressionem creaturatum; verum etiam quoad expressionem Essentia: ita ut tota cuiuscumque personæ personalitas potuerit deficere, aliaque loco illius virtualiter adæquatè distincta existere. Quo fieret Trinitatem esse contingentem: non contingentia, quæ posset non esse absolutè Trinitas; sed contingentia, quæ præter Essentiam, tota Trinitatis, quæ modo est, potuerit in aliam virtualiter distinctam, ut ita dicam, commutari.

14 Tertio displicet hæc sententia: quia necessario semper fatendum est Verbum non esse quid simplex virtualiter. Ergo non vitatur quod per partes, seu quasi partes, producat: quod est potissimum inconueniens, quod hic peculiaris modus discernendi fugere tentat. Assumptum probatur ex Incarnationis mysterio. Supposita existentia Christi Domini, Deus complacuit liberè in eius existentia. Ergo libertas ad prædictam complacentiam constituta per cognitionem Incarnationis potuit coniungi cum carentia talis complacentiæ. Ergo Verbum Divinum, secundum quod unitum est humanitati, indifferens est ut coniungatur cum ea complacentia, & eius carentia: & consequenter cum eius cognitione, & denique cum Verbo tali cognitioni correspondente.

15 Confirmatur hoc idem. Christus Dominus plura opera elicit, ita ut pro priori indifferentia existeret Christus, vel saltem scientia connexa cum illo. Ergo Verbum illorum operum procedens ex eorum cognitione supponente ea opera, est virtualiter distinctum à Verbo Divino secundum quod intelligitur Christus Dominus indifferens. Consequentia est bona: quia quod coniungitur contingentem cum aliquo, ita ut potuerit dividi ab eo, distinguitur virtualiter ab illo. Cumque Verbum Divinum ut intelligitur in signo indifferentia Christi Domini, potuerit coniungi cum carentia Verbi sui operis



liberi, siquidem potuit coniungi cum carentia operis. Hinc fit Verbum Diuinum secundum quod constituit Christum Dominum in signo suæ libertatis posse diuidi; & separari à Verbo sui operis liberi, & consequenter distingui virtualiter ab eo.

16. Tam vero antecedens: nempe Christum Dominum plura opera elicuisse, ita vt pro priori indifferentiæ existeret Christus Dominus, facillè probatur: quia Christus Dominus cognoscens suam vnionem hypostaticam, potuit libere Patri suo agere gratias. At pro priori ad agendas gratias intelligitur Christus, vel saltem scientia connexa cum eo, & consequenter cum Verbo. Ergo adhuc opera contingentia præcessit pro signo indifferentiæ Christus Dominus, vel saltem scientia connexa cum illo; & consequenter Verbum, cum quo connectitur talis scientia; distinguitur virtualiter à Verbo illius, ad quod est indifferens ea scientia se tenens pro priori indifferentiæ. Constat ergo ex dictis totum hunc discursum nullius aduersus nostram sententiam, efficacitatis esse.

17. Dices tertio, saltem in sententia complente ætatis diuinos de rebus contingentibus per ipsa obiecta extrinseca debere concedi Verbum, secundum quod Verbum est Trinitatis, & necessariorum; procedere per se ex cognitione contingentium: quia cum, posito connotato extrinseco, ipsa cognitio necessaria sit etiam cognitio, etiam quoad denominationem creaturæ contingentis, & in illo casu Verbum procedat ex cognitione necessaria, quæ in illo casu existit, non potest non procedere ex cognitione contingentium, cum pro illo casu cognitio necessaria, sit etiam cognitio contingentium nullo respectu intrinseco virtualiter distincto superaddito.

18. Respondeo adhuc iuxta hanc sententiam Verbum, vt Verbum Trinitatis est, non procedere ex cognitione contingentium vt tali: si enim cognitio necessaria eatenus per connotatum extrinsecum compleatur in esse cognitionis contingentis quatenus ipsum connotatum constituit denominationem cognoscentis, vt conditio ad hoc, vt cognitio tribuat per modum formæ prædictam denominationem iuxta explicationem supra traditam in hoc, inquam; casu, seu stando huic explicationi, Verbum, vt Verbum est Trinitatis, non procedit per se ex cognitione contingentium sumpta quoad denominationem talis: quia sumpta quoad hanc

hanc denominationem involuit connotatum ; ex quo minime Verbum procedit ; sed solum procedit ex cognitione contingentium specificatiue sumpta ; utique ex cognitione necessaria, quæ ab ipso connotato suscipit denominationem essendi in actu secundo cognitionem contingentium.

19 Insuper addo: iuxta hanc sententiam complementem extrinsecè modo supra assignato actus diuinos, Verbum Diuinum nulla ratione procedere ex cognitione contingentium re-  
 duplicatiue vt taliquia reduplicatiue vt talis dicit ipsum connotatum extrinsecum, à quo minime procedit Verbum, neque vt Verbum Trinitatis, neque vt Verbum contingentium. Dicendum igitur est iuxta hanc sententiam, quod, sicut cognitio Trinitatis, posito connotato extrinsecò, denominatur, seu est quoad denominationem, cognitio contingentium: ita pariter Verbum Trinitatis (quod quoad entitatem est Verbum contingentium) posito connotato extrinsecò, denominatur Verbum contingentium, quin procedat à cognitione contingentium sumpta quoad denominationem; sed solum ab ipsa accepta specificatiue, & quoad entitatem.

20 Maior difficultas erit, si asseratur actus diuinos ita compleri per connotatum extrinsecum, vt ipsum connotatum non includatur in denominatione cognoscentis; sed adstruatur vt conditio, ita pura in esse conditionis, vt, posito connotato, ipse actus diuinus representans Trinitatem, ipse, inquam, met prout adæquatè distinctus à connotato, absque nouo respectu virtualiter superaddito, sit adæquata denominatio cognoscentis secundum primum modum explicandi complementum extrinsecu actuum diuinorum.

21 Verum, adhuc iuxta hanc explicationem, Verbum Trinitatis non procedit ex cognitione contingentium vt tali, à qua, si non existeret creatura non dependeret: quia cognitio Trinitatis ita, posito connotato, est quoad denominationem cognitio contingentium, sicuti in sententia admittente creationem ab æterno termini pro instanti A, ab æterno est Deus creans illum terminum pro instanti A, quin quando aduenit instans A, verificetur aliquid de creatione, quod non verificatum fuerit pro tota æternitate. Sic similiter in nostro casu dicendum est in hac sententia cognitionem Trinitatis se ipsa esse cognitionem creaturæ pro casu creaturæ, cõsentaneèque Verbum Trinitatis esse etiam se ipso Verbum creaturæ pro casu creaturæ. Quapropter non

est dicendum Verbum Trinitatis, posita creatura, procedere à cognitione creaturæ, à qua antea non procedebat; sed potius dicendum est Verbum Trinitatis, quod se ipso est Verbum creaturæ pro casu creaturæ, procedere absolutè à cognitione Trinitatis, quæ se ipsa est cognitio creaturæ pro casu creaturæ.

22 Hæc dixerim, quia non aliter mihi perceptibilis est sententia de connotatis. Si vero velint connotatores, quod cognitio Trinitatis, posita creatura tanquam conditione, iam absque distinctione vlla virtuali habeat adæquatè intrinsicè aliud prædicatum, nempe cognoscere creaturam quoad denominationem, quod prædicatum antea non habebat, facile concedam procedere Verbum Trinitatis in illo casu à cognitione contingentium; verum sententia illo modo explicata manifestam implicationem involuit: quare, & procedet Verbum à tali cognitione contingentium (liquidem in distincta adhuc virtualiter asseritur à cognitione Trinitatis) & etiam non procedet per se, quia Verbum Trinitatis non, vt præcisè Trinitatis Verbum est, indiget illa cognitione; sed prout est simul Verbum contingentium. Clarius. Cum ex hac sententia inferatur Verbum Trinitatis distingui, & non distingui virtualiter à Verbo contingentium; & similiter cognitionem Trinitatis distingui, & non distingui à cognitione contingentium: mirum non est quod ex ea sententia processio, & non processio Verbi Trinitatis ex cognitione contingentium inferatur.

## SECT. II.

*Verbum completè sumptum procedit per se ex cognitione  
re creaturarum, & cuiuslibet veritatis contin-  
gentis.*

53 **E**xplicatur hæc conclusio, iuxta doctrinam plurimum Theologorum, & à nobis traditam tractatu de Voluntate scientia necessaria constituitur, seu completur in esse cognitionis contingentium veritatum per respectum intrinsicum

tum ipsi Deo virtualiter ab ipso distincta, sicut ut in Deo prater cognitionem sui, & eorum, quibus cum ipse connectitur, sit etiam alius respectus, aliaque formalitas ipsi intrinseca, & ab ipso virtualiter distincta, ratione cuius representet veritates contingentes.

24 Similiter in ipso Verbo Divino duplex virtualiter est expressio. Alia omnino necessaria, quæ exprimit veritates Deo necessarias. Alia virtualiter contingens, realiter vero intrinseca ipsi Verbo, quæ exprimit veritates contingentes. Dicimus ergo tot esse expressiones loquutivas in Verbo, quot sunt expressiones cognoscitivæ in Scientia: ita ut Verbum adæquatam procedat ex scientia adæquata; Verbum autem cuiuslibet veritatis contingentis ex cognitione eiusdem veritatis: & ita Verbum completè, & adæquatè sumptum procedere ex cognitione omnium veritatum contingentium, consequenterque ex earum cognitione per se procedere.

25 Hanc conclusionem probant aliqui ex eo quod Verbum debeat procedere ex cognitione comprehensiva Dei: cum: quæ comprehensio (cum omnia, quæ ad Deum spectant attingere debeat) non possit non attingere decreta contingentia, quæ defacto denominant Deum decernentem, videtur, casu quo Deus decernat futura, Verbum procedere ex cognitione huiusmodi decreti, consequenterque ex cognitione futurorum, quæ à Deo decernuntur.

26 Hoc argumentum mihi efficax non est: quia, licet cognitio divina comprehensiva debeat attingere huiusmodi decreta; si tamen astringatur cum Suarez, & alijs, totam Trinitatem immediate liberè decernere, ita ut proprietates personales priori ad decretum se teneant: similiter dici poterit Filium non indigere audire à Patre decretum, quod ipse immediate liberè cum Patre, & Spiritu Sancto concepit: quia propter procedet per se ex cognitione comprehensiva, prout existit in signo antecedente ad Filium, non vero prout est consequenter ad exercitium liberum Filij: quia priori per se requisito ad Verbum non debet intelligi aliquid connexum cum exercitio libero ipsi Verbo in ratione Verbi. Deinde quavis cognitio, ex qua procedit Verbum, attingeret decreta, ut contingentia ipsi Verbo; cum tamen Verbum non sit Verbum horum decretorum, quia non indiget locutione Patris et ea sciat: hinc fit Verbum non procedere per se ex cognitione decreti, sed tantum per accidens, de quo modo non est quaestio.

27 Secundo solet probari hæc conclusio ex eo quod Pater non loquitur, neque producit Verbum ex indigentia intelligendi; sed ex fecunditate præcisè. Si autem ex sola fecunditate; cur fecunditatem, quam habet cognitio necessaria ad Verbum necessarium, non perinde habebit cognitio contingens ad Verbum contingens? Facile poterit responderi eatenus verum esse Patrem non producere Verbum ex indigentia intelligendi, aut amandi, quatenus non indiget eo ut cognitione, aut amore formali: Pater enim, ut sæpe repetit Augustinus, non intelligit sapientia genita, neque amat amore producto. Hoc ergo sensu duntaxat verum est Patrem non producere Filium ex indigentia intelligendi.

28 Cæterum, quod ita non indigeat Pater Verbo ad intelligendum, ut per accidens se habeat Verbum ad intelligendum, falsum omnino est, cum omnia Pater in Verbo intelligat tãquam in termino, non solum tanquam termino reali procedente per se ex cognitione; sed etiam tanquam termino obiectivo: hoc enim sonant tot verba superius adducta, in quibus dicitur Verbum *Idea exemplar, &c.* Ergo quod Deus non producat Verbum ex indigentia intelligendi, nõ ita interpretandũ est, ut absolute Verbum se habeat per accidens ad intelligendum. Ideo igitur potest dici cognitionem contingentem non esse fecundam, quia non indiget Verbum audire à Patre, quod ipsum Verbum indivisibiliter omnino cum Patre decernit. His igitur rationibus omissis, conclusionem probo ab autoritate.

29 Probatum primo. Verbum procedit ex scientia, quæ est in Patre prout completè est in Patre. Sed in Patre est scientia omnium possibilium, omnium futurorum, & denique omnium veritatum. Ergo Verbum procedit ex cognitione omnium veritatum. Minor est de fide, & consequentia legitima. Maior autè probatur ex Aug. lib: 15. de Trinit. cap. 14. ubi hæc habet. *Quidquid in scientia est, de qua genitũ est, & in ipso est: quod autem in eo non est, nec in ipso est: & paulo ante dixerat: nec minus aut amplius esse in Verbo, quam in Scientia Patris.* Ecce iuxta Aug. Verbum procedit ex Scientia completa Patris: siquidem cum scientia Patris genitus commensuratur.

30 Probatum secundo, ex Greg. Thaumaturgo in regula fidel tradita diuinitus apud Nisenum in eius oratione, dum hæc ait. *Verbum efficax sapientia constitutionis rerum unius personarum præbensua, & potentia totius creaturae effectoris Filius verus et veri Patris.* Ergo iuxta Gregorium Verbum Divinum, quod ut tale est

est sapientia genita obiectiua aut terminatiua, præter illis scientia ad omnes res comprehensiuè se extendit. Ergo exprimit perfectissimè, & comprehensiuè omnia creata. Ergo procedit ex cognitione perfectissima, & comprehensiuè omnium creaturarum.

31 Probaturs secundo ex Patribus hoc discursu. Filius procedit ex cognitione eorum obiectorum, quæ Pater dicit Filio. Sed Pater dicit Filio omnia futura. Ergo Verbum procedit ex cognitione omnium futurorum. Maior est certa. Minor probatur ex Patribus: nam Augustinus tractatu 21. in Ioan. ad illa verba *Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit* ita loquitur: *dicendo enim Filio quæ facturus erat Pater per ipsum Filium, Filium genuit per quem fecerat omnia.* Ergo Pater dicit Filio omnia, quæ facturus erat. Ergo dicit omnia futura. Anselmus in Monologio clarius loquitur cap. 33. ubi dicit: *cum ipse sumus Spiritus dicit se ipsum, dicit omnia quæ facta sunt: nam antequam fierent, & cum iam facta sunt & cum corrumpuntur, & alia quæ modo variantur, semper in ipso sunt: nõ quod sunt in se ipsis, sed quod est idem ipse.* Hæc verba adeo clara sunt, vt explicatione non indigeant.

32 Sanctus Cirillus lib. 7. Theauri afferit ideo Patrem loqui ad Filium, quia illi communicat suam cognitionem: *habet enim Filius naturaliter paterne voluntatis cognitionem.* Ergo Pater loquitur Verbo cognitionem illius, quod vult, & decernit. Ergo dicit Verbo id, quod decernit. Ergo dicit illi obiecta decretata, & volita: alioqui Verbum non haberet à Patre *paterne voluntatis cognitionem.*

33 Consonat D. Thomas hic quæst. 34. art. 1. ad 3. ubi ait. *Pater intelligendo se, & Verbum, & Spiritum Sanctum, & omnia alia, quæ eius scientia continentur, concipit Verbum, vt sic tota Trinitas Verbo dicatur, & omnis creatura.* Ergo iuxta D. Th. Verbum generatur ex intelligentia, quæ Pater non solum intelligit se, Filium, & Spiritum Sanctum; verum etiam omne aliud obiectum contentum in Scientia Patris, vt sic omne obiectum in scientia contentum dicatur ea ratione, quæ continetur. Idem tradit art. 3. in quo ex eo quod Deo vnicus sufficiat actus ad se, & creaturas cognoscendas, recte infert vnicum etiam sufficere Verbum ad dicendum se, & creaturas: *sed quia (ait prædicto loco) Deus vnica se, & se, & omnia intelligit. Verbum eius est expressiuum non solum Patris, sed etiam omnium creaturarum.* Ergo iuxta D.

Thomam Verbum diuinum, quod vnicum, & simplicissimum est, expressiuum est omnium creaturarum ad mensuram scientiæ, à qua per se procedit.

34. Vterius: quod Pater loquatur Filio, & Spiritui S<sup>c</sup>o futura libera, probatur: quia Patrem dixisse ad Filium, & Spiritum Sanctum *Faciamus hominem, &c. Gen. 11. Venite descendamus, & confundamus linguas eorum*, fere omnium Patrum sententia est, vt probat P. Ruiz de Montoya disp. 36. sect. 4. Roboratur amplius, quia iuxta Patres nihil operatur Deus, quod non operetur medio imperio, seu iussione: quod imperium, iussio, & dictio est Verbum diuinum. Ergo per Verbum diuinum iubet Deus fieri quæcumque fiunt.

35. Antecedens constat ex Augustino pluribus in locis, præsertim lib. 8. de Genesi ad litteram cap. 3. prope finem, & sequenti libro de Gen. ad litteram cap. 16. post medium, & tractatu 54 in Ioan. & contra sermonem Ariancum cap. 12. & 13. Clarissimè autem id ipsum dicit lib. 11. confessionem cap. 7. sine vbi hæc habet: *Verbo tibi coæterno simul, & sempiternè dicitis omnia, quæ dicuntur, & fit qui iqua vis vt fiat.* Quod idem probat duobus capitulis sequentibus. Tandem quod Pater vnicò verbo suo dicat, & faciat omnes creaturas, cum Augustino docet Magister, & communiter Scholastici lib. 2. sententiarum dist. 13. cap. *Præterea.* Albertus 1. p. q. 35. memb. 63. art. 2. ad finem, & art. 4. ad 2. Alexand. 1. p. q. 62. memb. 1. art. 3. & 4. 2. p. quest. 50. memb. 6. art. 12. S. Thom. q. 34. art. 1. ad 3. & art. 3. corpore. & 4. contra Gentes cap. 13. post medium, & quest. 4. de Verit. art. 4. S. Bonau. in 1. disp. 27. p. 2. art. 1. quest. 2. corpore. vbi Richard. art. 2. quest. 13. Scotus in 1. dist. 32. §. *ad istam questionem.*

36. Confirmatur hoc ipsum. Ea loquitur Pater Filio, quæ Filius audit à Patre, Sed Filius audit à Patre decreta de rebus futuris. Ergo Pater loquitur Filio ea decreta: consequenter quæ obiecta decretata. Maior est certa, Minor probatur ex varijs Euangelij locis: Ioan. 3. *Quod audiuit, & vidit, hoc testificatur.* Ioan. 7. *Sicut docuit me Pater, ita loquor.* Ioan. 12. *Sicut dixit mihi Pater sic loquor.* Ioan. 15. *omnia, quæ audiui à Patre meo nota feci vobis.* Sed Christus Dominus plurimas, veritates contingentes, & Deo liberato loquutus fuit. Ergo eas audiuit à Patre. Ergo Pater loquitur Filio veritates contingentes, & Deo liberato. Videantur interpretes ad prædicta euangelij loca.

37. Ex quibus locis hoc efformatur argumentum. Filius

scit quod audit à Patre. Sed Filius scit veritates cōtingentes. Ergo audit à Patre veritates contingentes. Sed quod audit Verbū, audit per se ipsum, vt Verbum Patris. Ergo Verbum per se ipsum audit veritates contingentes. Ergo est Verbum contingentium. Ergo procedere debet ex cognitione contingentium. Quod autē Verbum audit à Patre quod scit, constat ex verbis supra adductis: siquidem id scit, quod loquitur, & manifestat. Sed vt constat ex Ioan. quod audit Filius, id loquitur. Ergo quod scit, audit.

38 Confirmatur hoc argumentum. Filius accipit à Patre omnia, præter esse Patrem, vt ex communi sententia Patrum tradit Eugenius IV. in Concilio Florentino in litteris vniuersis. Ergo accipit à Patre cognitionem contingentium. Sed hæc acceptio est proprietas personalis Verbi. Ergo Verbum per suā proprietatem personalem est acceptio cognitionis contingentium. Ergo est Verbum contingentium: quia illius obiecti est Verbum, cuius cognitionis est passiva communicatio.

39 Omnibus his respondet Suarez Verbum non accipere à Patre formaliter cognitionem, aut decretum contingentium; sed solum accipere radicaliter, quatenus accipit intellectum, & voluntatem: quibus acceptis Verbum, & Spiritus Sanctus simul, & indiuisibiliter cum Patre concipiunt decreta libera, & cognitionem contingentem habent, quin prius decretum, & cognitio sint in Patre, quam in reliquis personis.

40 Ceterum hoc falsum est: tum quia eadem ratione loquitur Eugenius IV. in Concilio Florentino de omnibus, quæ accipit Verbum. Perperam ergo de Scientia necessaria *acceptio* intelligitur *formaliter*, & de Scientia contingente solum radicaliter. Tum etiam: quia hæc interpretatio valde violenta est, minimeque conformis verbis Patrum supra relatis. Quod ita confirmo. In toto rigore Filius dicitur Verbum esse contingentium, & Pater dicitur loqui veritates cōtingentes, Filiusque audire. Ac Patrem communicare Filio intellectum in actu primo, & Filium illum accipere, non est propriè Patrem loqui contingentia, nec Filium ea audire. Ergo est contra mentem Patrum ea interpretatio Patris Suarez. Quod autem non metaphoricè, & radicaliter, sed propriè Pater loquatur ad Filium veritates contingentes, constabit, si attente legantur Patrum testimonia supra adducta.



## SECT. III.

*Soluuntur obiectiones aduersario-  
rum.*

41 **O**bjiciunt primo. Quod est omnino necessarium nō potest procedere per se ex cognitione contingente. Sed Verbum diuinum est omnino necessarium, utpote secunda Trinitatis persona, & cognitio contingentium Deo contingens est quoad denominationem, Ergo Verbum diuinum non potest per se procedere ex cognitione contingentium. Respondeo: Verbum diuinum, & esse Verbum necessarium per formalitatem omnino necessariam etiam quoad denominationem: & etiam esse Verbum contingentium per aliam formalitatem contingentem quoad denominationem, seu virtualiter defectibilem. Verbum igitur prout est Verbum omnino necessarium, seu Verbum necessarium, non procedit ex cognitione contingentium; sed solum Verbum prout est Verbum contingentium. Quod autem Verbum prout est contingens procedat ex cognitione contingente, in cōueniens non est.

42 Vade ad argumentum in forma distinguo minorē: Verbum est omnino necessarium; prout est Verbum necessarium; concedo; prout Verbum contingentium, nego minorem. Et distinguo similiter consequens: Ergo Verbum, prout Verbum necessarium non procedit per se ex cognitione contingentium, concedo; prout Verbum contingentium, nego consequentiam. Si in se est inde inferri Verbum diuinum esse defectibile, distingua est defectibile quoad entitatem, nego: quoad denominationem; concedo consequentiam: In quo eadem est difficultas, quae est in defectibilitate Scientiae, & volitionis contingentium.

43 Obijces secundo, & est praecipua huius conclusionis difficultas. Si Verbum procederet ex cognitione, & Spiritus Sanctus ex amore etiam contingentium, neque Verbum, neque  
Spij

Spiritus Sanctus libere decernerent obiecta contingētia. Ergo ut seruetur eorum libertas; dicendum est Verbum non procedere ex cognitione contingentium, neque Spiritum Sanctum ex contingentium amore. Antecedens probatur. Si Verbum procederet ex cognitione contingentium, & Spiritus Sanctus ex amore contingente, prius existeret decretum contingens, & Scientia cōtingens: (quæ est posterior decreto, vel saltem non prior) quam Verbum, & Spiritus Sanctus procedentes ex illis. Ergo antequam existerent Filius, & Spiritus Sanctus, iam esset decretum liberū. Ergo in eo non exercerent suam libertatem: nemo enim exercet suam libertatem per exercitium, quod antecedenter existit.

44. Confirmatur hic discursus. Iuxta nostram sententiā nihil habet Filius, quod non habeat formaliter communicatum à Patre, neque Spiritus Sanctus aliquid habet, quod non habeat communicatum à Patre, & Filio, tanquam ab unico principio Spiritali. Ergo decretum prius est in Patre, quam in Filio, & prius in Patre, & Filio, quam in Spiritu Sancto. Ergo antequam sit Filius decernens, est decretum in Patre, quod prius ita existens est necessitas inenitabilis à Filio; ut existat in Filio. Et idem argumentum fit de Spiritu Sancto. Imo etiam antequam sit in Patre, quia pro priori ad communicationem activam decreti existit decretum. Ergo existit decretum antequam sit in Patre.

45. Ut hanc difficultatem componat P. Quirós tractatū de Trinitate, disp. 38. sect. 7. asserit posse dici Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, secundum quod præcise supponunt cognitionem, & volitionem necessarias, indivisibiliter liberè concipere decretum contingens Antè Christi v.g. in divisibiliterque habere cognitionem eius existentiam; non dum tamen intelligi Filium & Spiritum Sanctum decernentes, & cognoscentes, nisi reflexè intelligatur quod permutuam quasi causalitatem cognitio producit Verbum, & amor Spiritum Sanctum, seu pondus amator in qua reflexa productione intellecta, iam Filius, & Spiritus Sanctus decernentes, & cognoscentes denominantur quia Filius, & Spiritus Sanctus non sunt capaces suscipiendi prædictas denominationes aliter, quam procedendo ex cognitione, & amore, quibus denominandi sunt.

46. Cum hac doctrina omnia videtur sibi prædictus author componeretur quod tota Trinitas in divisibiliter libera de-

cretum concipiat, & quasi producat; tum etiam quod Verbum, & Spiritus Sanctus procedant per se ex cognitione, & amore: tum denique quod Pater per Verbum procedens ex cognitione communicet ipsi Verbo cognitionem: & obeandem rationem Patris, & Filij communicent Spiritui Sancto formaliter amorem.

47 Non vacat hanc singularem cogitationem per otium refellere; breuiter tamen dico illam prorsus mihi displicere. Primo: quia admittit mutua[m] prioritatem in linea physica, seu qua[m] simutua[m] prioritatem: & sicut ex terminis videtur repugnans producens esse productum à suo termino: ita similiter eandem in impossibilitatem videtur involuere Verbum vere determinans decretum, procedere per se ex ipso decreto, quod physice determinat. Secundo, quia libertas, quam habent tres personæ nõ debet esse ad præcise habendum vt cuique, vel non habendum decretum; sed ad amandum, & non amandum: ad decernendum, & non decernendum. Si ergo libere proprie tota Trinitas se exercet, libere amat: ita vt terminus suæ libertatis sit amare, vel non amare in concreto; non vero amor, vel non amor præcise in abstracto: hac enim ratione esset imperfecta libertas. Tertio: quia videtur inutile quod Filius indigeat audire à Patre decretum, quod ipse Filius pro sua libertate concepit. Quarto efficacius quia ex hac cognitione, vel procedit Verbum secundum quod est Verbum necessarium, vel secundum aliam terminationem expressiuam contingentium, virtualiter distinctam ab expressione necessarium. Si dicatur primum, non tenet. Cũ enim virtualitates non admittat Quirõs in Verbo, etiam virtualitates admittere non debet in cognitione contingente. Vnde præter Verbum necessarium, & cognitionem necessariam, nihil restat, nisi obiectum creatum contingens. Ex hoc autem non capio qua ratione possit procedere Verbum necessarium: nec qua ratione hæc mutua prioritas prorsus commentitia non sit?

48 Si dicatur secundum; nempe ex hac cognitione procedere Verbum secundum illam terminationem contingentem expressiuam obiecti futuri; hæc non est mutua prioritas: quia Filius non concipit liberè decretum, tenente se ex parte libertatis Verbo ipsius futuri: hac enarratione libertas conuinceretur cum ipso decreto, & eius obiecto. Tandem quia, vt dixi, non indigeret Filius hoc secundo Verbo, vt veiret id ipsam, quod liberè determinauit. Omnis ergo hæc, & alij singularibus cogita-

tionibus, sic explico processionem Verbi ex cognitione contingentium, & processionem Spiritus Sancti ex eorundem contingentium amore.

49 Dico igitur cum pluribus ex antiquis, & recentioribus, diverso modo esse liberam Essentiam, & personas in ordine ad decernendum: Essentia enim formaliter est libera; Personae vero solum denominative ab Essentia. Itaque signum indifferentiae ad decernendum, & non decernendum mundum v. g. constituitur duntaxat per ipsam Essentiam, ut instructam cogitationibus allicientibus, & retrahentibus, ita ut nulla personalitas, aut secundum formalitatem necessariam, aut secundum contingentem, sereneat pro priori indifferentiae ad decernendum, & non decernendum mundum.

50 Et hoc praesupposito inferitur quod quamvis decretum praecedat prius in Patre, quam in Filio, & Spiritu Sancto: imò quamvis praecedat prius in Essentia, quam in Patre: non ideo tollit libertatem: quae est in tota Trinitate: quia cum tota Trinitas, ut Trinitas solum operetur libere denominative ab Essentia, & quod praecedat Essentia cum decreto, non tollat quod ipsa Essentia cum cogitationibus allicientibus, & retrahentibus, sit in una quaque persona: hinc fit non tolli quod qualibet persona operetur libere denominative ab Essentia: quia operari libere denominative ab Essentia nihil aliud est, quam in qualibet persona reperiri Essentiam, quae operetur libere formaliter, non vero requiritur Personalitatem aliquam ingredi signum libertatis.

51 Sed instabis primo. Filius v. g. non habet libertatem ad decretum in signo, in quo est Filius: quia ante hoc signum supponitur decretum in Patre cum necessitate, ut existat in Filio pro signo sequenti, & suppositio simpliciter necessario antecedeas tollit libertatem. Deinde Filius non habet libertatem in signo antecedente suam existentiam, ut ex terminis patet: nemo enim est liber antequam existat. Ergo Filius in nullo signo habet libertatem. Idem argumentum potest fieri respectu Spiritus Sancti: imò, ut supra diximus respectu Patris: quia ante quam existat Pater, existit decretum in Essentia cum necessitate existendi in Patre.

52 Respondeo distinguendo (ut supra distinximus) duplicem liber-

tatem in aliquo Individuo, nempe, formalem (quæ nimirum red-  
dat illud suppositum potens determinare formaliter extrema li-  
bertatis, & denominatiuam, quæ solum constituat illud supposi-  
tum liberum denominatiuè, seu habens id, quod est formalis po-  
restas ponendi illud extremum. Vt aliquod suppositum habeat  
libertatem formalem constituentem illud formaliter liberum, re-  
quiritur quod antecedenter ad hoc vt sit libertas in eo supposit-  
to, nihil supponatur necessitans: quia suppositio antecedens ad  
libertatem vt in aliquo supposito tollit indifferentiam supposi-  
tionis vt aliquod suppositum habeat libertatem constituen-  
tem illud solum denominatiuè liberum, requiritur dñtaxat quod  
habeat libertatem secundum omnia constitutiua libertatis, quæ  
datur aliquid in eo supposito antecedens simpliciter ad illam li-  
bertatem secundum se, neque ad aliquod eius exercitium deter-  
minatum: cumque in Filio v.g. nihil datur simpliciter antecedens  
ad Essentiam, & cogitationes allicientes, & retrahentes, neque  
ad exercitium huius potestatis: hinc fit, quod, quamvis precedat  
ad Filium, seu ad decretum vt in Filio aliquid necessitans ad  
ipsam decretum reduplicatiuè vt in Filio; nihilominus non de-  
ficiat Filio libertas denominatiua, quamvis illi deficiat libertas  
formalis Filij vt Filij.

53 Hinc ad argumentum in forma: nego primum ante-  
cedens: quia Filius in signo, in quo existit, habet libertatem: nam  
in illo signo habet Essentiam, & iudicium indifferentem; quamvis an-  
te hoc signum supponatur in Patre decretum cum necessitate vt  
exiat in Filio in sequenti signo. Deinde distinguo illam propo-  
sitionem, quæ in probationem adducitur: suppositio omnino an-  
tecedens ad actum, & carentiam actus secundum se, tollit libera-  
tem, concedo: suppositio antecedens simpliciter ad actum, & ca-  
rentiam actus reduplicatiuè vt in aliquo supposito, tollit libera-  
tatem sub distinguo, libertatem reddentem illud suppositum li-  
berum formaliter, concedo: libertatem reddentem illud supposi-  
tum præcise denominatiuè liberum: nego. Ratio est, quam tra-  
didimus: nimirum, quia esse suppositum liberum denominatiuè ni-  
hil aliud est, quam habere naturam formaliter liberam, quamvis  
ipsam suppositum reduplicatiuè vt tale, liberum, & indifferentem  
non sit.

54 Instatur secundo. Vt Filius velit libere denomina-  
tiuè, necesse est quod de illo possit verè affirmari simpliciter *velle*  
*libere*. Argui nequit simpliciter affirmari de Filio *velle libere*.

Ergo neque est liber denominatiue ab Essentia. Maior est certas quia de Fide est Verbum esse personam liberam, consequenter, que liberè volentem, & decernentem. Minor probatur. Vt Verbum liberè velle, debet impedire liberè earentiam talis volitionis, seu volitionem oppositam: hoc enim est libere velle. Sed Verbum non impedit voluntatem oppositam, Ergo neque liberè vult. Minor probatur. Si Verbum impediret nolitionem, eam impediret per volitionem vt existentem in ipso Verbo. Sed hoc modo non impedit, quia ante quam intelligatur volitio in Filio, intelligitur iam impedita nolitio: quando quidem intelligitur antecedenter in Patre volitio cum necessitate existendi in Filio. Ergo Filius non impedit nolitionem. Confirmatur. Per extremum A, vt supponens exclusum extremum B. non impeditur extremum B. Sed volitio vt existens in Filio supponit impeditam nolitionem. Ergo per volitionem, vt existentem in Filio non impeditur nolitio. Confirmatur secundo. Signum impediendi est signum, in quo intelligitur primario impeditio. Sed signum existendi volitionem in Filio, non est signum, in quo intelligitur primario impeditio. Ergo non est signum impediendi.

55 Respondeo: licet verum sit Filium propriè, & ab solutè liberè decernere; non omnino certum esse Filium eadem proprietate esse liberum ad volendum, qua vult, & decernit. Potest enim dici Filium, & idem est de reliquis personis, non solum denominatiue; verum, & formaliter velle, & decernere; non tamen formaliter esse liberam. Ratio est: quia *velle formaliter* non exigit vim determinatiuam, sed solum vim volitiuam, & quod volitio communicetur: si enim mihi à Deo infunderetur amor, formaliter vellem; necessario tamen, & non libere. Cum igitur apud aliquos non solum Essentia; verum, & totum suppositum: (imò, & Personalitas prout non includens naturam diuinam) formalissimè sit Intellectiuum, & volitiuum, ideo decretum Filio communicatum à Patre sufficere ad denominandum Filium formalissimè volentem, & decernentem; non vero ad illum denominandum formaliter liberum. Neque obstat dicere suppositum, iuxta hanc sententiam, formaliter velle; non necessario. Ergo libere. Ergo Filius in hoc casu non solum esset formaliter decernens; verum etiam esset formaliter liber in decernendo: quando quidem formaliter decerneret libere: & idem videtur esse formaliter decernere libere, ac formaliter

libere decernere, seu esse formaliter liberum in decernens  
do.

56. Hoc inquam non obstat: quia licet verum sit Filium  
*formaliter velle libere* ly *formaliter* non appellat supra singulos  
terminos huius concreti *velle libere*; sed duntaxat supra *velle*;  
ita vt sensus sit: Filius formaliter vult, & ita vult vt non velit ne-  
cessario; sed libere, præscindendo ab eo, quod libertas sit forma-  
lis, vel solum denominatiua respectu Filij: modo quo, supposito  
actum imperatum charitatis v.g. non esse immediate liberum,  
verum est Petrum per actum charitatis imperatum efficaciter  
ab actu Penitentia, vel alterius virtutis, immediate amare  
Deum libere, quia immediate amat per amorem, qui liber est me-  
diante ratione actus imperantis: qua propter ly *immediate* licet af-  
ficiens illud concretum *amat libere*, appellat nihilominus supra  
amorem; non tamen supra libertatem. Pari ergo ratione dicen-  
dum est in nostro casu.

57. Respondeo secundo: dato quod neque personalitas,  
neque persona sit formaliter intellectiua, aut volitiua, conceden-  
do absolute minorem primi syllogismi: videlicet necesse esse Fi-  
lium vere, & proprie libere velle, & hoc eadem proprietate, qua  
vult. Et negando minorem. At probationem concedo similiter  
maiolem, & nego minorem. Ad huius probationem cōcedo simi-  
liter maiolem, & nego minorem. Et denique ad probationem hu-  
ius minoris: respondeo hunc conceptum *esse volitionem in Filio* in  
voluere tum ipsam volitionem, vt determinatam formaliter ab  
Essentia, tum etiam communicationem passiuam, qua hæc voli-  
tio est in Filio communicata à Patre: qua propter volitio vt exis-  
tens in Filio non supponit adæquate volitionem; sed inadæqua-  
te: id est, non præcedit ad *esse volitionem in Filio* secundum quod  
prædictus conceptus dicit volitionem determinatam formaliter  
ab Essentia, sed secundum quod dicit communicationem à Pa-  
tre;

58. Hinc deducitur quod, licet intelligatur volitio im-  
pedita ante communicationem volitionis, non inde inferitur nõ  
impediri per ipsam vt existentem in Filio: quia cum vt ita existi-  
tens involuat ipsam libertatem formalem Essentia, seu ipsam for-  
malem impeditionem liberam: hinc fit ipsam volitionem, vt exis-  
tente in Filio impedire: quia hoc nihil aliud significat quam vo-  
litionem, vt impediendam libere formaliter volitionem includi  
in hoc conceptu *volitionem existere in Filio*,

59 Ad confirmationem respondeo ex eadem doctrina distinguendo maiorem. Per extremum A, et supponens ad a qua te exclusam extremum B, non excluditur extremum B, concedo: ut supponens in a d qua te, imbibendo ipsam exclusionem formaliter liberam, nego maiorem. Cum igitur existere volitionem in Filio non ad a qua te supponat volitionem; sed potius imbibat illam: hinc sic recte possit impediri nolitionem per volitionem vt communicatam Filio: quia ly vt solum significat volitionem formaliter liberam Essentia existere in Filio impediendo nolitionem.

60 Ad secundam confirmationem respondeo distinguendo maiorem. Signum impediendi, vt *quo est signum quo* primario intelligitur impeditio formalis concedo: signum impediendi; vt *quod* sub distinguo: signum duntaxat in quo intelligitur primario impeditio, nego: vel hoc signum, vel signum includens illud, concedo maiorem. Cum igitur signum Filij includat signum volitionis vt liberæ formaliter Essentia: hinc deducitur signum Filij esse signum illius personæ, quæ impedit nolitionem; licet non sit signum rationis formalis impediendi: quia personam impedire nolitionem libere, nihil aliud est, quam Personam habere Essentiam formaliter liberam ad impediendum.

61 Si autem interrogas in quo signo Filius impediatur libere nolitionem, respondebo neque impedire in signo duntaxat Essentia vt libere concipientis decretum, neque in signo ad a qua te virtualiter subsequenti: hoc est in signo filiationis; sed impedire in signo coalescenti ex utroque: quia impedit in signo Filij, & signum Filij, siue Filius inuoluit signum Essentia, & filiationis.

Replicabis. Dato casu, apud plures Theologos possibili, quod humanitas Christi Domini ornata gratia, antecederet natura ad vnionem cum Verbo operaretur libere, & honeste, Verbum diuinum assumens hanc naturam ita libere operantem, proprie loquendo neque mereretur per hæc opera, nec ea diceretur libere elicere. Ergo persona non operatur libere per opera antecederet libera sua natura. Ergo neque Filius in diuinis diceretur libere operari per decretum antecederet liberum formaliter Essentia.

62 Respondeo: negando antecedens; vere enim operatur libere Christus Dominus in illo casu, & vere, & realiter mereretur; licet illud meritum non constitueretur per Verbi personam. Equidẽ in re Verbum diuinum, seu persona Christi operatur illud opus: quia illud opus prodiret formaliter a natura illius



personæ in eò instanti reali, in quo illius personæ natura esset, quod sufficit ut persona operetur: quia personam operari, ut sepe dixi, nihil aliud est, quam continere naturam operantem. Ceterum illud opus non dignificaretur à persona Verbi, casu quo unio hypostatica detur in præmium illius operis: quia præmium (ut constabit ex tractatu de Merito), non dignificat opus, cuius præmium est. Si vero unio hypostatica detur pro posteriori naturæ ad opus elicited formaliter ab humanitate; non tamè detur in præmium, iuxta aliquos dignificabit opus, alijs vero probabilius est formam dignificantem opus, non solum debere non conferri in præmium, verum neque posse esse in signo posteriori ad opus, cuius dignificatio est. Verum de hoc alibi.

63 Sed dices. Eo ipso quod hoc opus elicited, & determinatum formaliter ab humanitate sit etiam proprie loquendo opus liberum personæ divinæ non posse non à persona divina sumere aliquam æstimabilitatem. Ergo opus ab humanitate elicited, et determinatum pro priori ad unionem vel non est, proprie loquendo, opus personæ divinæ, vel dignificatur à persona divina. Antecedens probatur. Opera Christi non dignificatur à persona divina, quia personalitas, vel unio, vel Essentia aliquem influxum præstent illis operibus; sed præcise quatenus ex terminis constat obsequium præstitum à persona digniori plus placere, quam obsequium exhibitum à persona minus digna. Ergo id solum requiritur, ut persona dignificet opus, quod præcise sufficit, ut persona dicatur operari per illud opus. Ergo eo ipso quod opus elicited, & determinatum formaliter ab humanitate, sit, proprie loquendo, opus personæ divinæ, non potest non à persona divina sumere aliquam æstimabilitatem.

64 Respondeo absolute loquendo falsum esse primum antecedens. Ad probationem fateor ad dignificandum opus non requiri aliquem influxum in opus. Ceterum non sufficit quoque modo illud opus esse personæ divinæ, si persona divina intelligatur pro posteriori ad opus: quia id, quod intelligitur duntaxat pro posteriori ad obsequium, non potest refundere æstimabilitatem in obsequium: id enim, quod omnino post actionem obsequiosam existit, iam supponit totum id, quod in actione placere valet, quia actio, quæ va libera placet, solum placet secundum ea, quæ in ipsa intelliguntur, vel eam comitantur. Quod vero postea advenit, in linea morali perinde se habet, ac si omnino non adveniret. Hoc præsertim

Verum est in eo, quod ut præmium aduenit operi: præmium enim in ratione præmij habet satisfacere iuri meriti. De ratione autem satisfactionis est non constituere novum iustitiam, qui vel abiret in infinitum, vel daretur aliquod meritum, quod necessario absque præmio remaneret. Verum de his omnibus magis ex professo tractatu de Merito agendum est.

SECT. IV.

*Perficitur solutio argumentorum.*

65 **O**bjicies tertio. Si Verbum, & Spiritus Sanctus procederent ex cognitione, & amore futurorum, prius natura existeret Spiritus Sanctus, prout est amor, per modum termini, futurorum, quam Verbum prout est futurorum expressio, vel saltem non posterius. At hoc est falsum. Ergo Verbum, & Spiritus Sanctus non procedunt ex cognitione, & amore futurorum. Consequentia est legitima, & minor certa quia nihil datur in Spiritu Sancto, quod prius natura non datur in Patre, & Filio, ut in principio, à quo debet communicari Spiritui Sancto. Ergo pro priori ad communicationem amoris Spiritui Sancto (in qua communicatione consistit esse pondus à amatorum respectu creaturarum) iam hic amor præ exitit communicatus Filio: in qua communicatione, quæ simul virtualiter est communicatio intellectio- nis, consistit Verbum prout futurorum expressivum. Ergo Spiritus Sanctus prout est pondus amatorum in futura, necessario debet esse posterior Verbo prout est futurorum expressio.

66 Maior vero, nempe quod si Verbum, & Spiritus Sanctus procedent ex cognitione, & amore futurorum, Spiritus Sanctus secundum formalem rationem non esset posterior Verbo, probatur. Illum naturæ ordinem debent servare inter se Verbum, & Spiritus Sanctus procedentes ex cognitione, & amore, quem inter se servant cognitio, & amor à quibus procedunt. Sed amor futurorum prior est cognitione eorum, vel sal-

tem non posterior, cum ex ea cognoscat Deus futura, quod eam decernit; non autem e contra. Ergo non potest Spiritus Sanctus procedens ab amore esse posterior Verbo procedente à cognitione eorundem futurorum. Maior, in qua poterat esse difficultas, probatur. Cognitionis ac amoris divinus illico ac existunt determinant Verbum, & Spiritum Sanctum. Ergo si amor existit prius, quam cognitio, vel saltem non posterius; prius, vel saltem non posterius, existet Spiritus Sanctus quam Verbum.

67 Respondet falsum esse Verbum, & Spiritum Sanctum servare eundem signorum ordinem inter se, quem servant cognitio, & amor, ex quibus procedunt: licet enim prius natura sit amor, quam cognitio futurorum (quod admittit) non tamen prius est Spiritus Sanctus ex illo procedens, quam Verbum procedens ex cognitione. Ratio huius est: quia Pater communicat Verbo per eandem virtualiter communicationem decretum, & cognitionem: & postea Pater, & Filius per eandem etiam communicationem communicant Spiritui Sancto amorem, & cognitionem: ex quo fit non in signo immediato ad signum decreti esse Spiritum Sanctum ex illo procedentem; sed post signum decreti, & signum secundum cognitionis, esse tertium signum, in quo cognitio, & amor sunt in Parte, & quartum, in quo est in Filio, & quintum, in quo communicatur Spiritui Sancto.

68. Obijcies quarto. Ex hac doctrina inferitur Verbum, & idem est de Spiritu Sancto, frustratim, & non simul produci, quod ex terminis videtur in conveniens. Assumptum probo. Verbum necessarium procedit ex cognitione necessaria; Verbum autem, qua parte est contingens, procedit ex cognitione contingenti. Sed prior est cognitio necessaria, quam contingens: & ex alia parte cognitio necessaria, ut determinet existentiam Verbi necessarii, non expectat cognitionem contingentem. Ergo prius producit Verbum necessarium, quam contingens. Ergo frustratim, & per partes. Et idem ob eandem rationem dicendum est de Spiritu Sancto.

69 Respondeo: Verbum in vno sensu posse dici produci frustratim, & quasi per partes: nempe quatenus per diversis signis producit Verbum prout necessarium, & Verbum prout contingens. Non tamen potest dici, quatenus

Significetur aliquis ordo, seu prioritas nature inter unam formalitatem, & aliam, vel, ut ita dicam, inter unum, & alterum Verbum. Illa prima pars est certa iuxta dicta: quia signum necessariorum, & signum contingentium virtualiter distinguuntur; quia propter Verbum necessariorum, utpote etiam necessarium, distinguendum debet à Verbo contingentium: siquidem contingentium Verbum etiam contingens est.

70 Secunda vero pars, nempe non dari prioritatem inter Verbum prout necessarium, & Verbum prout contingens probatur: quia Verbum necessariorum nullo modo se tenet pro priori respectu decreti contingentium, cum decreta contingentia ab Essentia duntaxat formaliter determinantur. Falsum in super est illico immediate ac intelligitur cognitio necessaria intelligi Verbum: siquidem pro alio signo virtualiter distincto intelligitur hæc cognitio in Patre, & denique in Filio communicata à Patre. Et licet daremus in signo immediato intelligi Verbum, non inde inferretur Verbum præcedere ad alia signa remotiora respectu cognitionis necessaria: quia Verbum non constituit ordinem cum illis signis: quia propter licet cognitio necessaria sit prior decreto contingentium, & decretum præcedat scientiam visionis, scientiaque visionis antecedit Verbum contingentium, non ideo Verbum necessarium præcedit Verbum contingens, quamvis sit in signo immediato ad scientiam necessariam: quia ut præcedat ad Verbum contingens non sufficit minus distare à cognitione necessaria, sed ulterius requiritur Verbum contingens aliquo modo originem ducere formaliter proxime vel remotè à Verbo necessario: quod quidem non reperitur in nostro casu.

71 Deinde quod Verbum producat frustatim, & per diversa signa, inconveniens non est: sicut inconveniens non est consistere formalitatibus virtualiter distinctis.

72 Obijcies quinte. Nequit Verbum divinum procedere ex scientia visionis meritorum Christi Domini. Ergo non procedit ex scientia omnium futurorum. Antecedens probò. Si Verbum divinum procederet ex scientia visionis meritorum Christi Domini, merita Christi Domini procederent saltem remote ex scientia visionis eorum. Non possunt ita procedere. Ergo neque Verbum ex scientia visionis. Consequentia est bona, & maior certat: quia quod procedit ad Verbum, procedit ad Christum Dominum utpote divinum Verbum. Sed Christus Dominus ad sua merita procedit. Ergo scientia visionis meritorum procedet

rer remoté ad ipsa merita. Quod autem hoc sit impossibile ( quærat minor propositio ) sic probatur.

73 Primo quia scientia visionis meritorum connectitur cum ipsis meritis essentialiter, & metaphysicè. At nequit præcedere ad merita quidquam essentialiter connexum cum ipsis. Ergo scientia visionis nequit præcedere ad illam. Minor probatur. Quod antecedit ad aliquod extremum, & connectitur essentialiter cum illo, tollit illius libertatem: est enim necessitas antecedens. Cum ergo merita habeant essentialiter esse libera, scientia visionis antecedens ad ea, & connexa essentialiter cum eis, eorum naturæ repugnans erit.

74 Secundo iuxta nostra principia difficilins. Verbum procedens ex scientia visionis meritorum est essentialiter Verbum meritorum: cumque sic Verbum essentialiter verum, essentialiter etiam connectetur cum illis. Ergo Christus Dominus, qui est Verbum Dei, essentialiter connectetur cum suis meritis. Sed implicat aliquod agens indifferens, & liberum ad extremum, cum quo connectitur essentialiter. Ergo Christus Dominus non operatur libere sua merita.

75 Respondeo Verbum diuinum, & posse considerari, vt sepe dixi, secundum quod est Verbum necessarium, & secundum quod est Verbum contingentium. Præterea: secundum quod est Verbum contingentium potest similiter considerari, secundum quod est Verbum eorum obiectorum, quorum cognitio in Christo Domino se habet pro signo libertatis, & etiam secundum quod est Verbum aliorum obiectorum contingentium, quorum cognitio libertatem non ingreditur. Igitur nostra conclusio de processione Verbi ex cognitione contingentium, non loquitur, vt sepe dictum est, de Verbo prout Verbum necessarium, sed solum prout est Verbum obiectorum contingentium: imò Verbum prout est Verbum contingentium non in diuisibiliter procedit ex cognitione omnium futurorum; sed eo ipso ordine, quo ipsa obiecta futura decernuntur, quia eo ipso modo, & ordine cognoscuntur: qui cognitionis ordo seruatur in Verbi contingentium processione.

76 Ex his colligitur scientiam visionis meritorum non præcedere ad merita: quia neque præcedit prædicta scientia ad Verbum, prout est Verbum necessarium, neque ad Verbum eorum obiectorum, quorum cognitio existit in signo libertatis Christi Domini ad opera meritoria. Solum ergo præcedit scientia me-

meritorum Christi Domini ad Verbum Diuinum, prout est Verbum eorum meritorum.

77 Vnde ad argumentum positum num. 71. & 72. distinguo antecedens. Nequit Verbum Diuinum prout est præcisè Verbum meritorum Christi Domini, procedere ex Scientia Visionis ipsorum meritorum, nego: prout est Verbum aliorum obiectorum, vel quæ necessaria sunt, vel quorum cognitio se tenet in signo libertatis Christi Domini ad merendum, concedo antecedens, & nego consequentiam iuxta sensum huius distinctionis. Ad probationem illius antecedentis, nego maiorem: nempe quod merita procedere debeant iuxta nostram sententiam remotè ex Scientia Visionis. Ad probationem huius maioris, distinguo maiorem. Quod præcedit ad Verbum, præcedit ad Christum Dominum: ea ratione, qua præcedit ad Verbum, concedo: alia, nego maiorem: & distinguo minorem. Sed Christus Dominus præcedit ad sua merita: secundum quod Christus Dominus est Verbum obiectorum illorum, quorum cognitio in Christo Domino se tenet in signo libertatis eius ad merita, concedo: secundum quod est Verbum ipsorum meritorum, nego minorem.

78 Non me latec inconveniens non esse; aut libertati Christi oppositum, quod præcedat remotè ad merita aliquid connexionum cum illis, dummodo hoc connexionum, & antecedens remotè, consequens etiam sit ipsa merita, & per carentiam meritorum impedibiles: sicuti prædefinitio efficax consensus, & in mea sententia decretum collatum auxiliorum efficacium. Cæterum quamvis hæc doctrina vera sit, ad nostrum casum opus non est: non enim scientia visionis meritorum præcedit villo modo ad Verbum Diuinum, prout in Christo Domino præcedit ad merita.

79 Ad secundum argumentum, quod num. 73. continetur, respondeo eadem ratione, concedendo totum primum syllogismum, cuius conclusio est Verbum Diuinum procedens ex scientia meritorum connecti essentialiter cum existentia eorum meritorum. Deinde distinguo consequens immediatum. Ergo Christus Dominus prout est Verbum suorum meritorum connectitur cum meritis, concedo: prout est Verbum obiectorum, quorum cognitio se tenet antecedenter ad merita, seu in signo libertatis meritorum, nego consequentiam. Deinde distinguo minorem. Implicat aliquod agens esse indifferens ad extrema, cum quibus essentialiter connectitur connectione existente in signo antecedenti.

te ad merita, cōcedo: connexione omnino ad merita consequen-  
te, nego minorem: & deinde nego consequentiam.

80 Obijcies sexto instando superius argumentum. Chri-  
stus Dominus pro signo antecedenti ad opera meritoria dicit  
vniōnem hypostaticam modo existentem. Sed si Verbum adhuc  
prout est Verbum contingentium, procederet ex cognitione cō-  
tingentium; v.g. ex cognitione operis A, vniō hypostatica tolle-  
ret libertatem ad opus A, & ad quodlibet aliud opus Christo Do-  
mino contingens. Ergo Verbum non procedit ex cognitione cō-  
tingentium. Consequentia est bona, & maior certa: quia pro sig-  
no immediatē antecedente ad opera Christi D. intelligitur natu-  
ra humana vnita Verbo: quando quidem vniō hypostatica deteg-  
minat Christum ad benē operandum, licet non ad hoc opus deteg-  
minatē. Deinde pro signo immediatē antecedente ad operandū  
cognoscit Christus se esse Christum, & ratione beneficij vniōnis  
hypostaticę teneri ad benē operandum. Ergo pro signo antece-  
dente ad opus bonum se tenet in Christo Domino vniō hyposta-  
tica, vel saltem aliquid connexum cum illa, quod perinde est ad  
nostrum argumentum, vt constabit ex sequentibus.

81 Iam vero minor, nempe quod si Verbum procedat  
ex cognitione contingentium, vniō tollit libertatem, sic proba-  
tur. Vniō hypostatica connectitur cum operibus liberis Christi.  
Sed quod connectitur cum vno extremo, & immediatē antecedit  
illud, tollit potestatem ad oppositum. Ergo vniō tollit libertatē  
ad opus bonum, quæ stare non potest absque potestate ad opposi-  
tum. Maior, in qua est difficultas, probatur. Humanitas Christi  
est vnita hypostaticē ad Verbum completē sumptū. Ergo vniō  
hypostatica est vniō humanitatis ad Verbum, etiā prout est Ver-  
bum contingentium. Ergo connectitur cum Verbo, vt Verbo cō-  
tingentium. Ergo cum veritate contingente, cuius Verbum est.  
Ex quo etiā deducitur Christum Dominum non potuisse post  
Incarnationem in sensu composito huius vniōnis, quam defecto  
habet, elicere amorem, & carentiam amoris.

82 Nonnulli respondent non dicere vniōnem hypostati-  
cā inter humanitatem, & Verbum completē sumptū; sed so-  
lum inter humanitatem, & Verbum prout necessarium, vel ad sū-  
mum vt Verbum eorum, quæ non sunt posteriora naturā ad myste-  
riū Incarnationis, & ideo vniōnem hypostaticā nullatenus cō-  
necti cum operibus liberis Christi Domini.

83 Hęc solutio mihi displicet: quia tota persona Verbi  
vni;

vnita est humanitari, nec aliud intelligimus nominæ Verbi Diuini, quam quod carnem assumpsit. Deinde, quia sicut adueniente noua cognitione, iam Verbum est Verbum illius obiecti, ita ut eandem personam constituat: & ex alio capite conueniet nobis secundam Personam Trinitatis vnitam esse: non est cur dicamus Personam Verbi inadæquatè duntaxat esse vnitam, nec incommode caret, quod Christus Dominus secundum extrema immediatè virtualiter terminantia vnionem hypostaticam nõ sit adæquatè Verbum prout est à parte rei.

84 Ideo censeo vnionem hypostaticam se ipsa esse adæquatè vnionem humanitatis cum Verbo Diuino, prout est Verbum necessarium; ipsam vero vnionem esse vnionem cum Verbo vt contingente, pro casu ipsius Verbi vt contingentis: quod ita intelligendum est, vt semper vnio hypostatica prout adæquatè distincta ab humanitate, & Verbo Diuino, sit quæ vnit humanitatem cum Verbo Diuino, at tamen non se ipsa adæquatè prestare talem effectum, sed indigere existentia formalitatis Verbi contingentis, quæ posita, iam vnio reddit vnita ea extrema: semper tamen faciendum est hoc, quod est vniri de facto, & quoad denominationem prædicta extrema, aliquid aliud involuere præter vnionem, nempe Verbum prout existens.

85 Hac doctrina cessat difficultas supra posita: quia vnio hac ratione considerata non est se ipsa connexa cum Verbo vt contingente: quia non se ipsa duntaxat habet absolutè vniri: sed tantam quasi conditionatè pro casu existentie Verbi: & consequenter quamvis ipsa secundum se seteneat pro priori immediato ad opera Christi; nihil tamen est in illo priori connexum cum ipsis operibus, aut libertatem eorundem actuum evertens: siquidem in sensu composito talis vnionis poterit Christus operari, & non operari quandoquidem vnio secundum se coniungibilis est cum vtroque contradictionis extremo.

86 Obijcies septimo. Ex illis verbis, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram* Gen. 1. vers. 26. constat Patrem loqui ad Filium, & Spiritum Sanctum, quod adeo verum est, vt Concilium Sirmiense apud D. Hilariam lib. de Synodus dicat anathema ijs, qui aliter hunc locum explicant. Hoc igitur supposito, sic efformatur argumentum. Dū Pater intelligitur loquens ad Filium, & Spiritum S. consulens de creatione hominis, iam intelligitur existens tota Trinitas: siquidè intelligitur Pater loquens, & etiã intelligitur Filius, & Spiritus S. quibus loquitur:   
quan,



quando quidem nemo loquitur, nisi ad personas existentes. Ex hoc autem inferitur totam Trinitatem constitutam in esse talis precedere realiter ad decretum contingens. Primo, quia hæc loquutio Patris ad reliquas personas precedit ad decretum: consultatio enim precedit determinationem. Cum igitur hæc consultatio in ratione consultationis potentis mouere, debeat esse proposta à Patre, & audita à reliquis personis: ideo hæc consultatio, ut potens mouere dicit totam Trinitatem. Secundo: quia consultatio ideo fit inter aliquas personas, ut illæ concipiant liberè, & formaliter determinent voluntatem efficacem exequendi id, de quo est consultatio. Ergo ut hæc consultatio præuens, & nõ inepita sit, tota Trinitas debet non solum denominatiuè; verum, & formaliter, concipere decretum de creatione hominis. Tertio: quia licet verba *Faciamus* non significant consultationem; sed decretum; nihilominus hoc decretum significatum per hæc verba *Faciamus* est decretum, ex proprio modo tendendi significans iam existentes personas: voluntas enim decernens non ut eumque obiectum; sed designando personam decernentem, ex proprio modo tendendi significat eam personam iam existere. Ergo hoc decretum *Faciamus* quod quidem decretum suo modo tendendi designat Patrem, ut manifestantem suam voluntatem Filio, & Spiritui Sancto, ex proprio etiam modo tendendi significat iam existens totam Trinitatem, vel saltem Patrem volentem, quod à tota Trinitate formetur homo.

87 Ut respondeam, dico hæc verba *Faciamus*, &c. non significare consultationem aliquam, qua Pater à reliquis personis querat rationes aliquas, aut congruentias, quibus ad condendum hominem inducatur: hoc enim alienum est, tum ab infinita Patris sapientia, tum à summa conformitate in volendo, & intelligendo. Significant ergo illa verba non consultationem; sed *consilium* diuinum: hoc est voluntatem Dei efficacem creandi hominem. Hæc igitur voluntas formaliter determinata ab Essentia, est voluntas, qua qualibet persona vult creare hominem simul cum alijs: quapropter qualibet ex tribus personis tendit in creationem hominis hoc ipso modo tendendi *Faciamus*. Attamen hæc voluntas prius est in Patre; licet non ab ipso ut tali formaliter determinata. Deinde à Patre communicatur Filio. Et denique à Patre, & Filio communicatur Spiritui Sancto. Cum igitur PP. aiunt per illa verba *Faciamus* Patre loqui ad reliquas personas: non ita intelligendum est, ut solus Pater habeat voluntatem res-

pondentem illis terminis *Faciamus*, sed ita ut licet omnes personæ eandem habeant Voluntatem efficacem, & omnes voluntate afficiantur respondente his terminis *Faciamus*; solus nihilominus Pater id loquatur: quia solus Pater per loquutionem communicat hanc voluntatem Filio: & rursus Pater, & Verbum per spirationem communicant Spiritui Sancto: & Verbum per spirationem quando Pater duntaxat loquitur Filio; & ideo propriissime loquitur Spiritui Sancto loquatur, quatenus omnis voluntas, quæ est in Patre, est voluntas, qua Pater vult (quod quidam exequitur) hanc ipsam voluntatem esse per Verbum in Spiritu Sancto.

88 Hinc iam ad argumentum: respondeo: concedendo Patrem dicere ad Filium, & Spiritum Sanctum *Faciamus*, & c. nego tamen id esse per modum consultationis; sed per modum voluntatis omnino efficacis de creatione hominis exequenda à tota Trinitate. Hinc nego totam intelligi Trinitatem, quando intelligitur ly *Faciamus*: quia neque intelligitur Trinitas, quando intelligitur voluntas efficax, cum hæc voluntas non determinetur formaliter à Trinitate: neque intelligitur tota Trinitas cum intelligitur Pater loquens, & dicens *Faciamus*: Pater enim loquitur ad personas existentes realiter per totam æternitatem; non tamen existentes pro signo originis, pro quo Pater intelligitur loquens: loquitur enim Pater ad personas existentes in alijs signis: quin opus sit intelligi existentes in signo, in quo Pater intelligitur loquens.

89 Hæc intellecta doctrina, cessat vis argumenti, quæ eo tendebat, ut convinceret Trinitatem præsupponi ad hoc decretum. Cum igitur ly *Faciamus* non sit per modum consultationis, non vrgent prima, & secunda ratio, quæ huic nitentur consultationi. Deinde neque vrget tertia ratio: quia decretum designans personam decernentem, non habet ex modo tendendi, quod persona decernens existat in signo, in quo existit decretum: sufficit enim existere in alio: sicuti verba consecrationis significant præsentiam corporis Christi in hostia: & nihilominus non existit ea præsentia, nisi pro posteriori ad verba, vi quorum ea ponitur præsentia. Similiter, quamvis tota Trinitas, siue ætèrue, siue æternitatis, tendat hoc modo. Nos Pater, Verbum, & Spiritus S. id decernimus, seu Nos Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus sumus Trinitas, necesse non est quod pro omni signo, pro quo datur prædicta tendentia, detur Trinitas: sufficit enim quod detur pro posteriori nature. Vide dicta q. 2. sect. 6.

## SECT. V.

*Quid peculiare circa processionem Spiritus Sancti?*

90 **H**ic examinandum est: an concessio Verbum, secundum quod est Verbum necessarium, non procedere virtualiter ex cognitione contingentium, dicens: dum sit oppositum de Spiritu Sancto? Ratio dubitandi est, quia in sententia probabilissima Deus non est necessitatus ad amorem sui in individuo: quomobrem in hac sententia per eundem virtualiter amorem Deus se amat, & decernit creaturas contingentes, quarum decretum aliud decretum non supponit. Iuxta hanc igitur sententiam videtur dici debere Verbum Trinitatis procedere per se ex amore eorum contingentium, quæ per actum, quo se amat, decernit Deus, consequenterque Verbum, adhuc secundum quod est Verbum Trinitatis, procedere per se ex amore contingentium: quandoquidem amor Dei, & amor contingentium illorum idem penitus virtualiter sunt.

91 Hanc rationi dubitandi breuissimè respondeo: Primo: falsam mihi esse sententiam asserentem Deum non necessitari ad suum amorem in individuo propter rationes, quas expendi tractatu de Voluntate. Secundo: dato Deum per indivisibilem amorem se amare, & mundum cum pluribus creaturis decernere, adhuc non salvari Spiritum Sanctum, prout est amor obiectivus necessarium procedere ex amore omnium contingentium: quia plura sunt decreta, quæ à Deo concipiuntur supponentia decretum de existentia mundi, consequenterque decretum de existentia mundi separabile erit à decreto alio v.g. premiandi opera Dei Petri ex quo inferitur nequaquam per simplex virtualiter decretum Deum omnia contingentia decernere: licet per unum amorem se amet, & aliquas creaturas contingentes decernat. Cessat ergo ratio adstruendi Spiritum Sanctum secundum quod est amor necessarium procedere ex amore omnium contingentium.

92 **V**igetur hoc argumento, quod supra confestimur  
Chri:

Christus Dominus cognoscendo totam Trinitatem prout de se  
 & est, potest libere elicere amorem A. In hoc casu libertas Christi  
 ad Dominum ad amorem A, & eius carentiam constituitur per cog-  
 nitionem connexam cum Spiritu Sancto prout est amor obiecti-  
 uus totius Trinitatis. Ergo tam hæc cognitio, quam eius obiecti-  
 tum separari possunt ab amore A. Ergo Spiritus Sanctus prout  
 est amor obiectiuus Trinitatis non procedit per se ex amore A: si-  
 quidem ab eo naturalissimè separari potest.

93 Tertio displicet hæc cogitatio propter rationem  
 quam hac quæstione sect. 5. supra insinuaui: videlicet quia ex a-  
 more tum Dei, tum contingentium, vel procederet simplex virtua-  
 liter pondus amatorium in Deum, & creaturas, vel duplex virtua-  
 liter. Nentrum potest dici. Ergo non potest dici esse simplex pō-  
 dussnam cum decretum contingens plurium obiectorum diriga-  
 tur ex Scientia Media operationis humanæ, eadem potestate, qua  
 posset creatura impedire suam operationem conditionatè præ-  
 uisam, posset similiter impedire Scientiam Mediam, & decretum  
 ex illa directum; & consequenter Spiritum Sanctum, qui modo  
 est, siue pondus amatorium, quod modo datur; non solum secund-  
 dum quod est amor personalis contingentium; verum etiam secund-  
 quod personalis amor est Essentiæ diuinæ: determinatæque ut es-  
 set alius amor personalis virtualiter distinctus: quod mihi semper  
 difficillimum reputabitur.

94 Neque potest dici esse duplex virtualiter: ex quibus  
 pondus in Deum in impedibile sit, adhuc impedito amore, ex  
 quo procedit, quia procederet ex alio. Hoc enim est manifestè  
 fateri hoc pondus in Deum, quod de facto datur, non procedere  
 per se ex amore illorum contingentium: siquidem idem vir-  
 tualiter pondus potest existere absque eo quod proce-  
 dat ex tali contingentium amore: deficientes  
 nimirum prædicto amo-  
 re.



## QVÆST. XIV.]

De tertia Trinitatis Persona, quæ est Spiritus Sanctus.]

**F**ere omnia, quæ ad Spiritum Sanctum spectant, dicta sunt in præcedentibus occasione Patris, & Filij, & dum de Processionibus, Relationibus, & Distinctionibus, disputauimus. Nihilominus aliqua super sunt, quæ in hac questione breuissimè examinanda sunt.

## SECTIO VNICA.]

Nonnulla expediuntur, quæ restant circa Spiritum Sanctum.]

**H**oc nomen *Spiritus Sanctus* dupliciter accipi potest. Primo, pro Spiritu prout corpori opponitur: & hac ratione quælibet Persona Spiritus Sanctus est; cū quælibet Trinitatis persona, & perfectissimè immaterialis, & summè infinitèque Sancta sit. Secundo accipitur pro *Spirato*: & hac ratione sola tertia Trinitatis persona est Spiritus Sanctus: quando quidem illa sola spiratur: modo quo supra explicuimus.

2 Spiritus Sanctus à Patre, Filioque procedit vt terminus amoris diuini: ideoque præter nomen *Spiritus Sanctus*, duo alia sortitur nomina: videlicet *Amor*, & *Donū*. Dicitur *Amor*, nõ quia Amor formaliter sit, siuè quia sit Amor per modū formæ, seu quasi formæ. Sed quia est terminus amoris, siuè amor per modū termini. Vnde quando frequenter dicitur *Pater, & Filius diligunt se Spiritu Sancto* non intelligendum est Patrem, & Filium diligere se Spiritu Sancto tanquam per dilectionem formalem, sed tanquam per terminum amoris. Præterea dicitur Spiritus Sanctus

*Donum*: quia cum Spiritus Sanctus sit terminus amoris, & Donū sit quasi amoris partus: ideo Spiritus Sanctus Donum appellatur, quia est primum, quod ab amore dimanat.

3 In Spiritu Sancto duo inveniuntur virtualiter distincta; plura vero, quæ ex nostro præcisè modo concipiendi distinguuntur. Essentia, & Spiratio passiuā distinguuntur virtualiter, & Spiritum Sanctum constituunt. Verum Spiratio passiuā in plures formalites per nostrum intellectum, solum formaliter præscindente, dissecat. Nam *spiratio passiuā*, prout constituit certam Trinitatis Personam incommunicabilem alteri Personæ, est *subsistentia*, & *Personalitas*: & prout constituit eam in esse indiuidui singularis, est *singularitas*. Deinde prout distinguit Spiritum Sanctum à reliquis Personis, est *distinctio*: & prout refert Spiritum Sanctum ad Patrem, & Filium, est *Relatio*. Et prout constituit tertiam Trinitatis personam productam à Patre, & Filio per voluntatem, est *Spiratio passiuā* & *Processio* per voluntatem. Denique quod Spiritus Sanctus sit Ingenerabilis, & Improductius alterius personæ, fundatur etiam in ipsa spiratione passiuā: qua propter, habet etiam esse Ingenerabilitatem passiuā, & Improductibilitatem actiuā. Idcirco omnia hæc, nempe. *Subsistentia*, *Personalitas*, *Singularitas*, *Distinctio*, *Relatio*, *Processio per voluntatem*, *Spiratio passiuā* *Ingenerabilitas passiuā*, & *Improductibilitas actiuā*, idem omnino virtualiter sunt: solumque, ad summum, nostro concipiendi modo distincta. Videantur quæ diximus quæstione 10. dum de Patre Æterno disserimus. Exinde enim quid hic dicendum sit, haud difficilè colligi potest.

4 Hic solet dubitari: an Spiritus Sanctus procedat liberè, vel necessario. Scotus cum suis processione Spiritus Sancti liberam esse defendit. Cæteri fermè omnes negant. Cæterum dissidium est de puro nomine. Hoc enim nomen *liberum*, [siue *libertas*] dupliciter accipitur, & pro libertate à coactione, & pro libertate à necessitate: quæ libertas eadem est contingentia. Primo modo liberi sunt omnes actus necessarii diuinæ voluntatis: quia sunt voluntarij, & minimè coacti. Secundo modo sunt liberi nostri actus meritorij, & actus diuini contingentes (intellige quoad denominationem) v.g. decretum mundi: quia sunt non solum voluntarij, verum etiam provenientes à potentia indifferenti ad vtrumque, & neutiquam ad vnum extremum antecedenter determinata.

5 Dico ergo primo. Spiritus Sanctus non procedit li-

bere libertate à necessitate, seu libertate indifferenti: Est certa conclusio: siquidem in Deo necessitas est ad existentiam Spiritus Sancti: ita ut Deus non possit pro sub dominio aut libertate facere quod Spiritus Sanctus non sit: & hoc solum intendunt qui processioni Spiritus Sancti negant libertatem.

6 Dico secundo. Spiritus Sanctus procedit liberè à libertate voluntarietatis, siuè libertate à coactione. Est etiam certa hæc conclusio: quia Pater, & Filius per voluntatem minimè coactam Spiritum Sanctum producant. Ergo, & voluntariè, & absque coactione. Ergo Pater, & Filius ut liberi à coactione producant Spiritum Sanctum. Hic adverto hoc nomen *libertas* iam ferè semper pro libertate indifferenti duntaxat usurpatur: præsertim cum de nostris operibus meritorijs, & demeritorijs agitur: tum adversus Calvinistas libertatem negantes, tum adversus Michaelæm Baïum, & Ianlenistas solum libertatem à coactione concedentes.

7 Aliæ quæstiones solent hic exagitari. Nam dum de Spiritu Sancto instituitur controversia, quæritur: an si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, distingueretur ab alio? De hoc egimus ex professo quæst. 7. sect. 4. & 5. Quæritur etiam an Spiritus Sanctus, ita procedat per voluntatem, ut vere, & realiter non procedat per intellectum: & quæ ratione id verum sit absque interventu distinctionis virtualis inter intellectum, & voluntatem divinam? De hoc egimus tract. de Volunt. quæst. 2. sect. 5. Quæritur etiam: ex cuius obiecti amore procedat Spiritus Sanctus? Verum de hoc latissimè differuimus quæst. 13. dum de processione


Verbi tractavimus: ubi etiam quid peculiare posset differi de

processione Spiritus Sancti explicuimus. Quamobrem

nihil restat circa Spiritum Sanctum, quod

ulteriori examine dignum

sit.



## QVÆST. XV.

De comparatione personarum inter se.

**A**D huius tractatus absolutionem restant hæc quatuor  
discutienda: nempe: *Similitudo*, *Æqualitas*, *Circum*  
*infectio*, & *Misio* personarum. De omnibus his breui  
agemus.

## SECT. I.

De Similitudine, Æqualitate, &amp; Circum infectio personarum.

**S**imilitudo, & potest accipi latè, & potest accipi strictè. *Si*  
*militudo* stricta dicit in suo conceptu distinctionem  
realem in ea ipsa ratione, in qua est, conformitas. Hac  
ratione duæ albedines similes sunt, quia ipsa conformitas, quam  
habent in ratione albedinis, dicit realem distinctionem earum.  
Etenim ratio similitudinis realis non invenitur, nisi inter reali-  
ter distincta, secundum quod distincta sunt. Aliter enim non esset  
propria similitudo, sed identitas. Quamobrem si eadem albedo es-  
set in duobus subiectis; ea subiecta non essent proprie, & strictè  
similia in albedine; sed eadem; nam non similia, sed eadem albe-  
do esset in utroque. Similitudo late accepta est qualibet conve-  
nientia distinctorum, licet non sit distinctio in ipsa ratione con-  
veniendi. Hac ratione existente eadem albedine in duplici su-  
biecto, ea subiecta dicerentur similia, quia reuera distinguuntur,  
& etiam reuera conveniunt in habendo prædictam albedinem.

2 Nec obstat huic doctrinæ, quod apud Philosophos  
ea dicantur similia, quorum qualitas est una. Cum autem, si eadem  
qualitas numericè accepta esset in duplici subiecto, perfecte similes



& strictissime, eorum subiectorum qualitas esset vna; videtur in-  
ferri, tunc propriissime, & strictissime dandam esse similitudi-  
nem. Non, inquam, hoc obstat: quia ibi per illum terminum *qua-  
litas vna*, non intelligitur vnitas identitatis; sed vnitas confor-  
mitatis: id est qualitas pertinens ad eandem speciem: quia ea vni-  
tas significatur à Philosophis, quæ sufficit ad similitudinem,  
prout similitudo communiter reperitur, & prout distinguitur ab  
identitate. Sed vnitas, quæ communiter reperitur in qualitate fa-  
ciente familia obiecta, & quæ constituit similitudinem, prout si-  
militudo distinguitur ab identitate, est vnitas specifica, & non nu-  
merica. Ergo vnitas specifica, & non numerica, intelligitur per  
*ly qualitas vna*.

3 Similitudo late accepta confunditur cum identitate  
inadæquata. quia quomodolibet qualitas, seu forma sit vna, suf-  
ficit vt vnum extremum, cum distinguatur ab alio, cõueniat cum  
eo: siquidem de vtroque verificabitur habere eam formam, &  
consequenter erit simile alteri similitudine late accepta. Vbi ad-  
uertendum est, quod, licet similitudo definiatur per vnitatem qua-  
litatis, & æqualitas per vnitatem quantitatis, nihilominus inter  
substantias secundum se consideratas datur similitudo, & æquali-  
tas: quia ex communi acceptione Philosophorum, & Theologo-  
rum sub nomine vnus qualitatis intelligitur quælibet conformi-  
tas specifica, & sub nomine vnus quantitatis vnus, intelligitur æqua-  
litas: siue hæc perfectio sit substantialis, siue accidentalis,  
siue ad hoc, siue ad illud predicamentum pertineat. Ex di-  
ctis.

4 Inferitur 1. Omnes tres personas esse similes inter  
se similitudine late accepta: solumque Filium esse similem alijs  
personis similitudine stricta. Nam omnes tres Personæ habent  
eandem Essentiam: ac proinde conueniunt in hoc, cum a-  
liunde realiter distinguantur. At hoc sufficit, vt iam diximus,  
ad similitudinem late acceptam: Ergo hac ratione similes  
sunt omnes tres personæ. Cæterum solus Filius ex vi proprie-  
tatis personalis, per quam à Patre, & Filio distinguitur, est  
similis Patri, & Filio. Nam cum Verbum prout tale, sit similitu-  
do substantialis intentionalis obiecti, ex cuius cognitione pro-  
cedit, & à quo distinguitur, & Verbum procedat ex cog-  
nitione totius Trinitatis, distinguaturque à Patre, & Filio;  
hinc deducitur solum Filium, seu Verbum habere strictam si-  
militudinem cum alijs Personis: illam nimirum, ex vi cuius

potius quam Spiritus Sanctus generatur, & est Filius Patris  
Eterni.

5 Verum quidem est plures PP. vocare Spiritum Sanctum non solum similem, verum etiam imaginem Filij. Ita loquitur Athanasius Epist. ad Serapionem Episcopum post medium Basilium lib. 5. contra Eunomium, cap. 12. & lib. de Spiritu Sancto. Damascenus lib. 1. de Fide cap. 18. Et, quod miratur Suarez lib. 11. de Trinit. cap. 6. Gregorius Nisenus in vita Gregorij Thaumaturgi refert hunc Gregorium ex diuina reuelatione accepisse quoddam symbolum fidei, quod per traditionem perpetuam in eius Ecclesia retentum est in quo Spiritus Sanctus vocatur imago Filij. Et ex authoribus Scholasticis Aureolus in 1. dist. Rinct. 27. quæst. 2. propendit in hanc sententiam. Audacius loquitur Durandus ibidem. Siquidem dicit rationem imaginis, quæ ratione inter Diuinas Personas reperiri potest, & quo modo, & quæque proprietate convenire Spiritui Sancto, quamvis per appropriationem tribuatur specialiter Filio.

6 Nihilominus strictè, & rigorosè loquendo Spiritus Sanctus nec imago est Patris, aut Filij, nec similis illis. Quod non sit propriè imago, est communis apud Theologos sententia; adeo ut iam male audiret qui assereret Spiritum Sanctum, aut Patris, aut Filij propriè imaginem esse. Quare Greci PP. benigne interpretandi sunt quasi loquuti in sensu improprio, & nimis lato; non verò in sensu stricto, & rigoroso. Ex hoc ipso responsio deducitur ad verba Patrum, in quibus Spiritus Sanctus similis alijs personis pronuntiatur. Nam eodem ferè modo tribuunt Spiritui Sancto esse imaginem, ac esse similem: sed dum de imagine loquuntur, loquuntur in sensu laxo, & improprio. Ergo dum similitudinem affirmant, eodem sensu lato loquutos fuisse intelligi possunt, dum ad sit sufficiens ratio ad negandum Spiritui Sancto similitudinem. Quod verò detur ratio ad negandam Spiritui Sancto similitudinem, constat, ex explicatione strictè, & rigorosè similitudinis.

7 Constat etiam, vel saltem congruenter probatur, quia si Spiritus Sanctus esset similis, similis esset in Natura: & consequenter omnes tres Personæ essent similes in natura. At hæc loquutio videtur damnari à Patribus. Ergo personæ non dicendæ sunt (si strictè loquendum nobis sit) similes in Natura; sed vnum, & idem. Minor constat. Nam Patres tempore Concilij Niceni reiecerunt illam vocem *Omnifon*; id est similes Essentiæ, vel similes

itudinem in Essentia: & ideo Concilium Ariminense reiecit eam esse quod illam vocem in simbolo posuerit. Cuius loco utebantur Catholici verbo *Omnison*, quod significat consubstantialitatem, siue eiusdem naturam: siue idem in Natura. Hæc ergo vox *similes in natura*, non tam propriè significat identitatem, quam si similitudinem Naturæ. Nam prædicta vox *Omnison* reiecta à Patribus, aliquando interpretatur *similis natura*, aliquando *similitudo in natura*: ergo *similitudo in natura* confunditur cum hoc quod est esse *similis Natura*. Non ergo, si strictè loquendum sit, dicende sunt personæ similes in natura, sed idem in natura: quæ propter identitatem naturæ non sufficit ad strictam, & rigorosam similitudinem, sed requiritur aliqua similitudo in ipsa proprietate personali, quæ similitudo solum datur in Verbo: quatenus ut tale, est similitudo substantialis intentionalis objecti, ex cuius cognitione procedit.

8 *Æqualitas* solum dicit in suo conceptu, ut ex communi conceptione constat, quod vnum non excedatur ab alio in perfectione. Cum igitur eadem perfectio substantialis absoluta sit in omnibus personis ex vna parte: & ex alia proprietates personæ vnius personæ adeo perfecta sit in se ipsa, ac proprietates personæ alterius, cum vtraque sit infinite perfecta: ideo omnes personæ sunt æquales in perfectione. Adde etiam, quod, ut supra diximus quæst. 9. quælibet perfectio vnius personæ perficit aliam per circuminfectionem; quare quælibet persona est æquæ perfecta non modo ut alia persona; verum ut tota Trinitas coniunctim supra.

9 Circum inessio est in essentia vnius personæ in alia ratione cuius verificatur quamlibet personam esse in alia iuxta illud Ioannis 14. *Ego in Patre, & Pater in me est*. Difficultas est quid sit, seu in quo consistat hæc *inexistencia*. Quatuor modos tam explicandi reperio. Primus est Scoti, qui *circuminfectionem* seu *inexistenciam* vnius personæ in alia per intimam explicat præsentiam. Secundus est Durandi, qui per unitatem Essentiæ circuminfectionem declarat. Tertius est D. Thomæ hic quæst. 42. qui asserit vnam personam esse in alia; tum per Essentiam, tum per processionem, tum etiam per relationem quatenus vna personæ ratione relationis non potest cognosci sine alia. Quartus modus explicandi circuminfectionem est communis apud RR. nimirum quatenus vnam personam esse in alia per circuminfectionem, quatenus omnes personæ identificantur cum vno tertio.

10 Hæc vltima explicatio aptior omnibus mihi videtur. Est enim magis conformis Augustino 6. de Trinit. cap. 10. ubi ait Patrem in Filio, & Filium esse in Patre eo quod vnū sint. Sic enim habet. *Singula sunt in singulis, & singula in omnibus, & vnū omnia.* In hanc etiam explicationem recidunt explicatio- nes D. Thomæ, & Durandi: siquidem Durandus per vnitatem Es- sentia explicat *circuminsessionem*: quæ vnitatis non vt cumque in- telligi debet, sed quatenus Essentia est vna idéficata tribus per- sonalitatibus. Et iam D. Thomas intelligendus est hac ratione: cum vnitatem Essentia, vt primum, & præcipuum modum existi- tendi vnā personam in alijs designet: imò Scorus potest in hūc sensum adduci, quatenus *circuminsessionem* explicat per intimā præsentiam: quæ intima præsentia non debet intelligi omnino ab- stractè: sed ita vt intimitas fundetur in idéntitate, ratione cuius secundum aliquid reale omnes personæ sint vnū, & idem.

11 Hac *circuminsessione* verificatur non solum vnā personam esse in alijs, verum etiam quod omnes personæ idem sint iuxta illud Ioan. 10. vers. 30. *Ego, & Pater vnū sumus*: & etiam iuxta id, quod dicitur 1. Epist. Ioan. cap. 5. in quo post quā Patrem, Verbum, & Spiritum Sanctum Ioannes enumeravit, ad- didit: *& hi tres vnū sunt.* Nec aliud habeo circa hanc vocem *circuminsessio*, quod explicatione aut examine inter catholicos indigeat. Errores hæreticorum circa hanc materiam, & refutatio- nem eorum, vide, si placeat apud P. Ruiz de Montoya de Trinit. disp. 107. sere per totam.

## SECT. II

## De Missione Personarum.

12 **M**vtum habet de nomine quæstio de Missione personarum, sed non omne, quidquid dicat Arriagaz, imò con- tinet aliquam difficultatem satis grānem, dignam- que quæ à Theologis, cum Scholasticis, tum Expositiuis examine- tur, vt in decursu videbimus.

13 *Missio* alicuius personæ potest aptè defini. *Tempora- lis*

*lis apparitio propria diuine persone procedentis. In primis dicitur Apparitio temporalis: per quem terminum non significatur de terminata apparitio sensibilis, sed apparitio, vel sensibilis, vel insensibilis. Solum enim requiritur aliqua, quæ ex se specialiter notificet personam, quæ mittitur, quatenus aliqua ratione (postea magis explicanda) respectu alicuius effectus, siue actionis, persona procedens, & quæ mitti dicitur, se habeat in tempore, quæ ratione non se habeat persona, quæ non mittitur. Quam ob rem idem est apparitio specialis, ac specialis habitudo temporalis persone procedentis: nam habitudo quæ est specialis vnus persone specialiter notificat personam, cuius est specialis habitudo. In quo autem consistat hæc habitudo, postea dicemus: dum qua ratione sit specialis vnus persone declaremus.*

14 Additur in definitione, quod hæc apparitio, siue habitudo temporalis sit *persona procedētis*: nam ea persona mitti dicitur, quæ ab alia procedit, & ab ea mitti, aqua procedit. Hæc ratione dicitur Filius missus à Patre, qui vere procedit à Patre, specialiter apparuisse in tempore, quatenus carnem assumpsit, potius quam Pater aut Spiritus Sanctus. Ita etiam missus est Spiritus Sanctus à Patre, & Filio, quatenus Spiritus Sanctus procedēs à Patre, & Filio specialiter apparuit in specie columbæ, quæ ratione Pater, & Filius non apparuerunt.

15 Nec obstat huic doctrinæ quod Isai. 28. dicatur Verbum missum ab Spiritu Sancto: quia ibi non inducitur Christus ut Deus, sed ut homo: & Christus secundum humanitatem ab Spiritu Sancto mitti potest. Nec item obstat Aug. lib. 2. de Trinit. cap. 3. ubi ait Filium mittere se ipsum: nam Augustinus, ut modo dicebamus, vel potest intelligi solum asserere Christum ut Deum mittere se ipsum ut hominem, quod non negamus: siquidē Filius ut Deus potest mittere se ipsum secundum humanitatem assumptam, vel si loquatur de Filio solum ut Deo, loqui improprie, & non iuxta rigorem scholasticum.

16 Maior difficultas est qua ratione hæc apparitio sit propria, & specialis vnus persone præ alijs. Hæc est vnica difficultas, & mihi non leuis, quæ in hac materia indiget explanatione. Nam in primis non pure per à appropriationem, sed vere, & realiter Spiritus Sanctus, non autem Pater aut Filius apparuit in specie columbæ. Similiter vere, & proprie Deo para concepit operante in aliquo vero sensu potius Spiritu Sancto quam Filio. Pa-

riter etiam negari non potest quod vere, & realiter potius Spiritus Sanctus, quam Pater aut Filius, descendit in forma ignis super Apostolos in die Pentecostes. Ergo aliqua est temporalis habitudo propria verè, & realiter alicuius personæ, & non purè per quandam accommodationem.

17 Deinde dici non potest ex aduerso aliqua esse opera ad extra, quæ vere, & proprie causentur ab vna persona, & non ab alia. Nam hoc opponitur principio illi Theologico, a nullo iam catholico dubitato. *Opera Trinitatis ad extra sunt in diuisa.* Si autem vna persona, & non alia, produceret aliquem effectum creatum, & alia persona alium effectum, diuiderentur opera ad extra personarum Trinitatis: ita vt vnum opus esset vnius personæ, & alterius alterum: quod est formalissime opera Trinitatis esse diuisa.

18 Vterius neque dici potest, (vt rectè monet Augustinus lib. 2. de Trinit. cap. 6. & in epistol. 102) ideo vnã personam specialiter apparere in aliquo signo, seu aliqua re, quia ipsi rei, in qua persona apparet, sit hypostatice vnita talis persona, vt sensit Tertullianus lib. de carne Christi cap. 3. loquens de columbâ, quæ descendit supra Christum Dominum, dum in Iordane à Ioanne baptizaretur. His suppositis.

19 Communior sententia docet ideo vnã potius quam aliam personam apparere: ideoque mitti à persona producerete, quia ea persona specialiter significatur per illud signum, in quo apparere dicitur. Qua ratione dicitur Spiritus Sanctus descendisse, tum super Apostolos in forma ignis, tum super Christum in specie columbæ: quia tam ignis, quam columba, vt vt fuerit, significabant potius Spiritum Sanctum quam Patrem, aut Filium: etenim, licet quidquid operatur vna persona, vere, & realiter operentur etiam alia, ita vt in operari diuidi non possint. Nihilominus in significari rectè diuidi valent: nam optimè potest aliud quod signum vnã potius quam alteram personam significare.

20 Hæc explicatio mihi videtur insufficiens ad saluandam veritatem, quam confiteri tenemur. Nam vere, & a parte rei Spiritus Sanctus descendit super Apostolos in forma ignis potius quam Pater, & Filius: & etiam super Christum in Iordane in specie columbæ: ita vt verum esset designando columbâ dicere ecce Spiritus Sanctus descendit. At ad saluandam in rigore hæc loquutionem, non sufficit quod columba, & ignis significarent

carent spiritum Sanctum. Ergo prædicta significatio non explicat sufficienter missionem Spiritus Sancti prout opus est ad scrip-  
turæ verba exactè intelligenda. Discursus est legitimus: & minor  
cetta. Nam signum alicuius rei, non proprie, sed metaphoricè est  
ea res, cuius est signum: improprieque, & solum alienatiuè prædi-  
catur de significato que propria sunt signi, & de signo que pro-  
pria sunt significati. Id circo per alienationem solum dicitur de  
signando imaginem Cæsaris. *Hic homo multas subiugavit gentes:  
Vehic est Iulius Cæsar.*

21. Iam vero maior: nimirum non solum representatiuè  
verum realiter, & verè Spiritum Sanctum descendisse in Iordane  
supra Christum, & in canaculo super Apostolos, mihi videtur adeo  
certum, vt oppositum sine temeritatis nota posse dici non videat  
tur: nã aliter non saluantur tũ verba scripturæ: quæ signanter di-  
cit venisse Spiritum Sanctum in specie ignis, & columbæ: tum verba  
Ecclesiæ, quæ adeo aperte aduentum Spiritus Sancti in die Pentecostes  
celebrat, & semper verum aduentum illius prædicat. Et  
quidẽ nisi ipse Spiritus Sanctus descendisset super Apostolos, sed  
solum ignis specialiter illum significans minime Ecclesia tan dis-  
cretis, & magnificis verbis huc celebraret, & prædicaret aduentum.

22. Confirmatur: quia scripturæ, dum dicit dari nobis  
Spiritum Sanctum in charitatis infusione, aperte distinguit in-  
ter donationem Spiritus Sancti, & donationem Charitatis. Nã  
dicitur ad Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per  
Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Ergo verè, & realiter dona-  
tur nobis persona, quæ mittitur. Ergo non solum signum, verum  
& persona ipsa prout distincta à signo, donatur. Ergo dum dicitur  
Spiritus Sanctus descendisse super Apostolos, intelligi debet  
de persona Spiritus Sancti prout distincta à forma, vel specie, in  
qua dicitur descendisse.

23. Et quidem adeo certum debet esse quod, quando  
Deus infundit nobis gratiam sanctificantem, donatur etiam no-  
bis ipsa persona Spiritus Sancti prout distincta ab ipsa gratia, vt  
D. Thomas 1. p. quæst. 43. art. 3. argumento 1. *errorem* appellaue-  
rit sententiam asserentem dum animæ infunditur gratia non dari  
nobis Spiritum Sanctum, sed eius dona. Idem tenuit Alensis 1. p.  
quæst. 73. memb. 4. art. 1. & alij Theologi in 1. dist. 14. & 15.  
Et que cõmuni sententia Patrum. Videatur Sanctus Leo sermo  
2. Pentecostes. Amb. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 4 & 5. Augusti-  
nus. de Trinit. cap. 26. & tract. 32. & 74. in Ioannem.


24 Sentio igitur primo cum P. Suarez lib. 72, de Trin. cap. 5. à num. 12. vsque ad 16. aliquam specialem intimam præsentiam habere Spiritum Sanctum, qui donatur, dum infunditur gratia, in anima iusti, quam non haberet præcise ratione immensitatis quia talia sunt dona gratiæ gratum facientis, ut quasi conuaturæ; si iure postulent intimam præsentiam Spiritus Sancti in anima illius, qui sanctificatur: quæ specialis præsentia (ait Suar.) per hanc conditionalem optime declaratur. Si per impossibile fingamus Spiritum Sanctum non esse alias realiter præsentem intra animam, eo ipso quod anima talibus donis afficeretur, ipse met Spiritus Sanctus veniret ad illam per præsentiam personalem, & in ea esset & maneret, quandiu gratia in illa duraret, Ex quo fit ipsa dona gratiæ ut animæ infusa esse quandam specialem unionem inter Spiritum Sanctum, & animam non præcise in genere intentionali, sed quodammodo in genere physico.

25 Hic modus differendi, quem habet P. Suar. me mouet, ut non dissentiam ab eo quod, licet reiicienda sit unio hypostatica, quam posuit Tertullianus inter Spiritum Sanctum, & columbã, cuius specie descendit in Iordane, admittenda nihilominus videatur aliqua specialis intima præsentia Spiritus Sancti in signis, quibus apparuit: quæ sufficiat: non solum, ut columba significet Spiritum Sanctum, verum etiam designando illam. (& idem dico de igne Pentecostes) possumus dicere *Eccc Spiritus Sanctus*, non autem *Eccc Pater, aut Filius*. Nam ipsa voluntas, qua Deus voluit uti hoc signo ad significandum Spiritum Sanctum ut ibi præsentem, talis est, ut etiam si per impossibile fingamus non esse alias realiter præsentem in illo signo, vi huius voluntatis constitueretur in actu secundo Spiritus Sanctus præsens intimè tali signo. Quam ob rem hæc ipsa voluntas Dei utendi hoc signo ad significandum Spiritum Sanctum, potius quam Patrem, aut Filium, se ipsa constituit potius Spiritum Sanctum quam Patrem aut Filium præsentem tali signo: & ideo sufficit ad verificandam hanc loquutionem *Eccc Spiritus Sanctus*, quin sufficiat ad verificandum. *Eccc Pater* aut. *Eccc Filius*. Hæc dixerim cū aliqua formidine: ideo que hoc placitum doctioribus corrigendum subijcio. Et hæc de Altissimo, & profundissimo Trinitatis Myserio. Dicta cedant in laudem, & gloriam eiusdem Sanctissimæ Trinitatis: necnon Beatissimæ Deiparæ, &c.

F I N I S.









*[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*



Commissio de fraternitate  
Smo regis de la manrique de  
de siuach

1677  
17 de febrero

Dr. Michael Martinez Angulo de Segovia, doctor  
de la real universidad de Salamanca  
17 de febrero 1677



Dr. Miguel Martinez Angulo

Dr. Miguel Martinez Angulo

Dr. Miguel Martinez Angulo

que se intitula de la real universidad de Salamanca  
por donde se acuerda el estudio de los estudiantes  
de la real universidad de Salamanca  
de la real universidad de Salamanca

26-9-18

